Jo Paolo Parito Lib.ⁱᵒ al Popolo
Roma Giuli ———— 7 — 90

COMITIS
MONTANI VICENTINI
DEFENSIO
Librorum ſuorum De Morbis,
Aduerſus
THOMAM ERASTVM.

Cum Priuilegio Illuſtriſſimi Senatus Veneti in Decennium.

VENETIIS, APVD FRANCISCVM ZILETTVM.
M. D. LXXXIIII.

BERNARDINO PATERNO

PHILOSOPHO, ET MEDICO CLARISSIMO.

COMES MONTANVS S. P. D.

QVAERENTI mihi doctiſſime Paterne ſub cuius tutela nouos hoſce meos labores, quibus Galeni, & Hippocratis decreta aperio, & defendo, in lucem darem, vnus mihi occurriſti cæteris omnibus anteponendus. Cum enim ſcripta alterius defenſurum iudicare prius oporteat, rectè ne, an ſecus ſcripta ſint: & rectus vnuſquiſque eorum ſit iudex, quæ probè cognita, & perſpecta habeat, quis te melius iudicare poteſt, an diuiniſsimos illos authores pro dignitate defendam, quibus explicandis in alijs celeberrimis Italiæ academijs, & demum in Patauina tanta cum laude, & gloria, quanta vnquam alius nemo, iam conſenueris? Quem gradum es conſecutus, non ſolum ob optimum, acutiſsimũque ingenium, & ob ſingularem omnium bonarum diſciplinarum eruditionem; ſed ob immenſum ardorem illuſtrandæ veritatis, ac de toto genere humano benè merendi. Quo factum eſt, vt liber a communi omnium ferè huius ętatis profeſſorum ambitione, Galeno addendi, & detrahendi, atq; aliquid ſemper innouandi; & tibi ſatis eſſe ratus, ſi vera Gale-

ni ſenſa auditoribus tuis exponeres, in illis eruendis ſemper inuigilaueris. Quare mirum non eſt, ſi eius decreta adeò tibi familiaria reddideris, vt ſi quem authorem nouum in manus ſumas, primo (vt audio) intuitu, an Galeni diſciplinam redoleat, intelligas: Galenum ipſum, ſicubi ſibi repugnare videatur, facilè ſibiipſi concilies: facilè quæ illi obijciuntur, reijcias: & ipſos anatomes profeſſores, eum idcircò plerunque taxare demonſtres, quia non rectè intelligant; eorum verò omnium, qui eius præceptiones immutant, nouas methodos, nouas docendi rationes comminiſcuntur, labores vanos, irritoſque eſſe aperias. Talis cum ſis, Defenſiones meas iure optimo tibi dedicandas eſſe cenſui. Quod vt facerem, id etiam me impulit. Cum enim libros meos vix edidiſſem, & adhuc Venetijs eſſem, venit ad me Bernardinus Caius medicus eruditiſsimus, vt qui è ſchola tua prodierit: oſtenditque Epiſtolam tuam ad eum ſcriptam querelarum, & iuſtæ cuiuſdam indignationis plenam, quia in Præfationibus librorum meorum legeras. „ Corripuit hæc lues eos etiam, qui in „ publicis gymnaſijs docent. Et iubebas, vt a me inſtantiſsime quæreret, an omnes publicos profeſſores in eo numero eſſem complexus; Hæc cum audiſſem, primum dolui, eam moleſtiam tibi viro grauiſsimo a ſcriptis meis illatam fuiſſe: poſtea valdè ſum lætatus, medicum vnum omnium præſtantiſſimum adeò eſſe Galeno addictum, ac penè conſecratum, vt iniquo animo ferat, ſi quæ vel leuis in alicuius animo oriatur ſuſpicio, eum non eſſe ex intimis Galeni familiaribus; cũ verò tunc Caio reſpondiſſem, ſcire me, non deeſſe, qui adhuc Galeni veſtigijs inſiſterent, inter quos tu principatum ferres: meque, vbi primum ſeſe offerret occaſio, id apud omnes teſtatum eſſe relicturum: nunc quæ ei promiſi non melius me exequi poſſe iudicaui, quàm ſi te noui mei partus patronum deligerem, tanquam præcipuum Galeni arcanorum

inter-

interpretem; Hac ratione non ſolum te ex ineptiſsimorum innouatorum grege exemptum volo: ſed eorum ſtrenuum, & acerrimum aduerſarium eſſe profiteor; quod inſtitutum tuum docti omnes exoſculantur, & ad cœlum euehunt, tanquam apprime neceſſarium calamitoſis his temporibus ad eorum audaciam compeſcendam, qui magno cum ſtudioſorum, & mortalium omnium detrimento, vt chimeras ſuas venditent, a Galeno recedunt, & falſis præceptionibus auditorum animos imbuunt; qua in re quis non videt, eos longè eſſe perniciosiores, quam qui eadem ſcriptis tradunt? quippe hi ab inſtructioribus, & eruditioribus leguntur, qui non ita facilè poſsint decipi: illi a rudioribus audiuntur, quos neceſſe eſt de pręcepto etiam Ariſtotelis præceptoribus credere, ſi diſcere cupiunt. Quas igitur ab initio diſciplinas imbibunt, eaſdem plerique ſemper retinent, & pertinaciter defendunt, vt aſſerere poſsimus, hanc peſtem inuectam fuiſſe a publicis profeſſoribus potius, quàm a ſcriptoribus. Antequam Argenterius libros aduerſus Galenum ederet, memini ego, dum Patauij Frizimelicam, & Caſſanum audirem: virum clariſsimum ad quidquid vellet perſuadendum vehementia, & lepore dicendi aptiſsimum, ſed laborum impatientiſsimum, quos veri indagatorem ſubire oportet, carpere, & taxare Galenum cœpiſſe; id enim multò eſt facilius, quàm eum rectè explicare. Hunc imitati ſunt auditores eius, Veſalius in primis in rebus anatomicis, & reliqui omnes, qui aliquo præditi erant ingenio: atque ab his initijs ortæ ſunt ſeceſsiones a Galeno, quas auxit Argenterius, qui primò quidem ludibrio eſt habitus; ſed poſtquam Caſſanus obijt, & Frizimelica ſe docendi oneri ſubduxit, cœpit in precio haberi, cum plures in ſcholis fautores, quàm aduerſarios nactus eſſet. Ac niſi tu cum alijs quibuſdam diſciplinæ Galeni eæ honorem ſtrenue protexiſſes, de gradu iam prorſus deie-

cta

cta esset. Cum itaque eò semper fueris intentus, vt eam illustrares, & propagares, nec ego potui præstantiorem patronū Defensionibus meis deligere: nec tu earum patrocinium, cum Galeni etiam defensiones sint, potes recusare. Verum non solum te eis patronum deligo: sed iudicem etiam, & censorem constituo: quamobrem obsecro te, vt non solum eas patrocinio tuo foueas: sed etiam, si quid inter legendum Galeno, & Hippocrate indignum inuenias, id mihi tam ingenuè significes, quàm tua fert humanitas, & morum integritas: & tandem operam des, vt si iterum in lucem sint redituræ, limatiores, & purgatiores redeant: nam si qua in illis restabit macula, ea non amplius Montano ascribetur, sed Paterno. Vale.

Vicentiæ Kal. Aprilis. M. D. LXXXIIII.

INDEX

CVM ERASTVS ANATOMEN IN SEPTEM ACcusationes partitus sit, quantum ego ex re ipsa colligere potui, nam eius verba huic numero non consentiunt, ego tractatum hunc in totidem Defensiones distribui, quarum indicem, qualiscunque is sit, hic placuit apponere.

DEFENSIONIS PRIMAE.

DEFENSIONIS SECVNDAE.

DEFENSIONIS TERTIAE.

DEFENSIONIS QVARTAE.

Re-

DEFENSIO QVINTA.

DEFENSIONIS SEXTAE.

DEFENSIONIS SEPTIMAE.

F I N I S.

COMITIS MONTANI VICENTINI,

IN DEFENSIONEM

Librorum suorum de Morbis.

PRAEFATIO.

EMiseram ab hinc quadriennium libros meos de morbis, in quibus cum mihi propositū fuisset Galeni decreta patefacere, eaque à detractorū multorum calumnijs vindicare; coactus fui pro eruenda, & illustranda veritate sentētias aliorum diligenter excutere, tam eorum, qui se ab eo stare profitentur, quam eorum, qui ab eodem recedunt: cumque multos, & quidem grauissimos errores in vtroque scriptorum genere, si recte eorum sensa percepi, deprehendissem, eos notare, & redarguere. Qua de re existimaueram me, non solum apud cæteros artis medicæ studiosos, sed apud eosdem etiam, qui notati fuissent, plurimū gratiæ esse initurum. At re ipsa expertus sum non temere a Comico fuisse pronunciatum, Veritatem odium parere; Et qui se errare putet, aut, si errare conuincatur, id æquo animo ferat, inueniri neminem. Nā ex Galeni sectatoribus Iulius Alexandrinus; ex insectatoribus Thomas Erastus, quorum aliquādo in libris meis facta est mentio, in me exarserunt. Alexandrinus Paralipomenon ad calcem suarum annotationum Libri De Diff. Morb. reponendum edidit; in quo vnius, & alterius criminis ex multis a me notatis non sine mei iniuria, & irrisione quadam tentat se purgare. Quod cum ieiune admodum, & hæsitanter faciat, quoniam aberat a suis Antargentericis, & Antargentericorum defensione, quorum penè oblitus erat, ac demum minetur, cum domum, & ad libros suos reuersus erit, se latius hæc, aliaque aduersus me esse prosecuturum, ab eo in præsentia abstinebo, & expectabo quid post conceptos montes sit pariturus. Erastus, qui cum mihi res futura est, statim animi sui irritationem aperuit: & per literas cum doctissimis quibusdam medicis Patauinis, & Venetis de me conquestus est, minatusq; tantam se vlturum iniuriam. Hæc mihi nunciarunt amici ex vtraq;

Ciuitate, admonueruntq; vt aduersus tantum aduersarium me diligenter instruerem, ac ex omnibus eius commentarijs errata multa colligerem; vt non solum calumnias ab eo inferẽdas propulsare, sed nouis, & plurimis cum criminibus onerare possem. At ego, quamuis in libris meis multa sint, quæ mihi, & multo plura fortasse, quæ alijs non satisfaciant; tamen ex paucis quibusdam, quæ in eius commentarijs obseruaui, adductus sum vt crederem non esse mihi magnopere ab Erasto pertimescẽdum. Quinimo expectabam, si contra me scriberet, tot eum errores esse commissurum, vt mihi eorum copia obruto non essent aliunde conquirendi. Ecce Liber exit; in quo non solum errata sua nititur defendere, sed in me petulantissime, ac planè scurriliter inuehitur, totumq; opus meum lacerat, & dilaniat, licet adeo imperite, atq; inepte, nihil vt me mea fefellerit expectatio. Sibi ipsi similis est, imo vero longe se ipso deterior. In alijs enim Cõmentarijs Galenum quandoque intelligit, in hoc nunquam. Alibi non semper eum sequitur, hic nunquam cum eo sentit, omninoque totam eius disciplinam contaminat, & corrumpit, ac (quod vix credi possit de homine nõ prorsus ingenij experte) nunquam in opere tam longo non labitur, & hallucinatur. Qua de causa non inscite quidam e nostris medicis eũ non Erastum etymo Græco, sed Errastum ab errore cognominandum esse cẽset. Perpetuæ huius hallucinationis causa illa est in primis, quia contra veritatem pugnat, cuius tãta uis est, ut a nemine possit infringi: sed ipsa se ipsam tueatur; Deinde, cum ira exardescens hæc effuderit, mirum non est, illi euenisse, quod alijs aliquid per iram agentibus solet euenire: Dum enim nimis iniuriam ulciscendi cupidi in aduersarium temere irruũt, nouis sæpe, grauioribusque plagis excipiuntur. Sic & ipse, dum ad paucos quosdam errores depellendos præceps ruit, illis minime depulsis, in alios innumerabiles, & grauissimos incurrisse deprehenditur. Hos cum ego perpendissem, anceps diu fui an essent a me confutandi: cum enim adeo sint aperti, ut ab vnoquoque facile percipiantur, cur adderem artis medicæ studiosis hunc laborem legendi altercationes istas parum utilitatis allaturas, qui soleam alioqui libros inutiles reijcere, & detestari? Sed quoniam video rem medicam indies labi in deterius, & quotidie nouos exoriri medicos, qui Galeno neglecto, tam uiua uoce, quam scriptis Argenterij, Fernelij, Erasti, atq; aliorum nouatorum chimeras sectantur; nouasq; multas ipsi se parere gloriantur; & pro certo habeo quæ Erastus contra me, & Galenum euomuit, illos esse amplexaturos, rudiorumque animos a Galeni disciplina abalienaturos, decreui nouos illos errores confutare. Qua in re caui diligenter ne sine emolumento noui hi mei labores legerẽtur; nã ea Galeni dogmata

certa,

certa,& stabilia,quæ in libris De Morbis tradidi,certiora,& stabiliora red didi,dubia confirmaui; obscuriora illustraui,nonnulla noua , & hactenus non obseruata protuli;ac tandem quamplurimorum Galeni locorum ab Erasto perperam expositorum uera sensa aperui;ut affirmare ausim, cum altercationum nostrarum duo præcipua capita sint,alterũ, in quo fingẽs ille se Galeno adhærescere,negat me eius sententias percepisse: alterum, in quo aperte,& impudenter Galenũ oppugnat,eum in vtroq; semper de cipi.Quod si quis comperiat uel semel quidẽ in his duobus recte aliquid ab eo contra me pronunciari, fatebor me tota causa cecidisse , atq; nihil omnino esse.Fieri sane potuit ut in eo intelligendo quandoq; errauerim; adeo enim inuolutus,perplexus,& confusus sæpe est,& ob rerum , de qui bus agit,& ob modi earundem tractandarum ignorationem, ut multo ma gis in eius argumentis,uel potius captionibus , & cauillis percipiendis, quam confutandis laborandum mihi fuerit.Sed cum dissensio de Galeni decretis oritur , siue ea admittat,siue reijciat, iterum confidentissime asse ro semper eum cæcutire. Vnum illud me angit,non potuisse me res,qui bus de agitur,ea serie digerere,qua in libris meis usus sum ; nam omnino eius ordo fuit seruandus.Equidem cum eum vidissem nullam certam seriẽ obseruãtem,& si quam seruaret, eam creberrimis digressionibus,& frequẽ tissima eorundem argumentorum inculcatione interrumpentem,decreue ram capita,& fundamenta omnia argumentorum colligere , in ordinem redigere,ac deinde ea sigillatim confutare ; sic enim Defensio mea non sine methodo progressa esset, compẽdiosior fuisset,& hoc nomine lecto ribus gratior. Sed ut, illo prætermisso ordine,singula aduersarij argumen ta eadem planè serie,qua proponuntur,recensere , & refellere tentarem, persuasit mihi in primis Galeni authoritas,qui cum in 2. De Decretis ra tiones omnes Stoicorum probabiliores in nobilissima illa disceptatione, De loco facultatum animæ confutasset:eaq; in uniuersum iecisset funda menta,quibus reliqua anilia, & puerilia eorundem argumenta concide rent;statuissetq; ea præterire,tanquam iam explosa, tertium tamen librũ eorum confutationi dedicauit,hanc uel noui sui iudicij, uel amicorum consilij reddens rationem.Siquis enim rationes eas silentio præteriret,nõ tam contemptu,quam solutionis inopia uideri posset breuitatẽ sequutus. atque hoc non ibi tantum , sed in reliquis omnibus disputationibus suis religiosissime obseruauit, nullum quãuis leuissimum aduersariorum argũ mentum relinquens insolutum.Quod si Galenus tantus vir nugas omnes Chrysippi sigillatim repellendas esse censuit, ne suspicionem in animis legentium relinqueret,se earum confutationem ignorasse , quanto magis

mihi homini nouo,& paucis extra patriam meam noto id obseruandum fuit in refutandis rationibus quibusq; aduersarij tam celebris, tãque mihi infesti. Quod multo magis a me præstandum fuit, cum audirem non solũ iuniores, rudioresque huiusmodi argumẽtis irretitos distineri, sed illustres etiam medicinæ in Academia Patauina professores non esse a tanta caligine liberos, quorum aliqui publice dixerint, multa esse Erasti argumenta, quibus responderi non possit; alij posse vtriusque sententiam in multis defendi; alij penitus pronunciauerint Erastum omnia confecisse. Ordinem igitur aduersarij necessario sum secutus; argumenta omnia, quæ me attingunt, discussi, qualiacumque essent, nec desij quandoque easdem defensiones repetere, sicuti ab ipso accusationes eędem repetuntur, parum fretus lectorum memorię,& in locis conferendis diligentiæ. In omnibus tamen operam dedi, vt planius,& distinctius agerem, quàm ipse egerit. Verum cum multa instent, præfari iam desinamus.

Ad titulum, epistolam, & procemium.

ANtequam in iustum certamen descendo, reijcienda sunt leuia quędã,& futilia, quæ mihi in epistola,& procemio obijcit, ut ostendam quicquid aduersum me effutit, vanum,& falsum esse, ab egregia,& splendida inscriptione ducto exordio hunc in modum se habente. Comitis Montani Vicentini, noui medicorum Censoris quinque librorum De Morbis nuper editorum Viua Anatome. In qua multa artis medicæ capita accuratissime declarantur. Iubet Pindarus hymnorũ exordia ornata,& illustria esse debere, qualia sunt magnificarum ædium vestibula. Quod præceptũ in præfationibus suis,& in Inscriptionibus Erastus diligentissime obseruauit. nam Tractatui de Cauf. cont. præfixit hunc titulum. De causa morborum continenti Tractatus, in quo integra, perfecta, & dilucida huius quæstionis,& ad eam pertinentium rerum explanatio continetur. Non dissimilis est inscriptio libri De Putredine in hæc verba edita. Disputatio de putredine, in qua Natura, Differentia,& Causa putredinis ex Aristotele,& ipsa rerum euidentia clare exponitur, consensio inter philosophos & medicos declaratur, omnia denique ad perfectam eius notitiam necessaria diligenter explicantur. Nec minus tumidi sunt Antiparacelsicorum tituli. Quare præclara quidem sunt vestibula hæc, at illa ingressus excepit non ille quidẽ in amplas,& magnificas ædes, sed in ruinas, præcipitia,

præcipitia, & labyrinthos. Ac vere similis illis est Erastus, qui ex fulgore fumum dare cogitant. In libro De Putredine viri doctissimi, qui diligenter eum legerunt, nihil esse affirmant, quod arroganti Inscriptionis ostentationi respōdeat. In tractatu De Cauſ. Conti. certum est nihil eum de suo scribere, sed eorum, qui deterius senserunt, sententias infeliciter describere, vt locis opportunis quadam ex parte demonstrabimus. De Antiparacelsicis quædam postea afferemus. Nam quod attinet ad tractatum hunc contra me exaratum, perpetuo disputationis meæ cursu, nihil ab eo esse alienius, quàm superbum illum titulum aperiam, simulque ostendam eum fœtus mei artus non ex arte dissecuisse, sed more malorum coquorū (vt 102.B.
Plato ait) fregisse; demonstraboq; secundam etiam tituli partem esse falsissimam; tantum enim abest, vt multa artis medicæ capita accuratissime examinet, vt potius totam artem confundat, & peruertat. Hæc de titulo.

At in epistola statim maledicentiam mihi obijcit, eamq; ita vrget, atq; exaggerat, ac si libri mei nihil aliud sint, quam iurgia & contumeliæ; vt hoc pacto in me odium hominum, ac Deorum concitet, idemq; propositum in toto proœmio, atque adeo toto opere premit. Multos ego quidem multorum celebrium scriptorum errores aperui, non ob inanem gloriolam captandam, vt ipse fingit, sed ob causas iustissimas, & sanctissimas fusius à me in fine prioris præfationis explicatas; quæ cum planæ, & omnibus obuiæ sint, repetendæ hic non sunt. Easdem in posteriore præfatione necessarias etiam esse demonstro. Dum enim Fernelius, & Argenterius Galenum reprehendunt, quod nunc huc, nunc illuc studio reprehendendi auide feratur, sic eos reijcio; Galenum necessitate adactum confutare sectas ab ,, Hipp. alienas, ante visum est. Quare iniurius nimium Galeno est Fernelius, ,, cum asserit id eum auide fecisse, declaratq; parum se esse versatum in bo- ,, nis authoribus, qui cum aliqua de re scribunt, cuius variæ ferantur opinio ,, nes, semper eas reijciunt, quas non probant. Quid aliud egit Aristoteles in ,, vniuersa philosophia? tractat ne aliquid, in quo aliorum placita in mediū ,, non afferat, examinet & perpendat, hæc repudiet, illa admittat? Nonne & ,, Hippocrates passim id obseruat, damnans prauas opiniones medicorum ,, aliorum, non solum in arte conscribenda, sed etiam in medicina faciēda? ,, Idem omnibus euenire puto, cum mihi quoque eueniat. Dū enim cupio ,, quę vere sentit Galenus de morborum natura aperire, quis mihi potius ,, credet, quàm Fernelio, Argenterio, alijsque magni nominis authoribus, ,, qui scientes, & volentes à Galeno desciuerunt? aut Valeriolæ, Fuchsio, & ,, alijs, qui se Galeni sectatores faciunt, cum aliter, atq; ego, eum sint inter- ,, pretati, nisi eorum sententias refutauero? Tam tritum, & vulgatum est hoc, ,,

›› vt homines isti bardi & stupidi, dum hoc in Galeno reprehendunt, non
›› aduertant, se ideo eum reprehendere, vt noua dogmata introducăt; quod
›› non liceret, nisi Galeni dogmata euerterent. Hæ causę, aliæq; multę, quæ me alios reprehendere coegerunt, erant ante repudiandę ab Erasto, quā me accusaret. Ille autem ira incitatus, & temere cępit, & temere perrexit in
›› me insultare. At ait. Non accuso erratorum reprehensiones, sed iurgia, &
›› maledicta dura, atq; inhumana in omnes clarissimos hui⁹ ætatis medicos,
›› & illos præsertim, qui extra Italiam vixerunt. Respondeo, vix fieri posse, cū multi errores notantur, quin addatur interdum errores illos esse turpissimos, & grauissimos, sensui, ac rationi repugnantissimos. Si quis ea neget, vel asserat, quæ sint ab omni ratione, & omnium doctorum hominum consensu abhorrentia, potest ne is alijs nominibus honestari, quàm ignorātiæ, pertinaciæ, & stupiditatis? Hinc Aristoteles Anaxagoram, Parmenidem, Melissum, Thaletem, Democritum, Empedoclem, viros grauissimos non solum libere refutat, sed sæpe etiam bardos, stupidos, somniātes, & ebrios vocat. Idem pręceptoris sui Platonis Ideas monstra appellat. Quid de Galeno dicam, qui non solum Thessalios asinos insectatur, sed Erasistratum etiam, Herophilum, Praxagoram, Philotimum, Athenęum, Archigenem, aliosq; multos illustres scriptores acerbius vexat? Quære sacrę paginæ scriptores, & videbis quàm grauiter, & vehementer in aduersarios inuehātur. Quàm aperte taxatur, & ironice laudatur Cardanus a Iulio Scaligero hac nostra ætate? Quàm acriter Franciscus Valesius in suis Cōtrouersijs eosdē sæpe increpat, quos ego reprehendo? Cum vero me eos pręsertim, qui extra Italiam vixerunt, notasse obijcit, vt eos omnes mihi reddat infestos, iniquè id facit, & imperite: nā si scripta mea possunt scriptoribus alijs laudis, aut infamiæ aliquid afferre, plus laudis afferunt ijs, quos nominaui, quàm infamię. Cum enim mihi propositum esset calamitosis his temporibus, quibus pauci Hippocratis, & Galeni disciplinam amplectuntur, non eorum tantum, qui viros illos diuinos repudiant, sed eorum etiam, qui admittunt, at in illis enarrandis sæpe falluntur, authoritatem imminuere, vt Hippocratis, & Galeni authoritatem augerē, omnesq; ad eos diligentius, & ardentius amplexandos accenderem, non vulgares, & triuiales scriptores excussi, & taxaui, sed clariores & celebriores, quorū authoritas studiosos ad sese posset allicere. Propositum id meum & in præfationibus, & in toto opere passim patefacio. Non reprehendo igitur viros illos, quia Germani sint, Galli, & Hispani, sed quia clarissimi sunt, & splēdore suo possunt ingeniorum acies perstringere. Et, cum institutum meum præcipuum sit benemerendi non de Italis tantum, sed de vniuerso hominum genere, dū

authores

authores illos reprehendo,ſimul etiã medicos omnes Germanos, Gallos, Hiſpanos admoneo,ne patiantur a ſcriptorum ſuorum magnitudine ſibi fucum fieri. Atque hæc ad maledicentiæ obiectionem in vniuerſum dicta ſint. Admonet tandem adoleſcentes,vt legant primam partem Lib. De Opt.Sec.in qua præcipitur,Cõtrouerſias in arte qualibet ex eiuſdem artis principijs eſſe declarandas,ac ſi ipſe contra me inde demõſtrationes multas conſtruxerit. At ego viciſſim moneo non adoleſcentes tantum,ſed pro uectiores etiam,vt diligenter legant Galenum 2. De Decr. Hipp. & Plat. cap.3.& 4.vbi docet quæ ſint propoſitiones ſcientificæ, quæ dialecticæ, quæ oratoriæ,& quæ ſophiſticæ:nam demonſtrabo eum aduerſus me ſciẽtificis nunquàm,dialecticis raro,reliquis vero plerunque fuiſſe vſum; nullamque authoris De opt.ſec.de quo poſterius tractabimus,veram præceptionem vnquam,ſed vitia tantùm & errores fuiſſe imitatũ. Sed ad proœmium venio,quod antequam facio,lectorem moneo, cum in toto Eraſti opere vnaquæq; pagina præter numerũ, in quatuor partes diſtinguatur quatuor his literis notatas. A.B.C.D.me item in margine eſſe annotaturũ numerum paginæ,& literam,quibus continebitur locus vnuſquiſque a me diſcutiendus,vt ille ſtatim,ac facile ſub oculos legentium ſubijci,& conferri poſſit. In Proœmio igitur me iterum tanquam maledicum exagitat,ac
in primis reprehendit,quòd argumentum ſcribendi litigioſum elegerim. 2.D.
At argumentum,quod ſumpſi,eſt Galeni defenſio à ſciolis,& maledicis in morborum explicatione. Quis igitur præter Eraſtum argumentum id re-
prehendat? Adegit,inquit,te multos refellere,& ea dicere,quæ nunquam ,,
dixiſſes,ſi argumentum id non delegiſſes,& conſilium, quod alijs dediſti ,,
in calce præfationum tuarum,amplexus fuiſſes. Poteras enim ea, quæ Ga- 2. C.
lenus non attigit,vel morte præuentus non abſoluit,perficere,aut quæ ob- ,,
ſcure,deprauateq; tradiderit,explanare,denique repugnantem ſibi conci- ,,
liare. Grandia quidem ſunt hęc argumenta; ſed ſi pro dignitate tractanda erant,poteram ne lites effugere?poteram quidem, & potuiſſem etiam in morbis explicandis,ſi eum imitatus fuiſſem,qui de ijs in tertia Antiparacelſica tam ieiune ſcribit,vt nihil doceat,quod non ab alijs omnibus plenius,& eruditius traditum fuerit. Si nullus locus obſcurus erat explicãdus, nullum Galeni crimen diluendum,nulla controuerſia componenda,nullũ ex antiquis decretis è tenebris eruendum,ſumma ſane cum quiete omnia tranſegiſſem. Sed quid aliud hoc fuiſſet,quàm operam, & tẽpus perdere? Non ſcripſi,vt lites ſererem,ſed vt componerem. In notandis vero erroribus quamplurimis ita me geſſi,vt neminem virum doctum eſſe putem,qui eorum magnitudine conſiderata,non iudicet à me benigne potius, quàm

acerbe

acerbe eorum auctores fuisse tractatos. quare frustra verba fundit, cum ite
3.A. rum, sicut in Epistola contra me exclamans ita vociferatur. Quid hoc est,
» q̃ impotenter nimis viros præclare doctos, deq; re literaria optimè meri-
» tos propter vnum, atque alterum errorem è numero doctorum expungit,
» inertes, amentes, stupidos, bardos, ἀναισθήτους pronuntiat? Asinos etiam
addit alibi. Sed parum est hoc, cum statim ira ardens in me sic virus euo-
3.B mat. Quin etiam vitę longioris vsuram inuidisse eis videtur, quos odisse cę
» pit. Quid enim habuisse animi, ac optauisse eum putas, cum ad finem primę
» præfationis dolere se ostēdit, quòd nulla lege sic ipsi liceat in illos animad
» uertere, qui aduersus Galeni placita scribere, ac disputare audent, quomo
» do Inquisitoribus concessum est cum omnibus agere, quos hæreticos esse
» iudicant. Ignes certe, gladios, ac restes videtur spirare oratio, dum sibi mul-
» tam irrogare Galeni reprehensoribus, scripta eorum flammis absumere,
» sanctionibus quibusuis prohibere, ne quis talia scribat, concessum nō esse
» conqueritur. Quantum hanc partem exaggeret, facile intelliget qui verba
ex calce epistolæ meæ pacata, & mitia cū his tonitruis, & fulminibus con-
feret; in quibus planè aperit animi sui malignitatem, & iniquitatē in totū
genus humanum, cùm tanta vehementia auersetur legem illam, quæ eorū
licentiam, qui præcepta in humanę vitæ salutem inuenta violant, & corrū-
punt, compesceret; nec intelligit se hic non mihi, sed Galeno esse infestū,
qui in principio libri Aduersus Iulianum legem hanc exoptat. Sed eo etiā
nomine eidē videtur esse infestus, quòd eius calumniatores aperte, & im-
pudenter tutatur, & protegit; quamuis eum excusatum habeo, cū sit & ipse
parum amicus Galeno. Quamobrem legem illam nō sine causa auersatur.
Perijsset verò, nisi inter has nænias etiam repugnantiam aliquam in me
3.C. notasset. Videtur, inquit, in ipso statim limine repugnantia scribere. Hic
» enim cupit lege cautum, ne cui contra probatos authores scribere liceat,
» cum ad finem tertiæ præfationis omnibus facultatem concedat, Galenum
» sibi repugnantem conciliandi; deprauatum corrigēdi; & quę forte desint,
» addendi; in eadem fateatur, Galenum hominem fuisse, labi potuisse; adeo-
» que in anatomicis non semel tantum aberrasse. Locis opportunioribus
demonstrabo ignorare eum quid repugnans, quid consentiens sit. Nam
multus est in hoc criminandi genere. Nunc cum obijciat me mihi in pri-
mo limine repugnare; Respondeo eum in primo limine, quid repugnans
sit non intelligere; licet enim in Epistola mea vetem contra probatos scri
ptores scribendùm esse, non repugno huic decreto, cum postea concedo,
Galenum sibi repugnantem conciliare. non enim est hoc calumnijs Gale-
num incessere, sed eius sensa rectè explicare. Ego sanè, qui me Galeni de-
fensorem

fensorem profiteor, sæpe huiusmodi repugnantias componere enitor.
Nec qui deprauatum corrigit, ei aduersatur, sed illi fauet; nisi fortasse Era
stus per deprauatum errantem intelligat: sicuti visus est intelligere paulo
ante, cum hunc eundem locum his verbis expressit. Quæ obscurè, depra- 2.C.
uateq; tradiderit. Nam si Galenus deprauate tradidit, error eius est, non ,,
codicum. Sed vir subdolus & vafer verba mea, eorumque sensum per-
uertit. Nusquam ego dixi, Galenum deprauate aliquid tradere; nec per
Galenum deprauatum Galenum errantem, sed eius codices, corruptos,
& mēdosos intelligo. Aut igitur locum illum non percepit, aut dolose in
eum sensum excusit. Si non percepit locum tam planum, & apertum; quo
modo abstrusos, & difficiles percipiet? sin autem malitiose sic exposuit,
homo iniquus, fraudulentus, & omnino improbus sit, necesse est. Adde-
re vero Galeno, quæ desunt, quis dixerit esse contra Galenum scribere?
Quod si fateor Galenum hominem fuisse, errare potuisse, & fortasse in
rebus anatomicis quandoque errasse, non ideò concedo cuilibet, vt eius
dogmata calumnijs incessat. Cum scribit deinde. Sed Deo gratia, quòd 4.A.
licet in censoriam sellam nullo Senatus consulto, nulloque Plebiscito, ,,
nullo denique vel Imperatoris, vel Principum aliorum rescripto (quod ,,
equidem ego rescire potuerim) euectus ipse semetipsum collocaret, ,,
potestatem tamen carceris, & gladij arripere non potuit; Quid habemus ,,
aliud, quàm ineptam quandam non eloquentiæ, sed vaniloquentiæ ostē-
tationem? Dixerat & antea, me ita viros præstantissimos tractare, ac si
doctorum consensu censor fuissem constitutus; atque idem postea sub-
inde repetit. At hæc ab vsu horum temporū valde sunt aliena. Fuit olim
in Aegypto consuetudo, nihil vt ad artes pertinens columnis quibusdam
sacris inscriberetur, quod non fuisset eruditorum consensu comproba-
tum. Quæ consuetudo optabatur etiam à Galeno: quod si vnquam, nunc
certe magnopere optanda esset; nam homines ambitiosi, & iniqui in bo-
narum artium scriptores non insurgerent. Cæterum quis nunc Docto-
rum suffragijs, aut Principum iussu scribit? Quis ius Galenum censendi
Argenterio tribuit? Quis Fernelio multa contra eum innouandi? nemo
certe, quamuis falso iactet id sibi muneris ab Henrico Rege magnanimo
fuisse iniunctum. Quis Erasto censuram concessit in Paracelsicos? Ego
sanè iustissimis de causis & propemodum necessarijs Galeni patrociniū
contra salutis humanæ hostes sponte, & libere suscepi; idque non Princi-
pis quidem mei iussu, permissu tamen inuulgaui. Liceat ne Erasto, Argen
terio, & Fernelio in Galenum debacchari; & non licebit mihi eorum ini-
quitatem, & inscitiam patefacere? Liceat ne illis in hominum vitas in-
sultare, & non licebit mihi eorum saluti prospicere? Ac tandem (vt inani

eius quæstioni respondeam) si cum laureæ impositione iura tam Pontificia, quàm Cæsarea legendi, declarandi, corrigendi authoritatem tradunt, nonne ego etiam communem illam authoritatem cum laureæ im-
4.B. positione sum consecutus? Audet etiam vir modestissimus asserere, potuisse me, ac debuisse demonstrationibus potius, quàm conuitijs, & barbara ista vehementia prauas opiniones confutare, qui rarò, & post turpissimos quosdam errores tantummodo vno aut altero verbo quosdam perstrinxerim, cùm ipse in Paracelsicos plura intorqueat conuitia, quàm
5.B. argumenta. At ait se necessitate adactum id fecisse, quia Paracelsici nouo
" curandi genere innumerabiles interficiebant, & diram lanienam inuexe
" rant. Ego vero iurarem Erastum non ob publicum beneficium, sed ob proprium damnum in eos exarsisse; ægros enim ab eo auertebant, & lucellum de manibus eripiebant, cum feliciori successu eos curarent. Nam solent empirici (ipso etiam Galeno attestante) rectius sanitatem reuocare, quàm pseudodogmatici, quorum principatum ab Erasto obtineri certum est. Cum enim ad veram curationem instituendam, morborum, & indicationum eliciendarum cognitiones præcipuè necessariæ sint, Erastum ab vtraque longe aberrare, sole clarius demonstraturus sum. Non est itaque mirum, si populorum animi ab eo alienabantur; & ad Paracelsum conuertebantur. Sed demus, eum ob communem potius vtilitatem, quàm ob priuatas iniurias fuisse commotum, nonne poterat & ipse sectam illam rationibus reijcere, non perpetua illa, & rabiosa procacitate insectari? Quod si hoc sibi iure assumpsit aduersus Paracelsum, cur mihi non concedit aduersus Galeni hostes, cum ab his maius hominibus periculum immineat, quàm ab illo? Cum enim ille ipsius Erasti testimonio nullis rationibus innitatur, nullam vim habere potest artis medicæ professores seducendi. At hi multis, & non leuibus argumentis, & authoritate, qua pollent, multis medicis imponunt; quod euentus ipse declarauit; cum plures habeant imitatores, quàm Galenus. Attamen præter liberam errorum refutationem, quid acerbi in eos protuli, quòd verissimum non sit? quanquam id a me rarissime factum fuerit. Nam (vt de Argenterio loquar) præter erratorum redargutiones, quodam in loco vocaui eum malignum, & infelix ingenium. quòd an verissimũ sit, viris eruditis, & ingenuis iudicandum relinquam. In Fernelium nihil grauius pro
" tuli, quàm cum de eo scripsi. Nullum vidi scriptorem, qui primo aspectu
" maiorem præ se ferat grauitatẽ, & re ipsa leuior reperiatur, & inconside-
" ratior. At nonne eius naturã verè describo? & si qua in parte fallor, in priore fortasse fallor; nã alterã ex infinitis, & grauissimis eius erroribus comprobo. Cæterum nonne Erastus ipse Ferneliũ vanum vocat, & inscite

argu-

argumentari asserit? Erastum ipsum ad eius imitationem, dixi monstra scribere, quòd tunc demonstraui; præsens vero disputatio tota in eius monstris patefaciendis & domandis versabitur. Sed cum videatur id mihi concedere aduersus Argenterium, concedat etiam quæ contra ipsum, & Fernelium scripsi, iure fuisse scripta, necesse est, cum in eadem & ipsi sentina sedeant. Sed ita vrget. Et vt Argenterius petulantius egisset, quid hoc ad Fuchsium, Alexandrinum, Valeriolā, Vegam, aliosue attinet? An alienam hi culpam præstabunt? Ego sanè non reprehendo in his alienā, sed propriam culpam: & cum mihi propositum esset persuadere artis studiosis, vt non alijs plus credant de Hippocratis & Galeni decretis, quā Hippocrati, & Galeno, & ideo enitantur ea non ab alijs tantum, sed ab authoribus etiam ipsis summo studio, & diligentia eruere, demonstrandum mihi fuit, multos ex Hippocratis & Galeni sectatoribus etiam in authoribus illis explicandis sæpe, & grauiter errare. Modo itaque hic meus conatus in studiosorum vtilitatem, & hominum salutem intendat, reliqua omnia mihi post habenda esse iudico. Sed quid in illos vnquam pronunciaui quod verissimū non sit? proferat Erastus, si nouit. Fateor me in Alexandrinum solum semel, aut bis limites fortasse trāsiluisse; Sed lectio longissimi, & ineptissimi illius proœmij tantam mihi mouit indignationem, vt paginas illas inquinatas dixerim, iudicium ipsiusmet Alexandrini secutus, asserentis, quæ prolixius, & extra rem propositam scribuntur, stomachum mouere; Alibi eum repente ex peripatetico stoicū factum dixi, quia cum qualitates discerpi, & vulnerari asseueret, nonne eas corpora esse constituit? Quòd si hæc ridicula sunt, cur irrideri non possunt? At quid Erastus egerit in Antiparacelsicis, nō facile dixerim, quia cum vastum illud opus ab initio bis, & ter legere conatus sim, Apollo me seruauit; tantam enim mihi molestiam incussit, vt prosequi non potuerim. Tertiam quidem partem percurri quia cum in ea quædam artis nostræ capita tractet, sperabam in nouo scriptore aliquid inuenire contra Galeni insectatores, aduersus quos vndique suppetias mihi quærebā. Sed & in hac lectione didici tantummodo, quid sit oscitanter legere: totam enim oscitando, & dormitando percurri; visus tamen mihi est mirus quidam Satyrarum scriptor, adeo frequens est in coaceruandis vndequaque iurgijs, & contumelijs in Paracelsicos. Artis capita nuda, & ieiuna tot maledictis interrumpit, tot diuerticulis nunc ad religionem, nunc ad philosophiam spectantibus confundit, perturbatque, vt vix colligere possis, quid doceat; & adeo est ineptus, vt ea de re plurimū glorietur; eaque se interponere asserat ad oblectandum, & recreandum lectorem eo consilio, quo comœdiarum actores dum se ad nouum actum comparant,

4.C.

,, ,, ,,

,, musica, aut similibus rebus spectatores detinere, oblectareque solent.

Egregius sanè scriptor, qui in præceptis tam grauibus, tam sanctis, & ad humanam vitam necessarijs; in quibus ne verbum quidem superuacaneum esse decet; quærat comicorum oblectamenta. Quare cum ea se in adolescentium gratiam scripsisse iactet, ego ita sentio, nec adolescentes, nec senes posse inde fructum vllum percipere; & magnam temporis iacturam facturos, qui id in tot nugis legendis conterent, si vera sunt Galeni præcepta in procemio libri VI. de simpl. Med. Artem medicam discere cupienti legendos esse authores eos tantum, qui præcepta vtilia tradunt; qui vero fabulas & alia nihil ad artem pertinentia inculcant, eos
,, esse respuendos. Cum enim admoneat Hippocrates, Vitam esse breuem;
,, Artem longam; non est tempus in ijs amittendum, quæ nihil conducant ad artem capessendam. Taceo in ea parte imponi Paracelsicis crimina in religionem adeo impia, & nefaria, vt non sine maximo horrore legi possint. Quare impie fecit, cùm execrandas illas opiniones, quæ intra fines Germaniæ se continuissent, & vnà cum authoribus suis interijssent, immortalitati, quantum in ipso est, commendauit, & alijs etiam nationibus legendas proposuit. At homo ambitiosus, & iracundus nihil pensi habet, modo aduersarios grauissimis criminibus oneret. Itaque iam desinat procacitatem vitium suum proprium, & familiarissimum alijs obtrudere.

Conqueritur ad hæc, scripsisse me, cum monstra in arte medica peperisse non minus prodigiosa, quàm quæ ipse in Paracelso inuenerit; quasi
5.C. sic immanem Paracelsicorum audaciam confirmauerim. Ego sanè cum inuenissem, eum censere, indicationes curandi à causis sumi, non à morbis; id esse monstrum Paracelsicis maius iure pronunciaui; & iure pronũciatum fuisse loco suo iterum demonstrabo. At, si tantam in vnico meo verbo vim collocat, vt Paracelsicorum auxerit audaciam, non aduertit homo imprudens, multum se mihi authoritatis addere, quam tamen quacunque ratione nititur detrahere. Verùm in eo fuit imprudentior, maleque sibi consuluit, cùm falsissimarum causarum patrocinium aduersus me suscepit, & me ad hæc scribenda prouocauit. Nam cum ea legẽt Paracelsici, si ex vno verbo tantum sumpserunt audaciæ, periculum est, ne audaciores reddantur, & ad eum infestandum proniores. Cum statuat, me contra viros illustres scripsisse, metuentem, ne aliter gloriam consequi
5.A.B. possem, suum somnium multis confirmat coniecturis, quarum primam
,, sic exponit. Vt sic putem, facit hoc primum, quòd adeo sollicite conqui-
,, rit ex omnibus angulis, quod accuset, vt aliquando prorsus leuicula, & ad
,, propositam disceptationem vix pertinentia producat. Audi, quæso, bellã
,, excusationem. Nolim hoc, inquit, annotatum inter Fuchsij errores, sed

potius

potius esse documentum hominum, vt sciant, se esse homines. Poterat au ››
tem totum hunc locum, in quo Fuchsius forte sui oblitus est, præterire, ››
cum ad rei propositæ disquisitionem nihil conferret. Coniectura hæc ››
indicat apertissime, Erastum eo vitio peccare, quod mihi ascribit; Cum vere ipse ab angulis hanc suam ducat coniecturam errorum, & mendaciorum plenã. Nam si quis legat, quæ scribo L.2.cap.7. facile percipiet, cum quandam vocem Galeni excuterem, quidquid de ea voce dixi, ad eum locum ita pertinere, vt non potuerit omitti. Percipiet etiam me non affectasse aliorum reprehensiones; nam si id mihi fuisset propositum, Fuchsium tantummodo accusassem, nullamque addidissem excusationẽ, & tandem defensionem. Secundam trahit à locis, quibus eum repre- 6.B.
hendi, quæ reprehensiones ad materiam, qua de ibi agitur, valde pertinent. Recte ne vero, an secus pronunciatæ sint, discutiemus, cum ad eas ventum erit. Tertiam ducit ab epistola, vbi officium meum Episcopi officio comparo, quod irridet, & subsannat, quasi parua magnis comparare non liceat. Quo loco homo vanus habenas oratoriæ licentiæ laxãs, querelas, & accusationes inanes fundit. At quid conferunt hæc ad demonstrandum, me potius ob inanem gloriam, quàm ob Galeni, & veritatis amorem contra illustres authores scripsisse? Nec minus vana est quarta coniectura, quam ex 1.Lib.cap.19. extorquet, imo verò eius proposito quam maxime repugnat; cum neque palàm profitear, neque clam innuam, me doctrina, & iudicio alijs superiorem esse, quantum Hercules 7.B.
alijs fortitudine præstitit; sed aperte asseram, me pro laboribus, & molestia alios confutandi recreari spe benemerendi de studiosis, & de toto genere humano, sicuti Hercules æquo animo pro communi omnium salute ærumnas subibat. Nec inde eliciet quisquam à perturbationibus liber, voluisse me videri, & appellari monstrorum domitorem. Veruntamen sicuti eiusmodi appellationem tunc minime recepissem; ita eã nunc haud prorsus respuo, cum in his Defensionibus plura monstra, & humano generi infestiora quàm Hercules, ac forte verum ipsum monstrorum genitorem sim domiturus. Ad idem probandum alias inculcat conie- 7.C.
cturas, sæpe ante inculcatas, & ad satietatem iam reiectas. Cum verò 8.A.
scribit, in meo primo foetu multos esse, & crassos errores, ego sanè id negare non ausim. nego tamen, quos ipse in hac Anatome collegit, errores esse; omnesque ab eius calumnijs vindicabo. Cum verò statim subiungit. Imprudenter egit, quod non apud se cogitauit, hominem se esse; errare ››
que posse; nec est veritus, ne qua ipse in alios asperitate vsus est, eadem ››
ab alijs excipiatur. Respondeo, eum oscitantius legisse præfationes ››
meas, quàm ego eius Antiparacelsica. nam si cum aliqua attentione le- ››

gisset

giſſet finem prioris eius me obiectioni occurrere vidiſſet, cùm ſic ſcribo. Scio cum liberè multos reprehenderim, non defuturos & mihi reprehenſores quamplurimos, & quæ ſecuntur. Atque hæc ad ea, quæ mihi obijcit, ſatis ſunto. nam reliqua omittenda ſunt, cum parum ad me pertineant. Illud non omiſerim, eum tantum in me odij concepiſſe, vt non ſemel in hac præfatione, & in toto opere in Galenum etiam, quem a me
3.C.D. enixiſſime defendi videt, excandeſcat. Quapropter me ſubinde accuſat,
10.B quod eum reprehendi prohibeam. Qua de re quid ſcripſerim, ex præfationibus meis apparet; & quædam etiam ante attigi. Quocirca in præſentia id tantum afferam, licet Galenum non Deum, ſed hominem; & ideo non ſine crimine eſſe iudicem, tamen ad eius crimina deprehendenda Eraſtum minimè omnium eſſe idoneum; ipſumque ex his meis ſcriptis in quot, & quàm turpes errores ex Galeni inſectatione inciderit, eſſe perceptu-
11.A. rum. De longa illa deliberatione, & de cauſis, quæ eum ad froenandam meam maledicendi licentiam impulerunt, id ſolum dicam. Summam temeritatem, ſummamque leuitatem eum impuliſſe; & qui eũ ſunt hortati; ideo fuiſſe hortatos, quia leuem & temerarium eſſe norant.

Verùm tempus eſt iam iuſtum certamen ſubeundi; in quo ne cogamur ſæpe repetere, Eraſtus obijcit; Eraſtus reſpondet; & alia conſimilia, ipſum affabimur. Diuidam autem totum hoc opus in ſeptem Defenſiones; ſicuti & ipſe Anatomen videtur in ſeptem partes diſtribuiſſe.

DEFENSIONIS PRIMAE PARS PRIMA, in qua demonſtratur, Eraſtum, dum morbum ad aliquid non eſſe ex Ariſtotele argumentatur, contra Ariſtotelem ipſum argumentari.

CVm Lib. 1. Cap. XI. ſtatuiſſem, morbum & ad aliquid, & qualitatem eſſe; ſciremque, te in 1. Ep. De Cauſ. Cont. conſtituiſſe, morbum non eſſe ad aliquid; eam opinionem Cap. XII. refutaui. Argumentum tuũ hoc erat, Ariſtoteles relationem rectè, ac vere negat vel principium, vel terminum motus eſſe; At omnis morbus eſt motus principium, ſiue cauſa, atque etiam motus terminus. ergo nullus morbus relatio. Ego, cum cernerem, maiorem propoſitionem huius argumenti ſumptam eſſe ab Ariſtotele 7. Phiſ. 17. magis in Ariſtotelem intentus, quàm in verba tua, Ariſtotelem ſecutus ſum; & per principium

motus

motus cum eo principium temporis,& generationis intellexi,ita tamen, vt totum illum motum,qui ante terminũ incidit,intelligamus. Ea igitur, quæ sunt ad aliquid,non sunt principium motus hoc modo captum, nec etiam terminus motus.Quare si corpus plus nimio incalescat, caliditas illa dum incipit,dum inualescit,dum in motu est,ad aliquid non est; nec etiam cum in termino est;neque enim caliditas producta iã ad aliquid, dispositio, habitus,aut morbus est;sed ametria inter quatuor qualitates ab illa exoriens,ad aliquid,dispositio,vel habitus,& morbus est. Hic est verus sensus Aristotelis eo in loco, sic etiam inferius à te contra me elicitus, vbi verba Aristotelis citas iam tui oblitus. Argumentum itaque ex 42.B. eo Aristotelis loco sic colligitur.Quæ ad aliquid sunt, non sunt motus, vel motus terminus.Sanitas & morbus sunt ad aliquid. Ergo sanitas, & morbus non sunt motus,vel terminus motus. Cum hæc sic se habeant, nonne conclusio tui argumenti repugnat minori propositioni Aristotelis eodem in ipso loco,vnde argumentum tuum elicuisti? Asserit ille sanitatem,& morbum esse ad aliquid.Tu negas. Probat ille sanitatem & morbum non esse motus,vel alterationes, capiendo per alterationem aggregatum ex motu præcedente & termino ipso,quia sunt ad aliquid. Tu contra probas,morbum non esse ad aliquid,quia motus & alteratio est,capiendo alterationem, vt dixi. Hoc pacto quæ argumento tuo obieci,ex mente Aristotelis deprompta sunt, & verissima sunt. At inquis,te per motus principium,non generationis,aut temporis principiũ capere,sed causam efficientem.Esto;nonne debebas exponere, propositionem istam tuam.Aristoteles relationem recte, ac vere negat vel principium,vel terminum motus:diuersam esse à propositione ipsius Aristotelis,sic se habente.Quæ ad aliquid sunt,non sunt motus,vel motus terminus;& diuersitatem ostendere?Imo vero debebas Aristotelem ipsum refellere,non eius inniti authoritati,si contra eius sententiam tibi constitutum erat negare,morbum esse ad aliquid.Cum horum nihil feceris,colligam ego,te censuisse maiorem tuam propositionem eandem esse cum maiore Aristotelis.Sit itaque maior Aristotelis tuæ cõsentiens,hæc.Quæ ad aliquid sunt,non sunt causa,vel terminus motus. Nonne sicuti in priore sillogismo Aristotelis;minor eius propositio aduersabatur conclusioni tuæ,ita mutata maiore propositione,sequetur hæc conclusio. ergo sanitas & morbus non sunt causa,vel terminus motus,quæ minori tuæ propositioni ex diametro repugnat?Vtrouis modo itaque principium motus capias repugnabis Aristoteli,vel potius facies Aristotelem sibimet repugnantem,cum ab eo deducas argumentum. Præterea in hoc etiã sillogismo sequetur,quod tibi obieci.Aristotelem probare sanitatem, &

morbum

morbum non esse causam,& terminum motus,quia sunt ad aliquid; Te vero probare,sanitatem & morbum non esse ad aliquid, quia sunt causa & terminus motus,quis alius vnquam citauit alterius authoritatem, cuius oppositum decernat? Verùm alia etiam absurda ex tuo hoc argumentandi modo exoriuntur. Ac primum cum dicas,argumentum tuum duobus vti medijs,quorum alterum per se notum sit, alterum à te probetur, vnde postea ex vno duo conficis argumenta; Insto, licere Aristoteli, & alijs antiquis hac stricta,& pressa argumentandi ratione vti;quæ explicatione indigeat: nobis,qui expositores,& interpretes agimus, id non licet,& tibi minus,quā alijs,qui fatearis,te prolixū potius videri voluisse, quàm obscurum.atque id religiose adeo obseruasti,vt sæpe verbosus nimis appareas. At duo hæc argumenta perpendamus, prius est hoc.

13.A. ,, Nulla relatio est causa motus,

,, Omnis morbus est causa motus.

Minorem asseris per se notam esse,& concessam ex definitione, eamque hic demonstras. At per se notum esse,& demonstrari,repugnant authoritate etiam Galeni tui de Opt. Sec. Euidentia à demonstratis distinguentis. Præterea cum per te propositio illa sit falsa,quomodo per se nota, & concessa est?falsam esse,non semel & bis,sed sæpius asseris in hac Anatome. Vnus nunc satis sit locus,vbi sic scribis. Satis nunc scire, omnem dispositionem bonam,aut malam motus esse terminum,& finem;ac proinde ratione eius corpus non moueri. Præterea falso statuis, morbum esse motus causam,quia actionem lædit;tantum enim abest plerunque,vt causa sit motus,quòd potius sit motus priuatio,& interceptio. Fractura crurium ambulationem adimit,non est igitur morbus motus causa. Scribis præterea tu obstructionem non mouere,sed distributionem impedire.

37.A. ,, (margin, beside "Satis nunc scire … proinde ratione eius corpus non moueri")

207.B. (margin, beside "rium ambulationem adimit")

13.B. Alterum argumentum erat.

,, Nulla relatio est motus terminus.

,, Omnis morbus est motus terminus.

,, Huius minorem ais te probasse verbis illis. Cum enim alteratio dispositionem permanentem attigerit talem,quæ actionem offendat, morbus dicitur esse. Qua in re declaras magnam rerum tuarum ignorationem, cum hæc verba probent non solum minorem secundi syllogismi, sed etiā primi,quam per se notam esse statuisti.quippe verba illa (cum alteratio dispositionem permanentem attigerit)probant minorem propositionē secundi;ea vero(quæ actionem offendat)per te prioris minorē probant, licet demonstratum sit,probationem illam esse nullam. Præterea si probas minorem secundi argumenti definitione morbi, cur non & ipsam notam, & concessā ex morbi definitione esse affirmas,sicuti de minore

alterius

alterius argumenti affirmasti? Si argumentorum tuorum vim non percipis, quomodo eam vis ab alijs percipi? Assero præterea, minorem hanc, eiusque probationem esse contra Aristotelem eo in loco, cuius authoritati inniteris. Non enim motus terminum, sed quod ex motus termino oritur, sanitatem & morbum esse pronunciat. Vnde non caliditas, quæ terminus calefactionis est, morbus est apud Aristotelem eo in loco, sed ametria inter quatuor qualitates à caliditate inducta; quod & tu ipse
sæpe affirmas, & præsertim vbi Aristotelis locum aduersum me producis. 43.F.

Vides quot sint absurda in hoc tuo argumento, siue vnū sit, siue duo; B.C.
quoties tibi ipsi; quoties Aristoteli repugnes; & tandem quoties Aristotelem sibi ipsi repugnantem facias. Quæ omnia effugisses, si sanitatem, & morbum esse in prima specie qualitatis; & in ijs etiam, quæ ad aliquid, cognouisses, vt ego statui Lib. 1. cap. x. & xi. Nam ut qualitates, causæ & termini motus sunt; vt verò relationes sunt, nec causę, nec termini motus, vt iterum demonstrabo in secunda Defensione, quando hunc eundem Aristotelis locum iterum discutiendum propones; quo pacto sustulisses etiam contradictionem illam, quam in te deprehendi, Lib. 2. cap. 12. cum hic neges, morbum esse relationem; in calce verò tertiæ Epistolæ relationem esse affirmes. At tu nodum illum aliter soluis, quod quàm recte facias, videamus.

DEFENSIONIS PRIMAE PARS SECVNDA:
in qua confirmatur, Erastum sibimet repugnantem affirmasse, morbum esse, & non esse ad aliquid.

REctè tu quidem nodum hunc soluere incipis; sed statim
corrumpis omnia. Cum enim sic interrogas. An non 14.C.
pugnantia sunt morbum referri, & non referri? recte ,,
quidem ita respondes. Imo verò vtrunque recte dici ,,
tur, cum ad diuersa respicimus. In tractenda verò diuer ,,
sitate falleris, atque vnico errori alios multos adiungis.
Ais igitur. Aliud est relatio, aliud relatum esse, aut referri ad aliquid.
Quare qui negat, morbum esse relationem; & relatum esse, aut referri ad
aliud affirmat, nihil repugnans pronunciat; declaras hanc distinctionem 14.D.
in hæc verba. Relatio est accidens, seu qualitas illa vna participata à duo 15.A.
bus absolutis, propter quam inter se referūtur. Vt si albedo vna ad aliam ,,

,, referatur propter ſimilitudinem;relatio erit ſimilitudo albedinum vtrique
,, accidens;relata verò ſunt vtraque albedo,quatenus ſimilitudine partici-
,, pant.Ipſa autem ſimilitudo,quæ eſt relatio,non refertur ad aliud;ſi enim
,, referretur,alia relatione referretur,& illa rurſus alia,ſicque in infinitum
,, res abiret. Expendamus nunc diſtinctionem hanc:deinde ad ſolutio-
nem tuam accedemus. Aſseris relationem hanc accidens eſse, ſeu qua
litatem. At hinc nihil certi colligitur.Nam ſi qualitas ſit,eſt etiã accidens.
Sed ſi accidens,nõ ſtatim qualitas,quia poteſt aliud eſse, quàm qualitas;
ſumpſiſti fortaſse,ſeu,pro,ideſt,hoc ſenſu;relatio eſt accidens, id eſt qua
litas.Sed ſi ita ſumpſiſti,relatio locum habebit in qualitate tantùm,quod
de ſimilitudine à te propoſita verum eſt.At æqualitas,quę & ipſa relatio
eſt,per quam duo quanta æqualia eſse dicuntur,non qualitas, ſed quan-
titas potius dicenda eſt,vt taceam reliquas relationes in reliquis prædi-
camentis fundatas.Si dicas,te ſumpſiſse illud,ſeu,pro vera diſiunctiua,&
ideo æqualitatem,licet qualitas non ſit, accidens tamen eſse; repetam,
modum illum loquendi improprium eſse,dubium, & perplexum. Vnde
ſic erat pronunciandum.Hæc relatio eſt qualitas,aut aliud aliquod acci-
dens;vel breuius relatio eſt accidens quoddam.Verùm quidquid verba
illa tua ſignificent,(quomodocunque corrigantur)quæro, an relatio ſit
in omni genere accidentium,& præcipue an ſit in eorum genere, quæ ad
15.A. aliquid referuntur;atque id aperte negas,cum aſseras, ſimilitudinẽ, quæ
B. relatio eſt,non referri ad aliud. At Ariſtoteles 5.Methph.20.ſcribit.Quę
,, habentur ab ijs,quæ ad aliquid eſse dicuntur,eſse & ipſa ad aliquid per
,, ſe.Vnde æqualia,& æqualitas,per quam æqualia referuntur;ſimilia,& ſi-
,, militudo;eadem,& identitas in eodem ſunt genere,Erras igitur cùm re-
lationem hanc ad aliquid eſse negas.Erras etiam cùm aſseris albedines
relata eſse.Nam ſimilia ſunt relata;albedines verò relatorum fundamen
,, ta,& termini,quare hic locum habet illud Ariſtotelicũ. Ex vno abſurdo
,, multa ſequi abſurda. Ad hæc cum colligis,morbum non eſse relationem,
quia eſt qualitas abſoluta,nonne indicas relationem qualitatẽ non eſse?
15. B. Ante tamen paulo ſtatuiſti,qualitatem eſse.Si dicas,qualitatem quidem
eſse,ſed non abſolutam:quæram,quid intelligas per qualitatem abſolu-
tam. Si reſpondeas,qualitatem perfectam,quæ in termino ſit, quod indi-
cas ex voce diſpoſitionis,ſequetur,relationem,ſi ſit qualitas,eſse qualita
tem in via;at qualitas in via alteratio eſt;Cum autem viſum ſit ex 5. Me-
taph.relationem eſse & ipſam ad aliquid,conſtat eam qualitatem in via
eſse non poſse,nullo igitur modo qualitas. Dices per qualitatem abſolu
tam eam intelligo,quæ per ſe,non alterius ratione conſideratur.Erit igi-
tur tua hæc relatio qualitas, quæ alterius ratione conſideratur, at hæc
qualitas

qualitas non est, sed ad aliquid, vt nos antea quoque demonstrauimus; nullo igitur modo qualitas. Colligis tandem, morbum, cum qualitas absoluta sit, non esse relationem, sed relatum, quo in loco explicandũ erat sicuti in albedinibus explicasti, quomodo morbus sit ad aliquid, & per quam relationem referatur, at hoc in abditis, & arcanis reliquisti; Addis relatum, & relationem differre; quod concedo, cum similia & similitudines aliquo modo differant. Non differunt tamen, vt tu censes, quia relatũ referatur, relatio non. Nam relationem etiam referri patet ex Aristotele; & ideo dicimus, similitudinem esse similium similitudinem; & similia similitudine esse similia; neque ideo fit progressus infinitus, cum hæc sint reciproca. Illud etiam aduertendum est, per te duas albedines esse relata; similitudinem esse relationem, per quam albedines referuntur; albedines igitur non sunt relatio. Paulo tamen post asseris albedinem hanc, vel illam non esse relationem, antequã similis ei aliqua albedo oriatur. Hac igitur orta, sequetur albedines esse relationes; erunt igitur relata, & relationes. Quæ supinitas, & dissonãtia est hæc in vna, atque eadem periodo? Hæc de tua distinctione confusionum plena; quæ si recte fuisset explicata, vera esse poterat. Hinc vnicuique patere potest, ex verbis tuis certũ aliquem sensum difficulter elici posse: & rerum naturam, de quibus agitur, potius respiciendam esse, quàm verba tua temere profusa pẽsitanda. Verùm si hæc distinctio te a contradictione vindicat, cur eam non adhibuisti, quando sententias illas inter se repugnantes protulisti? Cur offendiculum illud in mentibus lectorum rudiorum, inter quos & ego sum, reliquisti? Sed nec distinctio hæc quomodocunque extorta, nec aliquid aliud te ab eo nodo explicare potest. Nam cum vtrobique loquaris de Aristotelis sententia, atque ex vno eodemque eius loco; & Aristoteles ibi loquatur de ijs, quæ vere sunt ad aliquid, te etiam de eisdem vtrobiq; loqui, summa est necessitas. Constat idem euidẽtissime ex omnibus argumentis tuis. Non longe abieris, maior illa propositio primi, Aristoteles „ relationem negat vel principium, vel terminum motus esse, ad ea pertinet, quæ vere sunt ad aliquid. Idem indicat principium maioris propositionis secundi argumenti ita se habens. Relationes in comparatione, & veluti imaginatione consistunt. Sumpta enim est à definitione eorum „ quæ ad aliquid. At qualitas illa tua relata copulans per te nec in comparatione dicitur, nec ad aliud refertur. Maior etiam tertij argumenti: Accedit rebus relatio absque omni sui permutatione; sumpta ab Aristotele 5 i. phys. x. citra vllam controuersiam ad vera pertinet relatiua. Vltimum argumentum & verbis, & sententia te coarguit, cum enim dicas. Certe cum „ ex sanitate pars permutatur ad morbum, aliter afficitur, quam cum ad „

15. B. C.

 aliud

aliud refertur. Quæ propositio ea, quæ proprie ad aliquid sunt, amplecti-
tur: ac cum in superioribus argumentis vsus fueris voce relationis, indi-
cas, te relationem, & ad aliud referri pro eodem capere. Ac, vt eruditio
tua magis pateat, videndum est, quos tunc reprehenderis; idquè verbis il
» lis tuis innotescit. Parum feliciter excusat errorem, qui relationes facit
» esse morbos, quod nonnullos facere video. Etenim substantia nulla rela-
» tio est, tametsi in substantia nonnunquam fundetur. Hos eosdem repre-
hendunt Peregrinus Bononiensis in quæstione De Causa Continente, &
Schegkius etiam. Ille, itaque cum de affectu, & actione quędā protulisset,
,, sic intulit. Quapropter, vt relata sint, & inter se conferantur, siue alterum
,, ad alterum referatur, quemadmodum pater ad filiū est necesse. Vt enim
,, pater & filius mutuo referūtur, sic præcise affectus & actio. Sed morbus,
,, & sanitas sunt affectus, ob id erunt ex genere eorum, quæ sunt ad aliquid.
,, Schegkius hunc in modum. Vt sanitas & morbus, ita quoque affectus &
,, actio ex eorum numero sunt, quæ ad aliquid referuntur. Ideoque non in
,, genere qualitatis, sed potius relationis, seu ad aliquid reponuntur. Hinc
patet, viros illos censuisse, sanitatem & morbum esse ad aliquid; quorum
opinionem cum refutes tuis illis argumentis, patet etiam, te negare sani
tatem & morbum esse ad aliquid; in calce tamen tertiæ Epistolæ, ad ali-
15.c. quid esse affirmas. Adiungis tandem me socium erroribus tuis sic scri-
,, bens. Mirari licet, cur, cum ipse quoque dicat, morbos nō esse relationes,
,, & referri tamen fateatur, vitio mihi vertat, quod laudi sibi ducit. At. Hoc
me alicubi dixisse, non memini, demonstraui quidem Lib. 1. cap. xi. mor-
bum & sanitatem esse qualitates, & ad aliquid: at hoc quid ad rem? Sed
mirum non est, eum, qui se ipsum non intelligat, nec me, nec Galenū intel
ligere. Cum dixi Lib. 1. cap. xvij. plenitudinem esse ad aliquid, & qualita-
tem vel dispositionem, me cum Galeno locutum fuisse scio. Quis enim ne
get plenitudinem, vt causa morborum est, ad aliquid esse? quòd vero di-
spositio sit, Galenus declarat, cum passim in ore habeat plethoricam di-
spositionem; quod in disputatione De Causa Continente ostendemus.

Quæ subdis vsque ad secundam partem, omittam, cum partim nuda
sint verba; partim in superioribus discussa.

DEFEN-

DEFENSIONIS SECVNDAE PARS PRIMA; *in qua demonstratur, qualitatum excessum esse temperamentum, non temperamenti causam.*

CVm hæc pars sit multiplex,& confusa,ordini tuo,qualiscunque sit,insistã,incipiẽs primum à primis. Ac(vt eius argumentum aperiatur)sciendum est, me Lib. 2. cap. x. protulisse Argenterij argumentum, quo demonstrat, sexdecim morbos ex intemperie a me ad eum vsque locum explicatos,morbos non esse, sed morbi causas; cap. deinde xi. cum attulissem,quid ad argumentum respõderit Fuchsius, hæc addidisse. Verum argumentum id alios multos & strictius illaqueauit, Vegam in primis(vt visum est)& Thomam Erastum,qui in calce vltimæ Epist. de caus. cont. licet vir sit in disputando acer, non tamen audet hoc argumentum attentare,sed laudat potius,& nouis rationibus confirmat,quas recensui,& tandem cap. 12. confutaui. Nunc tu illam confutationem reiecturus ab alto initium ducis,& antequam ad rem venias,more tuo multa obloqueris extra rem,quæ præterire statui, quod propositum perpetuo præmam,ne in rebus friuolis,& nihil ad institutum nostrũ pertinentibus,tempus perdam magna cum lectorum molestia. Attingam tamen quædam non omnino a re proposita aliena,vt in his etiam ostendam,quàm negligenter quæ alibi scripsisti, obseruaueris. Scribis hic, inferius repetis,& ante etiam in procemio obieceras,falli me, cum assero,te ab argumento Argenterij impulsum fuisse ad ita credendum: te enim excogitare potuisse,quod alij excogitauerint;euenire etiã potuisse, vt talia Bononiæ a præceptoribus audieris. At sanè hac in re minime fallor;id enim tantum assero,te ab argumento eo fuisse illaqueatum; quod siue ipse excogitaueris,siue a præceptoribus hauseris;siue apud Argenterium,aut Vegam legeris;nihil ad me;sed cum eo in loco de caus. cont. sic scribas. Proinde negare nequeo,quin obiectio vera sit. Viderunt hoc viri in omni doctrinæ genere eruditi complures alij,quæro,qui nam sint hi? Ego certe inuenio Argenterium, & Vegam. Quare si affirmassem, te ab his desumpsisse illud argumentum,fortasse nõ errassem. Subdis. Quo tempore illa scripsi,nihil Argenterij videram,excepto libello De Cõsultationibus apud ægros. At arguis te ipsum mendacij, cum in prima Epist. sic scribis. Nec illos etiam refellere hoc loco statui,qui morbos primo im-

Margin: 16.D — 17.C — 11.C

pedire

pedire actiones negant. Indicant enim hæc, te librum etiam Argenterij
17.D. de Gen. Morb. legisse, in quo praua illa opinio proponitur, & defendi tur. Obijcis & hic me curiose, & sollicite quærere, quod carpam, qua-
,, si ad nostram disputationem non pertinuissent argumenta illa tua, quæ
18.A. argumenta Argenterij confirmabant. Negas quinetiam te argumẽto eo vti voluisse pro defendenda causa continente. Respondeo nolle me consilia tua exquirere. Satis mihi est, argumentum productum fuisse; nouis
,, rationibus confirmatum; & ita collaudatum. Proinde negare nequeo,
,, quin obiectio vera sit. An verò eo argumento defendatur causa continẽs
,, testem tè producam sic scribentem. Hoc modo omnis omnino morbus
,, haberet coniunctam causam, nec esset vllius morbi curatio aliud, quàm
,, causæ deletio. Ex his patet te lapidem conieciße, & manum abdere voluisse. Quod cur tunc feceris, non intelligo, nisi fortasse, quia tibi arduum & iniquum videbatur, tam dira monstra defendere, & Galeno palam aduersari. Sed cum hic id iam aperte facias, frustra te excusas. Quòd si cupis ostendi monstra Paracelsicis prodigiosiora, duo in paucis illis verbis caput exerunt; primum, Esse in omnibus morbis causam continentem, quā in nullo morbo esse Galenus decreuit. Alterum, Nullam esse aliam morborum curationem, quàm causæ depulsionem, de quibus loco suo agemus. Nunc ad rem veniendum est. Atque hanc ab alto ducis exordio
19.B. quippe a nomine, & definitione temperamenti: quæ prætermittā tanquā abunde a me explicata in primis capitibus libri secundi. Id tantum anno
19.A. tabo te falso mihi ascribere, quòd mistio de corporibus etiam efferatur, temperatio de solis qualitatibus; quisquis enim leget cap. 1. libri mei 2. de Morb. intelliget hoc non solum mihi, sed Aristoteli, Alexandro, Galeno, & veritati aduersari. Si quidem substantiæ ipsæ, non qualitates tantum temperantur, vt ibi demonstratur. Verum iam ad controuersias accedamus. Quas si quis recte percipere, & diiudicare cupit, legat 3.4.5.6.10.11.& 12. caput libri mei 2. In illis propono definitionem temperamenti, confirmo, explico, & distinguo in nouem. Quorum vnum est æquabile, & moderatum, octo non item; cum in his vna, aut duę excedant qualitates; a quarum excessu temperamenta illa octo denominantur. Atque in hoc consentientem habeo Auicennam, qui cum complexionem definiuisset, multaque de mediocri tam ad pondus, quàm ad iustitiam disseruisset, tandem in fine capitis nouem has complexiones, vel temperaturas descripsit; easdemquè corporis primum partibus accōmodauit; deinde ætatibus; postremo humoribus. Quod idem fecit & Galenus, vt
20.A. paulo post demonstrabo. Audes tamen asseuerare non dubius amplius,
22.B. sed certus Argenterij assecla excessum qualitatum temperaturam non

esse,

esse, sed causam potius; temperaturam vero nihil esse aliud, quàm proportionem inter quatuor qualitates cadentem. Atque hoc est controuersiæ nostræ caput, ac positionem tuam sic probare incipis. Si temperari dicū- 19 C
tur, quæ ad mediocritatem deducuntur, nec tamen prorsus corrumpuntur, sequitur omnino, vt mediocritas illa diathesis quædam sit in earum omnium vnitate, & repressione consistens. Non igitur vel frigiditas est, vel caliditas, vel humiditas, vel siccitas, sed ab omnibus his diuersa est. Vt paucis agam, assero quæcunque hic a te dicuntur, in temperamento vere mediocri, quod Galenus eucraton vocare solet, esse verissima; & consentire ad vnguem cum Galeno, qui primo de temperam. cap. 8. de eo sic scribit. Si quidem medium plane sit in vtroque contrariorum genere ita vt non magis sit calidum, quam frigidum; aut humidum, quàm siccum; eucraton id omnino dicitur. Et paulo infra. Qui nanque in summo est temperatus, is neutram oppositionem habet superantem. Hæc eadem si in reliquis octo temperamentis considerentur, sunt falsissima, vt patet ex eodem Galeni loco nunc citato; nam si ad vnguem temperatus neutram oppositionem habet superantem, sequitur, qui non sit ad vnguem temperatus, eum alteram oppositionem, aut vtranque habere superantem. Patet & ex rei natura; nam si in eo non est æquabilis omnium qualitatum mediocritas, nonne sequitur, esse excessum in vna, aut duabus? Instabis. Fateor, in illis octo temperaturis qualitatum excessum esse; non illum tamē excessum qualitatum, aut qualitates excedentes, imo vero proportionē inter omnes cadentem temperiem esse constituo. Sanè si naturam rerū considerares, non tam facile impingeres in rebus apertissimis. Perpendamus itaque hoc in temperaturis partium similarium corporis humani. Statuunt Galenus, Auicenna, & omnes, temperiem ossium esse frigidam & siccam; carnium calidam & humidam. Id tu negas, statuisque non excessum qualitatum, sed proportionem inter qualitates esse temperiem. Si sic est, ostende hanc mihi proportionem in ossibus; & sane aliam nullam ostendes, quàm quòd quædam superent, quædam superentur. Vnde si quæram, quæ nam est proportio inter qualitates elementorum, ex quibus ossa constituuntur? quid aliud respondere poteris, quàm frigiditatē superare caliditatem, & siccitatem superare humiditatem, atque sic esse excessum in vtraque oppositione? Cum igitur dico, ossium temperiem esse frigidam & siccam, non ne proportionem, quæ est inter qualitates complector? Vis idem experiamur in temperie carnis? At non puto te adeo esse rudem, quin ex hoc incipias rei naturam intelligere, & etiam resipiscere. Vtinam aliquando ex te ipso periculum id fecisses; non enim tam præceps fortasse in scita Argenterij ruisses deserto Galeno. At vr-

ges,

ges,ſi qualitates excedentes ſtatuantur temperaturæ, temperaturæ non
20. B. erunt diuerſæ a primis qualitatibus.Reſpondeo id non ſequi. Imo verò magnam eſſe inter eas diuerſitatẽ.Vnde ſicuti oſſa diuerſa ſunt ab igne, terra, aqua, & aere; ex quibus ſunt condita; ita qualitates eorum ſunt diuerſæ à qualitatibus elementorum;cum elementorum qualitates ſint
20. C. ſummæ,& puræ;hæ verò retuſæ,& contrarijs confuſæ.Pergis deinde multis demonſtrare neceſſitatem huius diuerſitatis.Quæ vt omnia vera eſſe concedam,nihil contra nos faciunt.Nam & in hoc noſtro decreto apparet inſignis,& conſpicua diuerſitas inter qualitates excedentes,temperamentumque conſtituentes;& primas elementorum qualitates.Quare ad alia tranſeamus;nam ſi qua reſtabit difficultas,eam in ſequentibus ſummouebimus,& præſertim cum Vegæ argumentum a te defenſum iterum
23. A. oppugnabimus. Concludis tandem, te ex Auicenna, & Alexandro comprobaſſe ſententiam tuam.Quæ ſententia cum ſit duplex,prior,temperiem eſſe diuerſam a qnatuor primis qualitatibus eã conſtituentibus; altera,exceſſum vnius,aut duarum qualitatum non eſſe temperiem, ſed temperiei cauſam;concedo & ipſe priorem ex Auicenna, & Alexandro confirmari;ſicuti alteram Auicennæ, & Alexandro repugnare affirmo. De Auicenna ex iam deductis potuit apparere. Quantum verò ad Alexãdrum nihil attuliſti,quod ad ſecundam ſententiam pertineat. Si poſthac afferes aliquid,id diſcutiemus. Tranſis tandem ad Galenum & Ariſtotelem,& prius ad Galenum,& ex eo ſecundam partem tantum ſententiæ tuæ confirmare niteris;exceſſum videlicet qualitatum non eſſe temperiẽ.
23.B. Vnde ſic vrges.Quid aliud cenſeri poteſt voluiſſe Galenum, cum medica
" menta toties dicat agere vel qualitatibus reliquas ſuperantibus, vel toto
" temperamento?aperte qualitates à temperie alias facit. Idem ſtatuere
" cogimur,cum propter idioſyncraſiam certos peculiariter aliquid agere,
" vel pati aſſeuerat.Si hinc colligis,qualitatum manifeſtarum exceſsũ non eſse temperamentum,& ſolum eſse temperamentum, quod Galenus vocat,totum temperamentum,& idioſyncraſiam,neſcio,an aliquod portẽtoſius monſtrum in Paracelſo deprehenderis,quàm hoc,quod totam Galeni diſciplinam,& rerum naturam contaminat,& deuaſtat.Sanè ſi nullũ aliud eſt temperamentnm,quàm quod nunc cõſtituis, fruſtra conſcripti ſunt a Galeno duo primi libri De Tẽperam. & pars tertij;fruſtra libri xi. De Facult. medicamẽtorum ſimplicium, fruſtra tradita indicia temperamentorum partium totius corporis humani in Arte medicinali, & omnia tandem,quæ de temperie & intemperie ſcripſit.In rerum etiam natura cum actiones omnes a temperamentis prodeant, maior pars actionũ peribit,cum a tota temperie, & ab idioſyncraſia non admodum multæ

prodeant

prodeant actiones,multæ vero a qualitatibus manifestis. Locus autem, quem citas ex Lib.de Simpl.Med.Galeni,& est in prooemio quinti libri, tam recte a te intelligitur,quàm alij omnes.Nam si putas,qualitates supe rantes in medicamentis non esse temperiem,tota eorum librorum disciplina te refellit;in qua nouem medicamẽtorum temperaturas describit; quarum vna moderata est, octo immoderatæ;cum in illa nulla qualitas excedat;in his aut vna aut duæ.Ac in excedentibus quatuor ordines constituit.Vnde lib.5.cap.vltimo ordines hosce descripturus sic præfatur. Porrò congruens iam tempus est,definitis temperamentorum,& faculta ,, tum,quæ in medicamentis sunt,ordinibus,hunc librum absoluere. Ecce ,, quàm aperte Galenus qualitates octo modis excedentes temperamẽta, & facultates medicamentorum vocet;& in singulis quatuor ordines con stituat,quorum vnumquẽque in tres partes distribuit. Inde itaque patet, excessum qualitatum apud Galenum esse temperamentum. Quare cum medicamenta agunt manifestis qualitatibus,temperamento agunt;cum etiam a tota substantia,a tota temperie,a forma specifica agunt, proculdubio à temperamento agunt,vt declarauimus tertio lib. contra Fernelium.Sed id est discriminis.Nam quando agunt qualitatibus manifestis, qualitates illæ sunt sensui manifestæ,& gradus etiam earum. Siquidem dicimus alia calefacere tribus gradibus,alia duobus, alia etiam in princi pio gradus,alia in medio,alia in fine.Tota verò temperies non patet sensui,quia certus eius gradus ignotus est.Lepus marinus pulmonem, cantharides vesicam exulcerant,atque id faciunt intensa caliditate, & siccita te,cuius vi non vesicam tantum,& pulmonem,sed reliquas etiam partes exulcerant.Quare cum reliquas exulcerant,id faciunt qualitatibus mani festis;quarum gradus etiam inueniri possent.Sed cum pulmonem,& vesicam,faciunt id a tota substantia ; quia certus ille & exquisitus gradus ignotus est.Leporis marini nullum sumpsi experimentum. Cantharidas vidi vel capiti admotas non solum in eo vesicas excitare,sed etiam ardorem vrinæ inducere.In capite itaque vesicas excitant ob caliditatem & siccitatem quarti gradus;ardorem verò vrinæ a certissimo quodam, & proprio gradu,sed ignoto,quo à reliquis omnib⁹ calidis & siccis in quar to gradu differunt.Nascitur autem ille certus,& determinatus gradus ex certa elementorum mensura;ex quibus vnumquodque mistum constat, vt docet Galenus primo de Fac. Nat. cap. 3. lib. 2. cap.8. in lib.De Plen. cap.3.& 4.De simpl.Medic.cap.15.Nec fortasse ab hac sententia es alienus in Thesibus tuis de morbis totius substantiæ;in quibus operam dedisti,vt Galeni decreta à Fernelio defenderes;vnde de his loquens scribis. Posteriores ideo publicabo,vt Mõtanus intelligat, etiã nobis displicere, ,,

" quæ contra Galenum,& veritatem ipſam aſſeruntur ; & nec uires nobis
" ad ea refellenda deeſſe,&c. Theſi itaque 52.53.55.& quibuſdam ſequentibus . perte fateris,qualitates manifeſtas eſſe temperamenta;quod cum facias in eo tractatu , in quo fateris,te Galenum,& veritatem defendere, credendum eſt,te in hac Anatome contra Galenum & veritatem pugnare; & nihil in ea aliud tibi proponere,quàm vt me confutes , & obiurges.

23.D. Obijcis deinde Galenum in lib.Quòd animi mores corporis temper. ſeq.vbi temperiem eſſe ſtatuit formam ſubſtantiæ, animam , facultatem animæ,aut potentiam corpus gubernantem.Neque enim veriſimile eſt, eum tunc per temperiem qualitatés excedentes intelligere. Neſcio ſanè, quo ſpiritu ductus hęc protuleris,cum Galenus eo in lib.nihil agat aliud, quàm vt demonſtret,mores animi corporis temperiem conſequi. Vnde docet cibis,potibus,medicamentis,inſtitutis quotidianis, immutari corporis temperaturas;quarum mutationi morum mutationes ſuccedunt; fiunt autem hæ mutationes omnes qualitatibus manifeſtis.Neque habendus eſt Galenus pro inerte,& ſtupido,ſi ſcripſit, quæ quotidie fieri videmus:quæque prodita ſunt ab Hippocrate etiam , Platone, & Ariſtotele. Nec dandum eſt illi vitio,quòd videatur aſſerere,animam eſſe primarum qualitatum temperamentum,quia ſe cõtinet intra artis ſuæ ſepta ſenſum ſequentis quamquam alibi probabilius pronunciat temperaturam eſſe animæ inſtrumentum,nõ animam.Huius autem veritas in ſacris paginis

24.A. tantum enitet. Demũ ex primo De Vſu part. cap.9.& lib.de Plen.cap. 3.nihil habes aliud,quàm partium ſubſtantiam conſtare ex temperie quatuor qualitatum.An verò excedens qualitas ſit temperies, non docet ibi Galenus,cum opportunioribus locis id fecerit. Quod ad Ariſtotelem pertinet,ego ante te eius ſententiam expoſui,& amplexus ſum,eandẽque

24. B. in præſentia amplector ; neque enim decretis Galeni repugnat , vt antea
C. D. quoque ſum profeſſus. Deinde ſententiam meam exquiris , meque mihi
25.A. in multis locis repugnantem deprehendis:quod crimen cum paulo infe-
33.C. rius latius inſectaris,cum ad locum omnia reijciam. Quæris præterea,
25. B. cum aſſero temperiem eſſe mediocrem,& moderatam qualitatem ex mu-
" tua primarum qualitatum actione & paſſione ortam;quæ nã ſit hæc qualitas, dubitaſque,an me ipſum intellexerim,cum ea ſcribebam. Reſpondeo,me in 2.lib.ſæpe,ſed præſertim cap.vi.id declaraſſe. Si loquamur itaque de verè mediocri,ea eſt,in qua poſt miſtionem nulla eminet qualitas,vnde eucratos dicitur;qualis eſt temperies cutis volæ manus. Sed ſi verè mediocris non ſit,conueniat tamen parti,cuius eſt temperies,ea eſt,
25.C. in qua vna,aut duæ eminent qualitates:vnam ponamus,& caliditatem,vt
D. ipſe ponis pro me reſpondens.Cum rurſus interrogas,ſi caliditas medio-

cris,

cris,cur non & tres reliquæ mediocres?nam si hęc ex mutuo conflictu redacta est ad mediocritatem,cur non & reliquæ?Respondeo, te mentem meam in his temperaturis non recte esse assecutum; nunquam enim in moderata temperie ab octo immoderatis distincta asserui caliditatem, aut aliam quampiam qualitatem eminere,sed omnes ex ęquo moderatas esse,veluti in temperie cutis volę manus.Quare cum deducis, si caliditas mediocris est,reliquas etiam mediocres esse, totum id concedo. At in mediocritate iustitiæ,in qua vna,aut duę solēt excellere(sed capiamus nos caliditatem iam vsurpatam)interrogatio tua vana est,& inepta;nam si hæc caliditas redacta est ad mediocritatem a frigiditate,nō inde sequitur,frigiditatem etiam esse mediocrem, & temperiem à frigiditate esse denominandam,sicuti a caliditate:nam in eo conflictu licet vtraque alteram retuderit,caliditas tamē magis eminuit,& frigiditas magis represſa est.Idem dixeris in altera oppositione humiditatis,& siccitatis: idem dixeris etiam,quando duæ excellunt.Nam & hę duas sibi oppositas magis retuderunt,quàm ab ipsis fuerint retusæ.Idque planum est in omnibus mistis,& præsertim in partibus similaribus corporis nostri. Caro calida est,& humida,non frigida & sicca,quia in eius productione caliditas frigiditatem;humiditas siccitatem superauit.Ossa contra sunt frigida & sicca,quia in eorum productione frigiditas caliditatem;siccitas humiditatem deuicit;& ratio est,quia in generatione carnis concurrit maior portio elementorum calidorum,& humidorum:in ossibus cōtra maior portio terrę,quę frigida est & sicca;vt hinc appareat,reliquas tuas interrogationes magnam arguere inscitiam,& ignorantiam, ne frustra conteram tempus in singulis sigillatim refutandis.Cum autem videres, temperamenta à qualitate eminente denominari,concedis temperamentum hominis calidum dici posse;negas tamen temperamentum hominis caliditatem esse;qua in re repugnas Auicennæ,& tibi ipsi,qui eius definitionē collaudasti,hisque verbis expressisti.Temperamētum est qualitas ex mutua qualitatum elementarium actione,& passione orta. Nam si definitio cum definito conuertitur,sicuti temperamentum est hæc qualitas;ita hęc qualitas est temperamentum.Vnde si dixero,caliditatem, & humiditatē moderatam esse carnis temperamentum,neminem id mihi magis prohibiturum puto,quàm si dixero,temperiem carnis esse calidam,& humidā. At inuadis nos accommodatissimo exemplo hydromelitis aquosi.Licet enim dicere,temperies hydromelitis est aquosa ; non tamen temperies hydromelitis est aqua.Elucescit hic præclara tua illa ostentatio philosophię,cum substantias ab accidentibus nescias internosse. Quis adeo est imperitus,qui nesciat,falsam esse propositionem illam. A qua est temperies,

27.P. (margin, beside "minis calidum dici posse")
" " (margin)
27.P. (margin, beside "At inuadis")

ries,cum altera ſit accidens,altera ſubſtantia?obruis lectorem tuis iſtis exemplis,vt alibi dixi,quæ vt aliquando fidem faciant , rarò tamen demonſtrant,nec adhuc aduertiſti quantopere paſſim à Galeno taxetur hic argumentandi modus,& præſertim 2.De Simpl. Med. cap.4. Poteſt hoc exemplum recte vſurpatum in te retorqueri.Nam ſi dicamus hydromelitis aquoſi temperiem eſſe frigidam & humidam,puto nos prohibiturũ eſſe neminem,quin dicamus etiam frigiditatem cum humiditate eſſe tem

27. C. periem hydromelitis aquoſi,quia nec contra philoſophiam , nec contra rerum naturam loquemur.Exemplũ ex Ariſtotele minus quadrat.Quòd ſtatuam liceat ligneam,aut æream vocare,non lignum aut æs.Quis enim adeo ſtupidus ſit,qui compoſitum ex materia & forma materiam eſſe dicat?Sed videamus,quàm recte exemplum accommodes.Similis eſt , inquis,ratio figuræ ad ſubiectum,& temperamenti ad qualitates,in quibus ineſt.Vocem ſtatuç nunc cominutaſti in figuram ſecutus potuis oratoriã aut poeticam verborum varietatem,quàm rerum; veritatem,&dignitatẽ nec aduertiſti,eas valde eſſe diuerſas,cum altera ſubſtantia, & totum ſit; altera accidens,& pars.Vnde in alium errorem incidis; licet enim dicamus ſtatuam æream,aut ligneam,non tamen licet dicere,figuram ęream; ſic enim qualitatem ſubſtantiam efficeremus.Sed quæ nam eſt huius exẽpli ſimilitudo cum temperie nobis propoſita,cum illud de ſubſtantia ſit, nos autẽ de accidentibus agamus? Verùm deſinamus iam turpiſſimos hos errores proſequi,liberales ſimus,& concedamus,temperamenta appellari calida,frigida,humida,& ſicca,non caliditatem,frigiditatem, humiditatem,& ſiccitatem;neque enim video,quid hinc volueris inferre ad monſtra tua fulcienda,& veniamus ad concluſionem , quam ſic ex ante

27. D. tam præclare demonſtratis colligis.Video temperationem , ſub qua ad certam mediocritatem redacta continentur qualitates connexæ, omnibus quatuor ex æquo conuenire,non magis caliditati quàm reliquis cõpetere.Concluſionem hanc amplector,ſi de moderata,& æquabili temperie loqueris,vt antea quoque amplexus ſum.Sed ſi de alijs non moderatis ad vnguem loquaris,& neges in illis eminere vnam,aut duas qualitates,quæ temperamento nomen dent,& etiam eſſentiam,dico , te valde errare;Ariſtotelis & Galeni diſciplinam ſubuertere;& latitudinem temperamentorum deſtruere;nam hoc pacto non nouem eſſent temperamẽta,ſed vnum tantum mediocre,& moderatum;quo fit, vt monſtra etiam tua ab Argenterio ortum ducentia euaneſcant. Negabant Argenterius, & Vega exceſſum qualitatum eſſe temperamentum,& proportionem inter eas temperamentum eſſe ſtatuebant;hanc tamen proportionem aſſerebant late patere;& vnam eſſe,in qua omnes qualitates ſunt pares;octo,

in

in quibus impares;at tu has omnes destruis.Pergis deinde demonstrare, solam caliditatem temperamentum esse non posse,a definitione temperamenti(omittam enim falsam tuam illam hypothesim, tanquam vanam) 28. A. nam si temperamentum est qualitas in pluribus rebus consistens,certum 28. B. est,caliditatem solam temperamentum esse non posse. Si dicam me luctare cum Protheo,non errabo;ita in varias,&contrarias formas conuerteris. Antea cum tibi statuisses demonstrare,temperamentum esse diuersum à quatuor primis qualitatibus,laudasti complexionis definitionem ab Auicenna traditam;quia ex illa ita sentiendum est; nunc nouam hanc definitionem fingis,vt demonstres vnam,aut duas qualitates temperamẽtum esse non posse.Sed cum definitio illa Auicennę a te sit recepta,& collaudata ; a me pluribus hic,& alibi confirmata,eandem retineo;& ex illa definitione prohiberi nego,vnam,aut duas qualitates excedentes temperamentum esse. At nouam hanc definitionem concentus exemplo confirmas. Sicuti enim concentus non in sola graui,acutaue voce inest : sed est qualitas,quæ in omnibus sub certa proportione iunctis intelligitur; ita temperamentum est qualitas,quæ in omnibus primis qualitatibus residet. Respondeo inter concentum,& temperiem magnum esse discrimẽ; cum ille in motu sit,& in fieri;dum enim canunt musici,concentus percipitur;vbi cessarunt,nihil est amplius.At temperies non est in motu, sed post motum oritur. Vnde in concentu graue,& acutum reuera sunt separata;& vtrunque separatim percipitur,atque ex illis colligitur consensus etiam,qui inter ea est,qui concentus est.At in temperie primę qualitates non sunt a se inuicem distinctæ;quare nec separatim percipiuntur.Sed id solum percipitur,quod ex ipsis genitum est. Et propterea recte dixeris, concentum in vocibus ipsis consistere ; at temperamentum ne finxeris quidem consistere in primis qualitatibus,quæ inter se sunt confusæ. Quã quam in concentibus etiam dicere possumus,ex varijs mensuris acuti, & grauis varios exoriri modulos,qui varie etiã aures afficiunt,quales erant apud veteres quatuor illi,Phrygius,Lydius, Doricus, & Ionicus ; atque in his aperte eminere varios excessus aut grauium,aut acutarum vocum, qui suas habent appellationes,& varie aures afficiunt.Eadem obseruare licet in alijs quoque mistionibus;& temperaturis.Non longe abieris, cũ colores oriantur ex mistione corporum lucidorum,& opacorum, authore Aristotele in lib.De Sensu,&Sensili,certũ est in alijs coloribus lucidũ excellere;in alijs opacum;atque id diuersis modulis,& mensuris. In albo lumen plurimum excellit;in nigro opacitas;in medijs verò minor est excessus tam lucidi,quàm opaci;& ab excessu illo colorum actiones oriuntur. Vnde albus segregat visum,quia id a luminis excessu sortitur ; niger

cogit

cogit opaci vi,qua præditus eſt.Idem euenit in ſaporibus, qui cum conſtent ex temperamento humidi aquei,& ſicci terrei caloris interuentu,in quibuſdã illud dominatur;in quibuſdam hoc; & in quibuſdã magnus eſt exceſſus,in quibuſdam moderatus;in extremis inſignis,in medijs non ita.Vnde in dulci excellit admodum humidum aqueum: in amaro ſiccũ terreum.In omnibus itaque miſtis,quæ ad vnguem media non ſint, apparet aliquis exceſſus,a quo eorũ actiones exoriuntur,qui exceſſus nomen interdum ſortitur;interdum non.In concentibus,coloribus,& ſaporibus exceſſuum nomina ſunt,vt vidimus,at in temperamentis,de quibus nunc ſermo eſt inſtitutus,nullum eſt nomen. Quare Galenus vbique nomine excedentis qualitatis ea appellãda cenſuit.Ac ne ſomnia ſoctemur, quid in rebus ipſis eueniat,examinemus;quod ante in partium ſimilarium tẽperie factum eſt; quare non eſt repetendum; certum enim eſt ſingulas partes ſuam habere temperiem ortam ex conflictu primarum qualitatũ, & diuerſam ab illis;in qua aut nulla eminet qualitas,cum omnes ex ęquo retuſæ ſint,& ad mediocritatem redactæ;aut vna,aut duæ eminent,vt patuit in carnibus,& oſſibus;& ab iſtis temperies denominatur. Quare ſi per tuam hypotheſim poſt conflictum primarum qualitatum reſtaret ſola caliditas,illa ſola temperamentum eſſet,ſicuti & reuera eſt in ſimplicibus temperamentis,quãdo in altera qualitatum oppoſitione vna ex qualitatibus excedit,in altera pares ſunt; veluti in adianto, quod in altera oppoſitione ſiccum eſt,in altera mediocre;quare in eo ſola excedit ſiccitas.

29.A. Cum deinde interrogas,an hæc caliditas, quam temperamentum eſſe dicimus,ſit qualitas patibilis,an impatibilis,quoniam video, te ex rerum ignoratione implicatum,Spudaſtẽ tuũ, atque alios ſimul implicare, mihi neceſſe eſt nonnulla iterum declarare, & repetere. Vidimus in prima etiam Defenſione Ariſtotelem 7.phyſ.17.diſſerere de generatione diſpoſitionum,& habituum;& negare,eam eſſe alterationem, aut mutationem vllam.Nam licet alteratis quibuſdam fiant ſanitas, & morbus, virtus,& vitium,& tandem diſpoſitiones,&habitus omnes tam corporis, quàm animi,diſpoſitiones tamen,& habitus alterationes nõ ſunt, ſed perfectiones,quæ poſt alterationes excitãtur.Quare ipſis præſentibus,ceſſat motus & alteratio,vt alibi docet.Hinc colligis tu,habitus, & diſpoſitiones non eſſe cauſas alterationum,& motuum,ſed quietis;vnde cum temperamenta ſint habitus,& diſpoſitiones, cauſa motus eſſe non poſſunt; quo fit,vt qualitates excellentes temperamenta eſſe non poſſint,cum motuum ſint cauſæ.Nam caliditas excellens calefaciendi:frigiditas refrigerandi vim habent.Qua in re longe aberras a mente Ariſtotelis. Cũ enim aſſerit,habitus & diſpoſitiones eſſe fines,& terminos motus; intelligit de

motibus

motibus præcedentibus generationem habituum,& dispositionum. Genito enim habitu,cessat omnis motus,à quo habitus ille genitus est. Non ideo tamen negat,habitus motuum causas esse; imo verò passim asserit, corporis atque animi habitus motuum,& actionum omnium causas esse. Vnde qui negat habitus tam animi,quàm corporis aliquid agere,omnes humanas actiones de medio tollit.Quare cum hic asseris, & in tota hac Anatome subinde repetis,habitus,& dispositiones non esse motuum causas,sed quietis,repugnas Aristoteli,repugnas Galeno, ac rerum naturæ. Cum itaque temperamenta sint causæ motuum,corruit totum fundamẽtum,cui innititur falsa illa tua positio,quòd qualitates excedentes temperamenta non sint.Sed hoc planius explicemus.Cordis temperies calida & sicca est;iecoris calida atque humida;& proueniunt ex conflictu primarum qualitatum;in quo multi motus,& multæ alterationes sunt;at hæ temperaturæ alterationum illarum causa non sunt;imò illis finem imponunt;nam cum absolutæ sunt,motus illi omnes cessant.Sed licet illis finẽ imponant,ipsæ tamen principia,&causæ sunt multorum aliorum motuũ, alterationumque.Nam a cordis temperie oriuntur omnes eius actiones, veluti perpetuus ille motus,& vitalium spirituum productio, ac caloris per totum corpus distributio.A iecoris tẽperie sanguis gignitur; in qua actione multi concurrunt motus,multæque alterationes. Cum itaque interrogas nunquid caliditas sit patibilis qualitas, an non, respondeo, qualitatem illam esse,& temperiem,id est habitum,vel dispositionem, & patibilem qualitatem,sed rationibus diuersis. Nam vt finis est motuum præcedẽtium,temperies est,dispositioque; vt verò passionem imprimit, hac ratione patibilis est qualitas neque hoc mirum videatur,cum & Aristoteles ipse caliditatem in prima,& tertia specie qualitatis collocet; in tertia verò collocat,quia passionem imprimunt,non quia a passione fuerint impressæ,veluti nigricies, & cæteri colores, innuens, caliditatem & frigiditatem quatenus a passione fuerunt impressę,primę esse speciei,quatenus passionem imprimunt,tertiæ. Sed de his iterum agetur inferius.

Hinc dissoluuntur difficultates omnes à te commotæ;& multi errores tui patefiunt; quos inter ille insignis est,cum asseris ratione temperamẽti corpus reddi immobile.Licet enim introducto temperamento cessẽt motus omnes,qui eius introductionem antecesserunt, ipsum tamen temperamentum aliorum motuum causa est. At cum deducis ad id incommodum,ergo hæc qualitas infracta eodem momento temporis patibilis, & non patibilis;cum per non patibilem qualitatem temperamentum intelligas,id non habeo pro incommodo,nam visum est, eam vno & eodẽ tempore,temperamentum esse,& patibilem qualitatem, diuersis tamen rationibus.

29.A.
29.C.

rationibus.Cum subdis corpus subiectum eiusdem ratione simul omni temporis puncto,actu,& vere alterabile esse,& non alterabile, nego hoc sequi in eadem parte;in diuersis autem partibus id prouenire potest.Cor quippe ratione siccitatis,& caliditatis,quæ eius est temperies, inalterabile est;ratione verò eiusdem reliquæ corporis partes sunt alterabiles.Vere igitur te fallunt omnes sensus tui,nam Montanus serio, & vere affirmat caliditatem excedentem,& temperamentum, & patibilem qualitatem
30.A. esse. Affert deinde Spudastes tuus ineptas quasdam distinctiones,quas ineptioribus vrges incommodis.Ait ille caliditatem illam, quam pro tẽperie sumebas,differre a qualitate patibili, quia remissa, & infracta est; patibilis verò qualitas pura,& sincera;vnde videtur sequi caliditatem illam infractam esse temperamentum, non autem patibilem qualitatem. Distinctionis vanitas ex se manifesta est,quæ statuit solas primas simplices & puras qualitates esse patibiles qualitates; quod si verum esset nulla in mistis esset patibilis qualitas.Tu vt distinctionem hanc destruas,vrges eam hoc incommodo.Si patibilis qualitas id est pura,& sincera mutatur in temperamentum,quia retusa,& refracta est;sequitur, quòd non sola caliditas proposita mutabitur,sed etiam aliæ tres,cum & ipsæ refrangantur;vnde in qualibet parte quatuor erunt temperamẽta. Verum hoc absurdo distinctio illa non destruitur.Nam quædam ex illis superãt: quædam superantur.Vnde licet omnes refringantur,quæ superant tamen solæ vim agendi retinent,& partium temperamenta constituunt.Sed solu-
30.B. tionem hanc respuis.Iam enim a te probatũ esse contendis,omnes æque
" mistas,& infractas esse,&(quod ad hoc attinet) nullum discrimen inter
" eas esse:vnde & aliud maius sequetur incommodum, quòd corpus nostrum erit impatibile.Si enim omnes istæ qualitates refractæ erunt temperamenta,dispositionesque;& dispositiones reddunt corpus inalterabile,& impatibile;absurdum id sequatur,necesse est.Hic duo tibi sumis tanquam demonstrata,quę falsa sunt.Primum est,in mistione qualitates omnes æque mistas esse,& infractas quod falsissimum est; & repugnas Aristoteli,Galeno,& rerum naturæ,vt antea declaraui.Alterum est, habitus & dispositiones reddere corpus inalterabile,& impatibile,quod & ipsum falsissimum est.Nam etiamsi ad habitum non sit alteratio, & motus; ab habitu tamen prouenit alteratio,& motus,vt visum est.Sed tametsi concedamus,dispositiones & habitus non mouere,nec alterare,non ideo tamen corpus est inalterabile.Nam temperamentum quamuis non alteret membrum,cuius est temperamentum,alia tamen membra alterare potest,vt patet ex temperie cordis,& iecinoris totum corpus alterãte.Vnde
30.C. cessat etiam aliud absurdum,quòd nulla esset amplius in mundo patibi-

lis

lis qualitas licet enim vexet distinctionem Spudastæ, positionem tamen nostram non vexat, nam cum demonstratum sit, vnam & eandem qualitatem dispositionem, & patibilem qualitatem esse posse, cessat hoc incommodum. Ex ijs, quę hactenus deduxisti, quæ cuiusmodi sint, iam visum 31.A. est, duo concludis: Alterum, qualitates eminentes post mistionem non esse temperamentum; Alterum ex Auicenna, Alexandro, Galeno, & Aristotele temperamētum esse qualitatem ab omnibus qualitatibus primis distinctam, licet in his tanquam in subiecto insideat. Quorum primum falsum esse demonstrauimus. Secundum nos etiam admittimus. An verò tēperamentum insideat in quatuor qualitatibus tanquam in subiecto, non ausim asseuerare, sed tibi monstrorum inuentori accidentia aliorum accidentium subiecta esse asseuerandum relinquo. His constitutis, sentē 31.B. tiam meam iterum exploras ex multis locis: & cum quosdam inuenias tibi consentientes, quosdam non; eos inter se repugnantes esse affirmas; quod antea quoque a te factum est; et a me reiectum ad hoc tempus.

In primis autem in lib. 2. cap. 4. repugnātiam deprehendis. Cum enim 24.B. sic scribam, Dico temperiem non esse qualitatem quintam, à primis quatuor diuersam, sed ex omnibus illis resultare, & vnam ex illis esse, sic obij cis. An non in paucis hisce verbis sibi contradicit? cum enim temperiem 32.A. dicit qualitatem esse ex quatuor resultantem, qui poterit hæc qualitas vna ex illis esse? Aliam superius in hoc loco notasti repugnantiam; quòd videor hic negare, temperiem esse qualitatē a primis qualitatibus diuersam, cum alijs in locis multis diuersam esse statuerim. Ad hęc respondeo. Si locus ille integer adscribatur, per se declarabit, nec cum se ci m pugnare, nec cum alijs multis locis librorum meorum. Cum enim dico, temperiem non esse quintam qualitatem diuersam à quatuor primis qualitatibus, sed ex omnibus illis resultare; de æquabili, & vere mediocri temperie intelligo, vt declarat sequens exemplum his verbis expressum. Vnde temperies cutis non est aliqua ex illis, sed omnium mediocritas. Cum verò subiungo, & vnam ex illis esse, intelligo temperiem a mediocritate degenerantem, quæ potius intemperies, quàm temperies vocāda esset. Atque hoc pariter declarat subditum hoc exemplum. Frigiditas, & siccitas ossiū est terrę frigiditas, & siccitas, quæ in ossibus dominatur. En igitur, quàm oscitanter legeris eum locum, cum in eo contradictionis implicationem notasti. Dices cur tam breuiter, & inuolute es locutus? Respondeo cū in cap. 3. late explicuissem temperaturarum illarum distinctionem, satis mihi fuisse distinctionem illam attigisse, speranti si non ex se, ex cap. prę cedente posse ab vno quoque intelligi. Componitur & illa etiam repugnantia, quā superius inter hunc & alios locos annotasti. Non enim nego

in temperie immoderata qualitatem excedentem esse diuersam à qua-
" tuor primis, sed affirmo potius, cum sic scribam, Et vnam ex illis esse non
" summam, atque intensam, sed remissam, ac refractam, & in exemplo ossiũ
" temperaturæ sic, non illa quidem summa frigiditas & siccitas, quæ terræ
" elemento propria est, sed refracta & contemperata ab humiditate & cali
" ditate aliorum elementorum. Qua in re siquid restaret scrupuli, nonne id
" eximo in verbis statim sequentibus? Quòd si etiam dicas, hanc quintam
" esse qualitatem cum Aristotele 7. Metaph. vltimo &c. Cum dixerim
æquabilem, & vere mediocrem temperiem non esse quintam qualitatem
à quatuor primis diuersam, sed ex omnibus illis consurgere; doctissimus
vir sic, obijcit. Hæc mediocritas aut quædam est qualitas, aut proportio
& symmetria. Si qualitas, alia esse nō potest, quàm quinta qualitas, quod
negas; si proportio, in Erasti opinionem descendis. Respondeo, me in se-
,, cunda responsione eius loci dubium hoc sustulisse, cum dixi; Temperies
,, non solum est aggregatum quatuor primarum qualitatum, sed aliud ali-
,, quid. Est itaque hæc qualitas media inter omnes, eucratos a Galeno di-
cta, diuersa ab omnibus. Quod constare potest ex qualitate media inter
caliditatem & frigiditatem, quæ tepiditas dicitur. sicuti enim tepidum
medium est inter calidum & frigidum, reuera tamen diuersum à calido
& frigido, ita eucratos est qualitas media inter calidum & frigidum, hu-
midum & siccum, & a calido, frigido, humido, & sicco diuersa. Sed ad te
redeo. Cum itaque locum eum non intellexeris, frustra vrges incommo-
dis, quæ nihil ad rem pertinent. Vnde & simili errore, cum dixerim, Tem
32. C. periem esse mediam qualitatem, ex mistione ortam, eandemque eminen
,, tem, atque excellentem, obijcis. Atqui excellens illa qualitas non est ex
,, mistione orta, sed præfuit; ac si ego per excellentem qualitatem, summã
elementorum qualitatem intellexerim; & non potius eam, quę post con-
flictum reliquis supereminet. Et licet superemineat, refracta tamen, & re-
32. D. missa est. At vrges, etiamsi refracta sit, non ideo diuersa est a primis quali
" tatibus, quia magis & minus non mutant speciem. et hinc iterum me in
cõtradictionem implicas, quòd qualitatem remissam dispositionem esse
constituerim: vnde sequitur, ipsam esse aliud a seipsa, quod fieri non po-
test. Possem respondere, qualitates elementorum semper esse summas, &
non intendi, aut remitti: & propterea locum non habere obiectionem; in
qualitatibus autem mistorum locum habere, quæ capiunt magis, & mi-
nus. Vnde in his sequitur, eorum qualitates non mutare speciem. Sed quã
do mihi constitutum est, non solum argumenta tua refellere, sed veritatẽ
patefacere, Respondeo qualitates eminentes in mistis, quæ eorum tem-
peramenta sunt, esse diuersas a qualitatibus elementorum. Sicuti enim

caro

caro aliud est a terra,& igne,vt ait Aristoteles 7.Metaph.sæpe citato, ita etiam forma carnis alia est a formis terræ,atque ignis.Quare cum temperamenta sint aut formæ,aut veluti formæ mistorum,alia sunt a qualitatibus elementorum,quæ sunt eorum formæ.Nec diuersę sunt,quia recipiāt magis & minus;sed quia compositorum formæ sunt;illę verò sunt formę simplicium.Quòd si fatebor,qualitates istas elementorum, & mistorum non esse veras formas:& nullo alio discrimine dissidere,quàm quòd illæ summæ,hæ remissæ sunt,erunt adhuc tamen à se inuicem diuersæ. Licet enim magis,& minus speciem non mutent, diuersitatem tamen pariunt, id vel Porphyrio ipso docente in cap.De Diff. cum asserit. Differentias specificas aliud facere;cęteras verò diuersum. At instas,qualitatem hanc temperiem,& dispositionem in misto facis,quæ in elemento erat patibilis qualitas; dispositio autem, & qualitas patibilis eiusdem speciei non sunt.Respondeo qualitatem in elemēto quatenus est forma, aut habitus, & dispositio elementi eiusdem esse speciei cum qualitate misti;quatenus & ipsa eius est dispositio,& velut forma quædam.Pręterea quatenus vtraque passionem imprimit,patibiles sunt qualitates,& eiusdem adhuc speciei,veluti caliditates ignis,& piperis;quæ si in vtroque sunt dispositiones,sunt in primo genere qualitatis,dissimiles tamē,nā in igne summæ,in pipere remissæ.Si verò considerentur vt agunt,& passionem imprimunt, sunt in tertio qualitatis genere,in eo tamen dissimiles,quòd in igne maiorem imprimunt passionem & statim,in pipere minorem,& non statim.

Sed hæc rursus discutienda erunt. Cætera quæ addis, sunt inutiles superiorum repetitiones, quæ iam sunt profligatæ. Colligis demum, quatuor propositiones de temperie ex varijs librorum meorū locis,quas partim falsas,partim repugnantes esse obijcis,& sunt hæ. Prima; Temperamentum non constat ex quatuor qualitatibus. Secunda; Tēperamentum oritur ex mistione quatuor qualitatum. Tertia; Tēperamentum est media illa qualitas,in quam mistione peracta,desinunt. Quarta; Tēperamentum est vna ex his qualitatibus alteratis. Licet hæ quatuor conclusiones ex varijs locis colligi possint,omnes tamē sunt in cap. 12.lib.2.vbi argumentum Argenterij refuto;quo probabat, intemperies omnes pręter naturam esse morbi causas, non morbos. Primam itaque propositionem vrges sic.Si nego temperaturam constare ex quatuor primis qualitatibus nihil perpessis,propositio vera est,sed non respondet argumento Argenterij:qui temperaturam ex quatuor qualitatibus perpessis,& refractis constare asserebat.Si de perpessis intelligo,repugnat secūdæ propositioni.Ad primam obiectionem, Respondeo, temperamētum non constare ex quatuor qualitatibus,sicuti domus constat tecto, parie-

33.

34.A.

tibus,& fundamentis,nam in domo partes hæ,quibus constat,actu distinctæ sunt;at in temperie qualitates non sunt actu distinctæ.Hoc pacto propositio verissima est,& Argenterium etiam refellit,qui temperiē constare quatuor qualitatibus arguebat,sicuti domus constat tecto,parietibus, & fundamentis,sed tectum,parietes,& fundamenta sunt partes actu distinctæ,ex quibus domus constat; ergo & qualitates quatuor distinctæ actu sint,oportet;aliter eius argumentum nullum est. Hinc & secunda obiectio corruit,non enim repugnat,temperies non constat ex quatuor qualitatibus actu distinctis,& temperies oritur ex quatuor qualitatibus.

34. A. Niteris deinde probare ex 2.& 3.propositione primę falsitatem, & quartæ etiam.Nam si temperies est qualitas ex quatuor mistione orta, sequitur,aliam esse ab illis quatuor,quod est contra quartam propositionem, & omnino constare ex illis,quod est contra primam. Sed facilę bullę hę euanescunt.Quantum enim ad vltimum fateor, temperiem constare ex quatuor qualitatibus potestate.Cur enim nesciam ego,quatuor qualitates in temperie misti,verbi gratia,in temperie carnis cōtineri, si in carne etiam potestate continentur quatuor elemēta,cum ego id te docuerim?

B.

» Ad obiectionem contra quartam propositionem,quam sic repetis,Deni
» que si ab omnibus est,& post mutuam omnium actionem ac passionem
» orta qualitas,non poterit vna esse ex quatuor.

Respondeo licet ab illis exoriatur,vnam tamen ex illis esse,quando vna,aut duæ oppositas deuincunt,& supereminent;at licet vna,aut duæ ex illis sint, diuersæ tamē sunt, cum refractæ,impuræ,& promistæ sint, vt sæpe ante demonstratum est.

34.B. Eludis tandem responsionem meam ad argumentum Argenterij, atque, id vt commodius consequaris,redigis Argenterij argumentum in syllogismum,cuius certe puderet Argenterium;cum ab eius mente recedat, & ab argumentandi more;qui nunquam syllogismos lōgissimis illis propositionibus composuit,quibus tu semper cōponis.Syllogismus est hic.

34.C. Res nulla,quæ ex plurium mistione,vel compositione oritur, siue ex
,, pluribus concreta est,siue ex pluribus cōstat,est aliqua vna ex his, ex qui
,, bus concreta,vel composita est.At temperies ex quatuor primis qualita-
,, tibus inter se mistis,& vnitis exorta est.Ergo nulla ex his qualitatibus cēseri poterit temperamentum.

Subdis statim, me negare minorem, quod falsum est,tantum enim abest,vt eam negem,quòd eam libēter admitto, & semper admisi.Negaui ego aduersus Argenterium(vt dixi antea) temperamentum constare ex quatuor qualitatibus,quemadmodum domus ex suis partibus constat,quia partes domus sunt distinctæ, & separatæ, quippe cum actu sint;quatuor verò qualitates actu non sunt in temperie,sed potestate.At minor tui syllogismi indicat, qualitates intemperie

esse

esse potestate potius, quàm actu: quod ego nec nego, nec negaui vnquã. In maiori propositione tota est difficultas. Sed ex ijs, quæ nunc, & tunc aduersus Argenterium dixi, iam summota est. Proponis deinde duas propositiones implicatè & impropriè, inter quas contradictionem esse ais, quæ quomodocunque prolatæ sint, nullam continent contradictionem, si recte explicentur quod iam docui; cum niteris & ipse confirmare similitudinem domus, & temperaturæ cum Argenterio, hallucinaris: nã partes domus sunt actu, qualitates verò in tẽperie sunt potestate. Atque hæc sint satis quantum ad primam partem huius Defensionis. 34. D.

DEFENSIONIS SECVNDAE PARS secunda; in qua demonstratur, primarum qualitatum excessum esse intemperiem, & morbum; non causam intemperiei, & morbi.

CVm hactenus demonstratum fuerit, nouem esse temperaturas, vnam mediocrem, & æquabilẽ; octo, in quibus vna, aut duæ supereminent qualitates; & qualitates illas supereminentes esse temperies; videretur esse necessario concludendum, si qualitates moderatè excedentes sunt temperamenta partium similarium, & naturales earum dispositiones, vnde probæ prodeunt actiones; easdem plus nimio excedentes, adeo vt actiones lædant, esse morbos. At rursus negas, 34. D
qualitates istas esse morbos, & intemperies; ac morborum causas esse nõ simulate amplius, sed aperte pronuncias; & quanquam eodem genere argumentorum vtaris, iterum tamen ea refellam, vt ineptias tuas reddam celebriores. Qualitates plus nimio excedẽtes, morbos, & intemperies non esse astruis, quia non sunt dispositiones, sed patibiles qualitates, cum corpus alterent; dispositiones verò vim alterandi, & mouendi, non habeant; sed motum potius & alterationem terminandi. Vnde sic scribis.
Repeto iterum, non enim me pœnitet, aut pudet veritatis, & dico, calidi- 36. B.
tatem, & qualitates patibiles reliquas non solum in vitiosa, sed etiam in ,,
laudabili temperie; nec prępollentes tantùm, verum inferiores quoque, ,,
quatenus earum ratione corpus alteratur, neque sanitatem, neque mor- ,,
bum esse, neque temperies, neque intemperies; sed in his congruenter, ,,
vel incongruenter coeuntibus temperiem, & intemperiem, siue sanitatẽ, ,,
& morbum, intelligi. Et postea clarius adhuc. Mutata qualitate vna, vel 42. A.

duabus,

›› duabus,mutari tēperamentū è confessis est,quia in hisce primò inest. At
›› ipsas temperamentum fieri,ex ijs est vnum,quæ fieri non possunt. Tem-
›› peramentum enim(vt demonstraui)non est vel vna, vel plures, vel etiam
›› omnes patibiles qualitates,sed in his primis inest. Atque id statim probas ex 7.Phys.loco sæpe citato;vbi Aristoteles asserit,habitus & dispositiones,eorumque assumptiones,& abiectiones alterationes non esse, cū ad aliquid sint; fieri autem,& corrumpi,alteratis quibusdam,veluti calidis,frigidis,humidis,& siccis.Quibus vltimis verbis patet euidenter,qualitates istas non esse habitus,non habituum assumptiones, aut abiectiones,sed ex eorum alteratione gigni,& corrumpi habitus. Ex his multas coaceruas propositiones,quibus ea constituuntur discrimina inter habitus,& patibiles qualitates,vt inde pateat,patibiles qualitates habit⁹ esse
›› non posse.Et sunt hæ.Habitus non alterantur;qualitates patibiles alte-
›› rantur.Habitus per se non oriuntur,non occidunt,non augentur,non mi-
›› nuuntur;qualitates omnia hæc patiuntur.Habitus sunt definiti, & termi
›› nant;qualitates primæ sunt indefinitæ,& terminante aliquo egent. Habi
›› tus sunt termini;qualitates sunt terminatæ. His constitutis trahis in tuā
44.A. sententiām,licet inuitum,Galenum etiam hunc in modum. Censes Gale
›› num hæc vidisse,legisse,interpretatū fuisse,nullo in loco reprehendisse,
›› & nihilominus patibiles qualitates cum Montano temperamenta putauisse?non arbitror.Hæc magna cum grauitate pronuncias, quamuis absurdissima sint,atque inter ea alia multa non minus absurda interseris. At ego ea tantum discutiam,quę ad pręsentem difficultatem attinent; & quę etiam me attingunt;& omittam quæ ab initio asseris, me tibi imprudenter obiecisse,cum eadem sint,quæ in principio huius Defensionis demonstraui,me tibi iure obiecisse. Et quoniam Galenum tecum sentire facis,veram eius sententiam primum exploremus;hinc enim facilem nobis aperiemus aditum ad tua monstra domāda. Ratio qua id suades,adeo est futilis,adeo lōge ab artis principijs petita,vt cōfutatione sit indigna. Non quęram in præsentia an Galenus viderit,legerit,& interpretatus fuerit quę scripta sunt ab Aristotele eo 7. Phys. At legerit,interpretatus sit, & nusquam reprehenderit,ergo inde colliges Galenum Aristoteli assentiri?nemo arbitror iure ita colligat. An forte ille astringebatur lege aliqua capitali,vt refutaret omnia Aristotelis decreta,quæ illi nō probabātur? At si aliter sensit,quàm Aristoteles,licet rationes eius nō confutarit, dogma sane non recepit.Hæc indicant,te nullam habere veram, aut veri similem saltem rationem,qua probes Galenum tecum facere. At ego ex ipsomet demonstrabo eum alienum à tuis somnijs esse,& quamuis vnusquisq; eruditus,&ingenuus,ex ijs,quę scripsi lib. 1.cap.5.colligere possit,

Galenum

Galenum constituisse, qualitates istas esse dispositiones, & morbos, quan
do sunt præter naturam, subeamus tamen iterum hunc laborem, vt eui-
dentius tua somnia dissipentur. Morbum Galeno dispositionem esse
omni caret controuersia; dispositionem verò esse qualitatem, quæ ex alte
ratione prouenit, passim apud eum legitur; & præsertim lib. De Sympt.
Diff. cap. 1. & lib. 2. Meth. cap. 3. sic enim scribit πᾶντι ὑπαρχοῦν ἔχον ἐν τινὶ πάν- ,,
τως ἐστὶ διαθέσει. Ait præterea eodem in loco, alterationem esse generatio ,,
nem qualitatis, aut dispositionis, aut quomodocunque appellare volue- ,
ris, vt inde pateat apud Galenum dispositionem qualitatem esse; & ideo
apud eundem, cum quispiam è candido niger fit, aut ex nigro candidus,
candor ille, & nigritia sunt & qualitates, & dispositiones; cur enim quali
tates non sint, cum corpus per illas quale dicatur esse? cur itidem dispo-
sitiones non sint, cum per illas corpus quodammodo se habeat? hinc pa-
tet, cum corpus caliditate præter naturam afficitur, frigiditate, humidita
te, & siccitate, eas & qualitates esse, & dispositiones, cum certum sit, per
eas corpus disponi, & quale appellari. Præter hunc locum rationibus
etiam Aristotelis fulcitum, si totum euoluas Galenum, nusquā inuenies,
eum qualitates istas nimium excedentes alibi, quàm inter morbos, & in-
temperies collocare. Id facit lib. De Diff. Morb. cap. 4. & in lib. De Caus.
Morb. totis quatuor primis capitibus, vt taceam totum septimum Metho
di, in quo tradit curationem morborum partium similarium, in qua indi
cationes curandi semper sumit à qualitatibus istis excedentibus. Ex
his patet, quàm inaniter conatus sis Galenum in tuam sententiā trahere.
In Aristotile verò maius mihi onus impendet, cum ex alteratione calido
rum, frigidorum, humidorum, & siccorum gigni, & corrumpi habitus cō
stituat, quare nec dispositiones, nec habitus, nec morbi, nec sanitates esse
possunt, sed potius habituum, sanitatis, & morbi causę; quod ex Simplicio
planius comprobatur sic exponente. Deinceps causam reddit, ob quam ,,
alterari videntur, quæ in virtutibus, & vitijs corporis immutantur, & in- ,,
quit, eas quibusdam alteratis gigni, & corrumpi necesse esse; nam sanitas ,,
fit, quibusdam corporis partibus calefactis, & refrigeratis, id est alteratis; ,,
atqui nec alteratio est sanitas, nec sanitas alteratio, sed symmetria altera ,,
torum, in qua sanitas subsistit, & spectatur, alterationi illi succedit. eadem ,,
ratio in robore, & pulchritudine. Nam si hæc quibusdam alteratis succe- ,,
dunt, quomodo dixeris, quæ succedunt, id est postea fiunt, & nondum ,,
sunt, alterari? Cum quod ad sanitatem mutatur, non propterea alteretur, ,,
sed mutetur potius, propterea quòd alteratur; nam si sanum esse, esset ca- ,,
lidum vel frigidum esse, mutatio ad sanitatem alteratio esset. Sed quia sa ,,
nitas horum nihil est; in horum verò symmetria esse suum obtinet, patet, ,,

mutationem

„ mutationem ad sanitatem, alterationem non esse: sed propter alteratio-
„ nem succedere. Hæc valde confirmant sententiam tuam, sed experiamur, an ea diluere possimus; & facilis, ac multiplex est diluendi ratio.

Demonstrauimus lib. 1. multis in locis, & præsertim cap. 10. Morbum de sententia Aristotelis esse ad aliquid, & qualitatem; dico igitur Aristotelem eo in loco agere de virtutibus, & vitijs corporis, & animi, vt ad aliquid sunt, non vt qualitates; atque id locus ipse per se apertissime indicat; & propterea negauit, habitus, sanitates, & morbos, assumptiones, & abiectiones eorum, esse alterationes, quod non fecisset, si de illis, vt qualitates sunt, egisset; nam vt qualitates sunt, alterationem subeunt, & ex alteratione accedunt, & recedunt: vt palàm declarauit 1. de Gen. & corrup. 23. vbi discrimina inter alterationem, & generationem constituit. Nam cum adsint subiectum, & passiones subiecti; si subiectũ ita immutetur, vt nihil eius supersit, illa est generatio; sed si immutentur passiones, subiecto integro, & superstite, mutatio illa alteratio est. Mutatio autem fit in passionibus contrarijs, aut medijs, veluti corpus sanescit, & ægrotat idẽ permanens. Quid clarius pronunciari potest, sanitatem, & morbum esse qualitates, & inter se vicissim per alterationem commutari? at quis adeo amens sit, qui in dubium reuocet, an habitus, & dispositio sint qualitates? cum ab Aristotele in prædicamento qualitatis statim ab initio inter qualitates collocentur? cumque idem in fine eius prædicamenti admoneat, ne conturbetur quispiam, quòd habitum, & dispositionem, aliaque multa relatiua inter qualitates recensuerit; et tandem concludat; si eueniat, idem quale & ad aliquid esse, non absurdum esse, si in vtroque genere reponatur. Nam sane idem diuersis rationibus in diuersis prædicamẽtis esse potest. Quippe dispositio, cum per eam aliquid dicitur quodãmodo se habere, qualitas est; cum verò dispositi dicitur; ad aliquid est. Cum hinc certum sit de Aristotelis sententia, sanitatem, & morbum qualitates esse, dicendũ est, eum 7. Phys. non agere de sanitate & morbo, vt qualitates sunt, sed vt
„ ad aliquid, quod ex Simplicio colligitur sic admonẽte. Quod mutationes
„ in virtutibus, & vitijs non sint alterationes, inde demonstrat Aristoteles,
„ quod qualitates non sint, sed ad ea, quæ cum aliquo conferuntur, redigantur. Innuit enim si de his, vt qualitatibus egisset, non fuisse negaturum, eas mutationes esse alterationes. Et inferius in eodem commento. Si igitur
„ virtutes, & vitia corporum in eo, quòd ad aliquid, sunt tanquam symme-
„ triæ, & a symmetriæ; ea verò quæ ad aliquid in qualitate non sunt; at mu-
„ tatio eorum, quæ in quali non sunt, per alterationem non fit, perspicuum
„ est, mutationem, quæ fit in virtutibus & vitijs, non esse alterationem.

Ex his patere potest, cum Aristoteles capiat sanitatem & morbum, habitus

bitus & dispositiones, vt sunt ad aliquid, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem, nec morbos esse, nec sanitatem. Sed si sanitas & morbus capiantur, vt qualitates, caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas sanitas, & morbus esse poterunt. Quare ruit argumentum ab Aristotelis authoritate desumptum. Cum ostensum sit, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem immoderatas, apud Galenum esse intemperies preter naturam, & morbos; experiamur nunc, an argumentum illud tuum sine sudore, & algore reijcere possimus, quod ego à morbi defini- 35.C.
tione deductum esse, nõ perperam affirmaui; cum enim tibi propositum sit probare, primas qualitates non esse morbos, quia dispositiones non sunt, & morbus per dispositionem definiatur, nonne est hoc argumẽtum a morbi definitione? & cum sic scribas. Certum hoc est primum, omnem ,,
morbum etiam intemperiem esse διάθεσιν. & κατασκευήν. quandam. Nonne ,,
est hæc, si non integra morbi definitio, saltem bona & præcipua pars definitionis? sed ad rem. Negas, qualitates immoderatas esse morbos, quia dispositiones non sunt, at valde hallucinaris. Nam qualitates illæ sunt dispositiones progenitę (vt demõstrauimus primo lib. cap. 5. ex Aristotele, & eius expositoribus, nec nõ ex Galeno) ex passione. Instas adhuc sic. Qualitates hę corpus alterant; dispositiones non alterant, sed finis & terminus alterationis sunt, non sunt ergo dispositiones; cum hęc fusius confutata sint antea, paucis respondeo, Galenum quamuis statuat, dispositionem permanentem esse debere, vt morbus sit; nunquam tamen negare, eam corpus alterare, & male afficere, nam si hoc negaret, sequeretur, morbum non afficere, non alterare corpus, actionem nullam lędere, molestiã nullam inferre; quòd repugnat Galeno, rerum naturę, tibique ipsi, qui in prima censura pronunciasti, morbum esse causam, & principium motus, 13. A.
idque perse notum esse, quia lędit actiones. Ac sane in hoc argumento a teipso non degeneras, cum vndequaque vitiosum sit: & vndequaque contra te ipsum; nam præter alia vitia iam patefacta, si qualitates immoderatæ (vt somnias) morbi non sunt, quia dispositiones non sunt; & dispositiones non sunt, quia corpus alterant; nonne eodem incommodo vrgẽtur tuæ illæ proportiones? nam aut alterant corpus, aut non. Si alterant, nec morbi per te, nec dispositiones sunt. Si non alterant, actiones non lædunt; si actiones non lædunt, morbi non sunt; nihil ergo sunt. Videris hũc scopulum declinare, cum innuas, causas esse, quæ lædunt actiones, & molestiam inferunt, veluti in febre putrida, de qua cum dixisses, An in putri- ,,
da febre non vehementer mouetur, alteratur, affligitur corpus? an non ra 36.C.
tione putridi caloris patitur & alteratur? post multa sic repetis, & conclu ,,
dis. Sp. quæ est causa, quòd per morbos tantopere excruciamur? Er. Iam ,,

audiuisti.

37.A. audiuiſti. In exemplo propoſito manentes, in cauſa eſſe dicimus putrem
,, caliditatem, quæ corpus contra naturam calefaciendo exagitat, congruẽ
,, temque eius temperiem magis magiſque diſſoluit. Et, poſtque longam di
greſſionem ſomniorum & portentorum plenam, ſic tandem concludis.
41.C. Oſtendi clare ſupra, putrem caliditatem, quæ in febribus putridis corpus
,, torquet, non eſſe intemperiem, ſed intemperiei cauſam. In his aperte cõ
ſes, caliditatem eſſe cauſam intẽperiei; eamque eſſe, quæ moueat, alteret,
affligat, & torqueat corpus; a cauſis igitur læduntur actiones. At ſi ita ſe
res habeat, ſequetur abſurdum ingens, quod morbus non lædet primo
actiones, quòd non ſolum eſt contra Galenum, ſed etiam contra te, qui
nihil aliud habes ſani, niſi quod ſubinde dictites, morbum primo lædere
actiones; quanquam re ipſa id decretum ſępe euertas. Sed abſurdum hoc
37.A. aufugere conaris, cum ita ſcribis. Satis eſt nunc ſcire, omnem διάθεσιν bo-
,, nam, ac malam motus eſſe terminum, & finem; ac proinde ratione eius
,, corpus non moueri. Cum cõgruit naturæ, in ſtatu eſt, ac quiete recte ope
,, randi, & ſine moleſtia; cum non congruit, in ſtatu nihilominus eſt, at cum
,, labore, & moleſtia agit. Ex his infers, licet cauſæ morborum corpus
moueant, alterent, affligant, torqueantque, nõ tamẽ primo, & per ſe actio
nes lædere; ſed diſſoluendo, & corrumpendo temperiem; quæ diſſoluta
cum labore, & moleſtia agit. Si hæc tua mens eſt, dum abſurdum illud ef-
fugis, quòd morbus primo actiones non læderet, contra te ipſum aſtruis,
intemperiem cauſam primo eſſe motus, & agitationis; at per te intempe
ries ſunt diſpoſitiones, & diſpoſitiones non motus, ſed quietis cauſæ ſunt;
quare corruit tota vis argumenti tui. Sed conſideremus aliquantulum
verba. Aſſeris ratione diſpoſitionis ſiue bonæ, ſiue malæ corpus non mo-
ueri; cum bona eſt tamen, ſcribis, eam eſſe in ſtatu recte operandi; cum ve
rò mala eſt, in ſtatu adhuc eſſe, ſed cũ labore agere. Verùm ſi in ſtatu eſt,
ſi cauſa eſt quietis, non motus, quomodo recte operatur, vel ſecus? Hic cũ
te vndique irretitum videres, hæſitareſque, ac titubares, aſtũ elegantiſſi-
mo ex his nodis te ſubripuiſti, propoſitis multis quæſtionibus nihil ad rẽ
attinẽtibus, vt lectorem eluderes, quibus etiam interſeris quaſdam meas
laudes, vt his tanquã malis aureis me tantiſper à curſu diſputationis auer
teres, dũ ipſe prior metam attingeres. Et ſanè omnia illa tua quæſita præ
terijſſem, cum propoſitum mihi ſit, ea tantum proſequi, quæ ad rem no-
ſtram pertinent; verum tamen cum meis laudibus nonnullas addas repre
henſiones, ea nequeo ſilentio præterire; in quibus ſpero, facile me eſſe de
monſtraturum, te vbique tui ſimilem eſſe. Aſſeris caliditatem putridã
37.D. vnà cum vapore, ſeu humore putrido ad cor & totum corpus deferri; &
,, cum ſubiecto qualitatum permiſceri; non enim eſt imaginabile quomo-
do

do putrida qualitas sit in corde non putrido, idest proprietas absque pro prio suo subiecto; quòd tamen Montanũ non pudet affirmare lib. 2. cap. 37. Locus quem sugillas, eum esse credo, qui verbis his continetur. 8.A.

Quando intemperies est cum materia, ita inhæret illi materiæ, vt sine illa esse non possit: at febris putrida etiam sine materia esse potest; intelli gendo de materia præter naturam, quales sunt putridi humores. Mirũ non est, te infensum esse Galeno, & ab eo palam desciuisse, cum adeo parum familiaris tibi sit, vt quod apud eum tritissimum, & euidentissimum est, nunquam videris, aut obseruaueris. Purgabo prius quod falso mihi obijcis; deinde supinitatem tuam demonstrabo. Dixi ego febrem putridam contra Arabas; & Vegam non esse intemperiem cũ materia, quia à materia seiungi potest; cum possit euenire, causam febris putridæ abscindi, & febrem adhuc persistere, quod Galenus passim docuit, admonens in curatione febris, quæ cum causa est, causam prius esse abscindendam; deinde febrem, quæ ab ea est accensa, extinguendam. Vnde xi. Meth. cap. 4. loquens de indicationibus curandi synochum putridam sic scribit. Nec fieri potest, vt ea sanetur nisi inhibita prius putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam febris sanari debebit. Hac de causa febris putrida differt a morbis ex intemperie cum materia, cuiusmodi sunt tumores præter naturam, in quibus intemperies à materia separari non potest. Cum verò dixi, febrem putridam sine materia esse posse, humorem putridum apertè significaui; nec tamen inde sequitur, intemperiē illam esse sine subiecto, cum partibus corporis male affecti adhuc inhæreat. At negas febrem putridam sine putrido vapore, seu humore tanquã proprio subiecto esse posse; cum contra Galenus sentiat, vt visum est. Nã si febris putrida potest, summota causa, persistere; quis non videat, eam sine vapore, & humore putrido esse posse? Dices fortasse, te Montisiano assentiri, neganti superstitem illam febrem amplius esse putridam. At vir ille, dum nititur pertinaciter defendere, putredinem de Galeni etiam sententia febris putridæ causam esse continentem, eum trahit in hæc absurda. Nam si hæc febris putrida non est, aut diaria, aut hectica est. At quomodo, cum accensa in cordis humoribus esset, momento temporis illis relictis ad spiritus, aut ad membra se transtulit? Sed his omissis, quæ locum opportuniorem desiderant, ad præcipuum argumentũ reuertamur.

Cum itaque argumentum illud tuum, in quo refutando multum mihi sudorem denunciâsti, tam male stabilieris, imo verò per te ipsum subuerteris, concludendum est, sanitatem, & morbum partium similarium esse qualitates excedẽtes, & immoderatas; & nihilominus esse dispositiones,

quod in Galeno nullam habet difficultatem, nam si calorem transeunte a phlegmone ad cor dispositionem vocat primo de Diff. Febr. cap. 5. magis consentanee calorem etiam a corde in totum corpus diffusum dispositionem vocare potest. Nec id Aristoteli repugnat, qui morbum, & sanitatem, caliditatem, & frigiditatem, dispositionem & habitū in prima qualitatis specie collocat. Nam etiamsi ad habitum, & dispositionem motus & alteratio non sit; ab habitu tamen, & dispositione, cum formæ vim habeant, motus & alteratio prodeunt. Vnde etiāsi primę qualitates alterēt corpus & afficiant, dispositiones tamē sunt. Quod si omnino pertinaciter neges, dispositiones esse, sed patibiles potius qualitates, vt ne obluceteris amplius, dicam. Has qualitates excedentes, & dispositiones esse, & patibiles qualitates, sed diuersis rationibus vt antea dixi; idque comprobari potest ex omnibus Aristotelis expositoribus. Sed satis mihi sit in præsentia in re adeo aperta Porphyrij authoritas sic scribentis in dubitationibus ,, tertiæ speciei qualitatis. Interr. Quomodo in prima specie caliditates, ,, & frigiditates, & morbum, & sanitatem inter dispositiones enumerauit; ,, nunc verò quasi diuersa ab ea specie sit, caliditatem & frigiditatem affe- ,, ctiuam qualitatem esse inquit? Resp. Quia illic calidum, & frigidum ,, ex eo, quòd dispositum quodammodo quippiam esset, licet non stabili- ,, ter, dispositiones vocauit; hic verò affectiuas qualitates ex eo nuncupat, ,, quòd affectionem in alia inducant. Nihil absurdi autem res in se habet, ,, si idem alio, atque alio modo sumptū alterius, atque alterius species sit. ,, Exempli gratia. Pater quatenus est Socrates, substantia est, quatenus pa- ,, ter, ad aliquid. Ita caliditas in eo, quòd rem subiectam quodammodo di- ,, sponit, dispositio est; si permanens ita euadat, vt difficulter tolli queat, est ,, habitus. in eo, quòd sensu appropinquantem calefacit, affectiua qualitas ,, est. Interr. At temporaria calefactio cum sit affectio, est ne idem, quod ,, dispositio? Resp. Ea quidem, quæ ab habente corpore in alterum in- ,, ducitur, dum calefit, dispositio est; quæ verò ita calescentis est, vt aliud ,, corpus calefacere tamen nequeat, esse affectio dicenda est, ita vt affectio- ,, nis incrementum sit dispositio, quæ quidem esse etiam affectiua qualitas ,, videtur; dispositionis autem incrementum habitus, & maxime affectiua ,, qualitas sit. Hæc omnia produxi, vt eximerem omnes scrupulos, qui de dispositione inijciuntur, & ostenderem, quàm facile tibi fuerit explicare te ab omnibus laqueis, qui te mancipium Vegę, & Argenterij fecerunt, & verissimorum Galeni decretorum destructorem. Puto iam totum argumentum sumptum a morbi definitione esse labefactatum sine multo sudore, aut algore. Et quoniam lib. 2. cap. 12. Idem multis modis confutaueram, quos in præsentia reijcere conaris, hęc quoque perpendamus

mus. Cum itaque in calce vltimæ EpistolæDeCau. Cont.argumētatus esses,qualitates excedentes non esse morbos,quia dipositiones non sunt; sed esse morborum causas,& ego in te argumentum retorsissem, qualitates illas causas morborum esse nō posse,quia causæ etiam ipsæ dipositiones sunt;quod multis in locis libri primi, & præsertim cap.7.demonstraueram, nunc tam ineptā affers tergiuersationem,vt iam me pudeat cum homine tam omnium disciplinarum ignaro, altercari. Scribis itaque, 44. B. dipositionem non prædicari vniuoce de causa, morbo symptomate, vt ego assero lib.1.cap.14.sed analogice,vel ab vno, & ad vnū: solum verò morbum esse proprie dispositionem;causam esse dispositionē, quia morbum facit;& symptoma,quia fit a morbo. Respōdeo cū dixi,dispositionē vniuoce prædicari de causa, morbo, & quodam symptomatum genere, me secutum esse Galenum.2.Meth. cap.3. asserentē appellari hæc omnia dispositiones,non quia morbus vere sit dispositio, causa cum faciat, symptoma ab eo fiat;sed quia ex ęquo participant natura dispositionis; cum enim dispositio sit res absoluta & permanens, & hac ratione ab ijs distinguatur,quæ sunt in motu & imperfecta; deinde cum per dipositionem subiectum aliquo modo se habeat,tam causa,quàm morbus, & symptomata quędam sunt res absolutæ, & permanentes;& in causa sunt cur per ea subiectum quodammodo se habeat. Hinc sequitur,falsum esse,causas vocari dispositiones, quia morbū faciunt,qui proprie dispositio est:& symptomata,quia fiant a morbo. De causis patet;nam si multitudo & corruptela productę a Galeno dispositiones vocarentur,quia morbum faciant, tunc tantūmodo dispositiones essent,cū morbū faciunt:at licet morbū nō dū faciāt,& fortasse facturæ nō sint,dispositiones tn̄ corporis & sunt,& vocantur, cum res sint permanentes; & per quas corpus quodammodo se habeat; atque id apertius adhuc est in symptomatis. Nā si hęc vocasset dispositionesGalenus,quia fiant a morbo,omnia symptomatum genera dispositiones vocasset,cum omnia fiant a morbo.ipse tamen actiones læsas, & quæ excernuntur,ac retinentur,negauit esse dispositiones.Quare symptomata,quæ dispositiones sunt,non ideo sunt, quia fiant à morbo, sed quia res sunt permanentes,& per ea corpus quodammodo se habet.Igitur sunt & ipsa veræ,& propriæ dispositiones. At causam corporis dispositionem esse negas,cum in corpore non inhæreat, sed in ipsa causa; quod 44. C. à me sumis tanquam concessum lib.1.cap.7.Respondeo, mihi tunc propositum fuisse,refutare Fuchsij argumentum a causis sumptum,quòd dispositio qualitas non sit; dixi causas ipsas licet corporeæ sint, sua tamen qualitate agere,quæ dispositio est.Docui postea dispositionem illam aut causæ ipsi inhærere,aut corpori etiam imprimi; & interdum dispositionē

causæ inhærentem eandem esse cum dispositione corpori impressa; interdum diuersam; vbi per dispositionem corpori impressam morbum intellexi, qui interdum similis est causæ imprimenti, interdũ dissimilis. Nusquam autem negaui causas esse corporis dispositiones; quomodo enim id negari possit, cum internæ corporis dispositiones sint, vt patet ex multitudine, & corruptela, quas Galenus corporis dispositiones esse ait? vnde perperam asseris, causas morbi non esse corporis dispositiones, si de omnibus causis id pronũcias. Cũ ex his pateat eisdẽ de causis causas morbi quasdã, & symptomata quædã, vocari corporis dispositiones, quibus morbi etiã dispositiones vocãtur, patet etiã me recte asseruisse, dispositionẽ de morbo causa, & symptomate uniuocè dici. Cũ igiť tã causa morbi, quã morbus vera sit dispositio, inde sequiť necessario, si qualitates primæ excedentes morbi esse nõ possunt, qui i nõ sunt dispositiones, eadẽ ratione non posse eas esse morborum causas; quare recte & uere argumentũ tuum in te retorsi. Nitebar contra tua somnia Aristotele; qui in prædicamento qualitatis, caliditatem & frigiditatem inter dispositionum exẽ
46. A. pla reponit. At instas, omnibus esse notum, Aristotelem in exemplis plerunque negligentiorem fuisse; quod & ego fateor, modo illa negligentia non corrumpat disciplinam, quam tradit. At quis credat, eum cum describit genera qualitatum, quæ quatuor sunt, adhibuisse in primo genere exempla tertij generis; & eam disciplinam confudisse, nisi putasset caliditatem vere esse in primo, & in tertio genere. Si attentius legisses eum locum Aristotelis, eiusque expositores, potuisses hoc argumentum cum Alexandro ingeniosius subterfugere, sine Aristotelis crimine. Non minus inepte subdis, Aristotelem, siquando caliditatem, & reliquas primas qualitates dispositiones vocat, sic vocare, quia vel suscitãt dispositiones, vel quia ab eis promanant. Hoc enim confutatum iam est; repugnatq; disciplinæ eius loci; quia cum describat primum qualitatis genus, veris exẽplis describat, necesse est; nec aduertis interim, præclaram illam in tuis monstris repugnantiam, cum primas qualitates à dispositionibus proma
46. A. nare dicis, ac si dispositiones vim habeant alterandi, quod tantopere re-
46. B. fugis. Veteris locis à me citatis, & regulis à me vsurpatis, quod tam frequẽter facis, vt neminem alium legisse videaris. Et mirũ est, te adeo mihi esse infestum, cum in toto hoc tuo tractatu nulla ferè sit vera propositio, nisi quæ a me desumpta fuerit. Regulam verò à natura rei perperã adhibes, cum ante plene sit demonstratum, dispositiones, licet sint cessationes ab alteratione præuia, ab illis tamen alias alterationes promanare, vt hic incaute, sed verè asseruisti. Sed prosequamur alios errores, quos in eo-
46. C. dem argumento tunc commisisti, & nunc committis. Negabas tunc, pri-

mas,

mas qualitates excedentes esse dispositiones, quia positionem non habeant; cum enim nec loci, nec formæ ratione positio reperiatur in intemperie, necesse est, vt in proportione virium, quatuor scilicet effectricium qualitatum intelligatur; at ego respondi, qualitates ipsas magis positionē habere, quàm proportiones illas tuas, cum hæ sint imaginariæ, illæ positiuæ; idque astruxi ex iis, quæ ante demonstraueram lib. 1. cap. 7. qua in re cum errorem vnum tantum annotauerim; nunc plures annotare cogar.

Cum itaque asseris, in intemperie esse solam virium positionem, atque eam collocas in proportione quatuor primarum qualitatum, si Vires capias cum Alexandro, falsissimum est; quippe cum per Virium ordinem intelligat ordinem facultatum corpus regentium, veluti si dicas, vegetatiuā esse primam ordine, sensitiuam secūdam. At illa proportio inter quatuor qualitates nullam habet cum facultatibus hisce similitudinem. Quòd si dem, quatuor qualitates vires esse, quis ordo inter eas esse potest? quę prima, quæ secunda, quæ tertia, aut quarta ex eis est? verùm si Aristoteles cū Simplicio, & Diuo Thoma exponat, vt ego exposui, positio hæc δυνάμεων, quam nunc virium, nunc facultatum, nunc potentiæ vocant interpretes, in intemperie sana, vel ægra locum non habet; cum in præparatione & potentia tantummodo sit, veluti in scientia, & virtute inchoata. Quare dispositio neutra hoc modo tantum dicitur habere positionem facultatis, cum nondum sana, aut ægra sit, sed tamen prona, & propensa ad morbū, & sanitatem. Habet potius intemperies sana, vel ęgra dispositionem formæ, quod tu negas, quæ in dispositionibus perfectis, & habitibus extat. Vnde hęc positio in qualitatibus ipsis primis procul dubio reperitur; quis enim neget habere formam suam? quæ in proportionibus cogitatione tantum depingi potest, cum res sint imaginariæ, quod & tu asseris in argumentis astruentibus, morbum non esse ad aliquid; quòd si proportiones hæ positionem habent, habent qualitatum ipsarum merito, vt plane colligitur ex Aristotele, & Alexandro 5. Meth. 32. Scribit Aristoteles concentum ex dissimilibus esse, & positionem habere; quē sic interpretatur Alexander. Concentus ex dissimilibus constat, ex media scilicet, paranete, parhypate, atque hypate; quin & ordinem quendam cum situ habet eorum quodque; concentus enim in certo quodam horum inter se situ consistit; quibus commutandis concentus variat. Ecce, concentum positionem obtinere a positione mediæ paranetes, & reliquarum; vnde si situm mutent concentus etiam variat; si itaq; proportiones positionem a qualitatibus consequantur, longe euidentius in qualitatibus ipsis erit positio, quāquam difficile est cognitu. Cum enim qualitates non sint actu distinctæ, sed potentia tantum insint in intemperie,

perie, difficile est in ipsis hanc deprehendere positionem: at si qualitatẽ ipsam excedẽtẽ intẽperiẽ, dispositionẽ, & morbũ cõstituas cũ Galeno, positio omnis facile apparebit. Atque hęc satis sint ad refutanda, quæ de positionibus somniasti in calce tertiæ Epistolæ De Cauſ. Cont. & confirmanda, quæ ad ea obieci lib. 2. cap 12. Nunc quid noui afferas, videamus.

46.C.D. „ Caliditatem, inquis, positionem habere, id est in subiecto suo positam „ esse nullus negat. Nobis de ea positione sermo nõ est, sed de illa loquimur „ quæ est qualitas determinãs qualitates corpus alterantes, id est secundum „ quam corpus definit alterari. Cum innuis, asserere me, caliditatem positionem habere, quia in subiecto posita est, longe abes a meo sensu; nam assero, caliditatem esse dispositionem, quia ordinem positionum obtinet tam loci, quàm formæ; quod quomodo sit intelligendum & hic, & alibi declaratum est. Quòd si caliditatem, & alias qualitates positionem, & ordinem partium obtinere ratione subiecti dixeris, asseram id esse verissimum, imo verò aliter esse non posse. Cum aperis de qua positione intelligas, & eam dicas qualitatem esse, si vere de positionẽ loqueris, insigni vteris mendacio; quis enim vnquam positiones inter qualitates collocauit? Sed alius error non minor hunc potest excusare; nam ex illa tua positionis descriptione, per positionem nihil aliud intelligere potes, quàm dispositionem; cum habitus, & dispositiones sint finis, & terminus motuũ, & alterationum, vt millies ante inculcasti. At vide, quàm belle propulses, quæ obieci argumento tuo. Vis argumenti hæc erat, caliditas nõ est morbus, quia non est dispositio; dispositio non est, quia positionem non habet; at nunc argumentum ita progreditur. Caliditas non est morbus, quia non est dispositio; dispositio autem non est, quia non est dispositio. Hæc sunt quæ addidisti ad corroborandum argumentum, vt non sine multo sudore, & algore id possem refutare; & nunc etiam rem non minus arduã

46.D. obijcis scribens. Hoc modo si qualitates primas ostendes, positionem ha„ bere, eris tu nobis nouus, ac magnus Apollo. Si positionem capis (vt es interpretatus) pro dispositione; & in primo lib. cap. 5. demonstraui, & superius sæpe, primas qualitates esse dispositiones. Quòd si firmius id astrui desideras, lege Simplicium in ea parte, qua exponit primã speciem qualitatis, aperte asserentem, primas qualitates cum in motu & alteratione sunt, esse passiones, & patibiles qualitates; quando verò a motu cessant, in formæ aduentu, tunc esse dispositiones. Sed in proposito nõ perstas, imo

47.A. tibi ostendi petis, veram positionem, cum sic scribas. Ordinem præcipue „ in primis qualitatibus cerni ais. Considera quamlibet per se, & differen„ tiam, seu ordinem partium eius nobis indicato. At iam hoc indicatũ est; & nunc nunc planius indicabitur. Sed videamus vltimã tuã argumentationem

tationem contra me. Cum enim ego, vt lucem aliquam afferrem ijs, quæ sub obscurè scripsit de dispositione Aristoteles in 5. Metaph. dixi, dispositionem esse ordinem, & distributionem positionum: quia Simplicio authore, cum agens in passum agit, aliquid in eo ponit, & quod ponitur positio quędam est. Obijcis nunc ea adeo tibi videri obscura, vt oedipode 47. B. non Erasto indigeant. Contra mihi res perspicua videtur, & verbis etiam ,, perspicuis explicata. Sed planiora reddam exemplo sumpto à Galeno 2. de Tuen. Val. cap. 4. Scribit ibi frictionem, quæ corpori adhibetur, esse efficiens; effectum verò ab ea in corpore prouenientem esse dispositionē. Cum itaque frictio dura corpus densum reddat, mollis laxum, & rarum; dicemus frictiones efficiens, corpus patiens, densitudinem & laxitatem dispositiones esse. Verum cum dispositiones hæ non statim suscitentur ab vna & altera frictione, sed à quamplurimis, dicendum est, quamlibet frictionem aliquid in corpore ponere, donec integra densitudinis, aut laxitatis forma emergat, quæ dispositio est; quæ merito positionum ordo, & distributio appellatur, vt etiam nomen ipsum videtur indicare. Hoc locū habet etiam in primis qualitatibus, quibus corpus afficitur; dum enim afficitur, passiones vocantur; cum affectum est, dispositiones: quarum positiones facile est indicare. Verum si hæc in nudis qualitatibus apparent, quanto clarius apparebunt, quando adest substantiæ affluxus? nam quis dubitet phlegmonem esse dispositionem, & in ea esse positiones formæ, & loci? quis hic in mala proportione quærat dispositionem, & positiones, quæ nullæ sunt? I nunc, & epilogum illum tuum perpēde. Nam inuenies omnia, quæ in eo colligis, esse falsissima.

DEFENSIONIS SECVNDAE PARS Tertia, in qua refutantur iterum Vegæ argumenta, quibus probauit, qualitates immoderatas non esse morbos, sed morborum causas.

TRansis hinc ad defendenda Vegæ argumenta a me lib. 4. cap. 28. enarrata, & refutata. Statuebat ille morbos omnes tam partium similarium, quam organicarū ita iudicatos a Galeno, non esse morbos, sed morborū causas. Verùm cum in presentia altercemur de morbis similarium tantum, reliquos omittamus. Confutatis itaque Vegę argumentis, vt patefacerem, moderatas qualitates esse sani-

tatem; excedentes morbum; id exemplo virtutum, & vitiorum animi feci,
comparans sanitatem virtuti, morbos vitijs. Qua in re multa reprehendis;
primum, quòd dixerim, nolle me ad amussim omnia reuocare, quæ ad vir
49.A. tutes, & vitia pertinent. Vnde sic increpas. Ita ne defunctorie tractare li-
» buit, propter quæ alios reprehendit, ac amentes facit? Respōdeo, noluisse
me ad ostentationem transcribere omnia, quæ scripsit Aristoteles de mo
ribus, sed satis habuisse, parare mihi exemplum, quo propositum meum
assequerer. Reprehendis deinde illam comparationem, & caput repreh ẽ
sionis est, quòd non comparauerim habitus habitibus; ac vt vitium com-
50.A. parationis appareat, eam sic construis. Quemadmodum nullus respon
,, debit, prodigalitatem, & auaritiam causas esse ametriæ, sed ipsasmet ame
,, trias, excessum scilicet, & defectum esse affirmabit; ita nullus caliditatem,
,, & frigiditatem qualitates modum naturæ excedentes causas nominabit
,, intemperiei, sed ipsasmet intemperies calidam videlicet, ac frigidam exi
,, stimabit. Etiamsi a te constructum fuerit argumentum hoc pacto, id
tamen admitto, & falsitatem in eo vllam perspici nego; imo assero me ad
vnguem habitus habitibus comparasse. Nam sanitatem virtuti compara-
ui, cum vtraque symmetria sit; morbos vitijs, cum tam hæc, quàm illi
sint ametriæ. Si itaque sanitatem, quæ symmetria est, cōparaui vni ex vir
tutibus, veluti liberalitati, & excessum, ac defectum caloris prodigalitati,
& auaritiæ, quid desiderandum est in hac comparatione, cum symmetriã
mediocritatem, & bonam temperiem liberalitati comparo, quæ symme-
tria est, & excessum caloris, prodigalitati, quæ excessus est; defectum calo
ris auaritiæ, quæ & ipsa defectus est? at instas, non recte habitus sumpsisti;
nam pro excessu caloris intemperiem calidam; pro caloris defectu intẽ-
periem frigidam sumere debebas, cum caliditas excedens, aut deficiens
non intemperies, & habitus, sed intemperiei, & habitus causæ sint. Respō
deo, me cum Galeno excessum caloris, & intemperiem calidam pro vno,
& eodem habere; nec secus defectum caloris, & intemperiem frigidam.
meque id alijs argumentis & tunc, & nunc valide comprobasse; quæ re-
petenda non sunt. Satis enim mihi sit, meam comparationem recte pro-
cedere, te ipso fatente, licet tam rigide oblucteris. Propositũ mihi tunc
fuit demonstrare, prodigalitatem, auaritiamque, quæ sunt excessus, & de-
fectus in erogandis pecunijs, ametrias esse, & non causas ametriarum; vn
de colligebam excessum pariter caliditatis, & frigiditatis ametrias esse,
,, non causas ametriarum. Sic itaque scripsi in conclusione. Siquis quærat,
,, an auaritia, & prodigalitas sint ametriæ, aut potius causæ ametriarum; re-
,, sponsio ex se plana, & perspicua est, vtranque ex his esse ametriam; cum
,, enim altera sit excessus, altera defectus, quis nō videat eas esse ametrias,

vel

vel immoderantias?& ideo cum comparationem illam sic faciẽdam esse
concludis,pro me concludis.Ergo sicuti liberalitas est in dando medio- 50.C.
critas,& prodigalitas excessus,auaritia autem defectus, ita sanitas simila ,,
rium est mediocritas primarum qualitatum; intẽperies calida, excessus, ,,
frigida autem defectus.Quare sicuti prodigalitas,& auaritia sunt ametriȩ ,,
quædam in erogando,non autem ametriæ illius causæ: ita intemperies ,,
tum calida,tum frigida sunt ametriæ, seu ipsamet vitia temperamenti,nõ ,,
autem horum vitiorum causæ. Non dixerim, te hic veritate coactum, ,,
cum veritatem nullam cognoscas,sed imprudenter esse confessum prodi ,,
galitatem,& auaritiam esse ametrias,&non causas ametriarum;cum hoc
totum meum confirmet argumentum; quod aliter dissoluerȩ non pote-
ras,quam negando,duo hęc vitia esse ametrias.Sed elucescit & hic alia
non minor imprudentia.Asseris intemperiem calidam esse excessũ; fri-
gidam defectum.Si quȩram,cuiusnam sint excessus,& defectus;respondȩ
bis necessariò primarum qualitatum, cum sanitatem in earum mediocrita
tem esse dixeris;sed rursus quæram,omnium ne sint excessus & defectus,
an quarundam?Non omnium,dixeris,sic enim sequeretur, in calida om-
nes excedere,in frigida omnes deficere;quod ne cogitatione quidem fin
gi potest.Quarundam igitur.at quarum? caliditatis solius proculdubio.
Intemperies igitur calida nihil erit aliud,quàm excessus caliditatis,frigi-
da nihil aliud quàm defectus caliditatis. En igitur, quomodo post tot
ostentationes,imprudentissime melius pro me concludas,quam ego ipsȩ
conclusissem.Sic ingeniosissime, & opportunissime carectum disiecisti,
post quod latebam. Verùm cum ego eo in loco sic scripserim. Hic ci- ,,
tra controuersiam liberalitas est symmetria,mediocritas,& æqualitas,ad ,,
quam constituendam multa concurrunt. hinc infers si in multorum mȩ 51.B.
diocritate,& æquabilitate consistit.virtus,nullum certe ex ijs fuerit.Vnde
sequitur,cum sanitas in omnium qualitatum mediocritate consistat,nul-
lam ex illis esse. Ex ijs,quæ scripsi lib.2.cap.6.& 12. facile responderi
potest. Vidimus ibi nouem esse temperaturas,vnam mediocrem,ȩqua
bilemque;octo ab illa declinantes;in quarũ quatuor,quæ simplices sunt,
vna qualitas excedit;in alijs quatuor compositis,duæ.Si de mediocri, &
æquabili intelligas;concedo,& cõcessi semper,eam in mediocritate qua
tuor omnium qualitatum consistere.Si de reliquis, ac simplicibus, dico
earum sanitatem non cõsistere in mediocritate omnium qualitatum, sed
in decenti conuenientia vnius dominantis cum parte illa, cuius est tem-
peries;vnde si qualitas eminens decenter congruat naturæ partis,hæc est
bona temperies,& sanitas.In compositis verò,si duæ fuerint qualitates iu
ste,& decenter eminentes,hæc est bona temperies,&sanitas partis ipsius.

In nouem verò his omnibus temperaturis morbus excitatur,etiam si vna
qualitas tantum a mediocritate,siue ęquabili,siue ad iustitiam, recedat.
Et hic recessus est intemperies,& morbus; quod cum antea quoque sæpe
fuerit demonstratum,non est,cur hic pluribus agam. Prætermissis alijs
quibusdam Vegæ argumentis,vel potius argutiolis,suscipis argumenti il
lius patrocinium.Si qualitas excedens morbus esset, sanitas & morbus
essent eiusdem speciei,& differrent solum secundū magis,&minus.Quod
cum ego confutassem ex Galeno xi.Meth.cap. 12.asserens morbum,& sa
nitatem esse contraria nō propter intensionem,& remissionem; sed quia
altera est naturalis,alter præter naturam; magno cum fastu,& buccis in-
51. C. flatis refutationem hanc sic reijcis.Quid audio?an qualitas secūdum ma-
gis,& minus a se ipsa differens in cōtrarijs collocata est speciebus?& quæ
sequuntur.Sed iam hæc confutata sunt;neque dicimus ratione intensio-
nis,& remissionis tunc contrarietatem prouenire,verùm quia alter affe-
ctus est naturalis;alter pręter naturam;atque hęc estGaleni sententia.Vn
de in primo etiam Methodi cap.7.si quis, inquit, statuat sanitatem esse
actionem naturalem;morbum actionem præter naturam statuat, necesse
est.Nonne & hic vt plurimum actiones differunt secundum magis & mi-
nus?vnde cum visio laudabilis est,est oculi sanitas;cum obtusa, & immi-
nuta,morbus;at non sunt hæ contrarię ratione intensionis,&remissionis,
sed quia altera naturalis,altera præternaturalis. Dices,nunquam Ga-
lenum collocasse sanitatem & morbum in actionibus, sed in affectibus.
Respondeo,nunquam Galenum repugnasse huic sententiæ,sed solum re-
prehendisse Methodicos,qui sanitatem ponebant in actionibus, morbū
in affectibus.Sed repugnauerit,& semper actionem læsam inter sympto-
mata collocauerit,in morbis nunquam,nonne statuit illo xi. Meth. cap.
51.D. 12.actionem naturalem,& præternaturalem esse contrarias? At vrges;
qualitates patibiles indefinitas esse,& perse naturam non mutare, aut in
alteram transire speciem; sed ab habitibus determinari.Respondeo, cali
ditatem,de qua loquor,non esse patibilem qualitatem:sed intemperiem,
& dispositionem;quæ si naturalis sit,sanitas est; si præter naturam, mor-
bus;quæ diuersæ quidem sunt species,sub vno tamen genere dispositionis
contentæ; quæ cum antea sint explicata, obiectiones tuæ omnes conci-
52.A. dunt. Hoc loco satyrice,& ridicule mihi vitio vertis,quod nęuos Vegæ
quæsierim,ac si hæc argumenta sint longe a materia mihi proposita; aut
de re leui,nulliusque momenti;cum tamen euidentissimū sit, ex his euer-
ti multa & præclara Galeni dogmata. At vix dixeras, me nęuos Vegæ
quærere,qui tamen næui non erāt;cum in me verum nęuum notas, quòd
52.B lib.1.cap.5.ex,pro,post,improprie vsurpauerim.Verum hoc in te næuus

non

non est,sed turpissima ignorantię macula,cum ego locutus sim more vsitatissimo philosophis omnibus,tam in scribendo,quàm viua voce docendo,& more potissimum Aristotelico,qui passim contraria ex contrarijs fieri asserit;vbi(ex)proculdubio post significat,vt recte annotauit Simplicius primo physic.42.Quòd autem,cum dixi,dispositionem ex passione fieri,post passionem intellexerim,pauca post verba id declaraui, scribēs. Dispositionem esse finem,terminum motus,& tandem formā ipsam prouenientem post passionem;vnde patet,te improprietatem tantummodo, id est nęuum vellicasse. 52.C Cum aues scire,qui nam interpretes species prędicamentorum inter se permutari dixerint,si videbis locos, quos citasti, vt reprehenderes,id disces,& quomodo fiat ea permutatio. Disces & ex Simplicio,quem in parte præcedente produxi. Defensis tuo modo argumentis Vegæ,redis ad cap.12.lib.2.vbi refutatis aduersariorum argumentis,ita concludò.His confutatis,statuendum est,verissimum esse Galeni decretum, sexdecim qualitatum excessus iam commemoratos esse intemperies,& ex consequenti morbos,non causas morbi.Quam conclusionem falsam esse omnino affirmas;& negas sexdecim qualitates cęteris 53.A. antecellentes esse temperamenta,cum dicas, me ita perperam statuere, respondeo,me ita recte constituisse, id què & in prima parte iam huius Defensionis,& in 2.plenius demonstrasse.Quare nihil est repetēdum;sed videndum tantummodo,quam vim habeat locus Galeni,quem citas ad probandum,excedentes qualitates non esse temperamenta. Locus est 53.A. ex 3.de Sympt.Cau.cap.1.quem cum tu Græce cites, ego Latine adscribam. Scientes quod quatuor elementorum certa quædam tēperies, quæ proprietatem corporis ventriculi effecit,mutationis ciborum est causa, tum quòd plurimam in id vim calidum elementum confert, veluti a manu ad causarum in cruditatibus inuentionem ducti sumus. Sanè locū proferre non potuisses,qui magis nudaret multiplicem ignorantiā tuā. Primum si exponatur,vt tu exponis,dogma tuum destruis; dogma tuum est,excedentes qualitates non esse intemperies,& morbos,sed eorū causas.Quę assertio,qualitates excellētes necessario separat ab intemperie, & a morbo,cum causa efficiens ab effectu suo semper distinguatur. Hic tamen aperte asseris,calorem supereminentem cęteris qualitatibus esse vnam ex quatuor qualitatibus constituentibus ventriculi temperamentum;& plus conferre,quàm alias.Si igitur in constituendo ventriculi tēperamento,hęc caliditas principem partem obtinet, reliquis supereminea,necesse est;qualitas igitur supereminens,& excellens, si non temperamentum est,certe est pars temperamenti,aut de essentia temperamenti;non est igitur causa efficiens temperamenti;vnde dogma tuum per te

satiscere

53.B. fatiſcere incipit. Scribis deinde. Hunc calorem Galenus temperamentum nec dixit, nec ſenſit vnquam. Reſpondeo; licet id a Galeno negetur; a te tamen neceſsario affirmari. Cum enim temperamentum dicas qualitatem eſse ortam ex omnibus, & inter eas caliditatem principem partem obtinere, & ſupra qualitates alias eminere, ab hac qualitate temperamẽtum denominari neceſse eſt, ſic ſtatuẽte aleno ipſo primo De Temper. cap, 8. Qui cum duo genera contrariorum conſtituiſset, alterum caliditatis, & frigiditatis; alterum humiditatis, & ſiccitatis; ſubdit, ſiquidem medium plane ſit in vtroque contrariorum genere, ita vt non magis ſit calidum, quàm frigidum; aut humidum, quàm ſiccum; eucraton id, ſiue temperatum omnino dicetur. Sin alterum contrariorum ſuperet, ſiue in altera oppoſitione, ſiue in vtraque id ſit, non etiam dicetur eucraton. Ac ſi calidum magis ſit, quàm frigidum, quod magis eſt, id appellabitur. Idem ſtatuendum de ſicco, & humido. Hinc ſequetur, temperamentum ventriculi eſse, & dici calidum. Reſpondebis; Fateor & ego temperamentum vẽtriculi calidum dici, nego tamen caliditatem temperamentum dici; Reſpondeo iterum, mihi ſatis eſse, quòd fatearis, temperamentum ventriculi dici calidum; nam cum fatearis etiam, caliditatem plus cæteris qualitatibus conferre ad temperamentum, & principem partem obtinere; fateris caliditatem illam eſſe de eſsentia, & partem temperamenti: non ergo eſt efficiens cauſa temperamenti; atque hoc pacto more tuo produxiſti hunc locum potius contra te, quàm contra me. Quod vt aſsequereris, ne & in hoc a te ipſo degenerares, hunc Galeni locum, vt alios omnes perperam expoſuiſti; atque hoc inde euenit, quia verborum illorum propoſitũ non attigiſti; nam ſi attigiſses, cognouiſses, eum locum nec poſitioni tuæ fauere, nec meę. Putas tu, ſententiam Galeni eſse, caliditatem, quæ ſupra alias qualitates eminet, plus cęteris conferre ad ventriculi temperamentum; id tamen repugnat verbis, & ſenſui Galeni; verus enim & perſpicuus ſenſus eſt, calidum elementum maximam vim ad hoc afferre, hoc eſt ad alterationem ciborum. Vnde calidum illud non pertinet ad ſolum temperamentum proprium corporis ipſius vẽtriculi, ſed ad alias partes etiã, quę concurrunt ad conſtituendum ventriculum, & ad cęteras etiam, quæ ventriculum ambiunt, imo verò & ad calorem etiam extrinſecum. Qui locus vt intelligatur, ſciendum eſt de Galeni ſententia (id quod latius in libris noſtris explicauimus) partes omnes ſimilares ex quatuor elementis eſse compoſitas, & ex eorum temperie diuerſa, earum diuerſitatem exoriri. Vnde 8. Meth. cap. 1. ſic ſcribit. Quòd ſimplicium, ac primarum partiũ, quas Ariſtoteles ſimilares vocat, natura ex calido, frigido, humido, & ſicco inter ſe miſtis conſtet: vno volumine oſtendimus; in quo de elementis

ſecundum

ſecundum Hippocratem diſputauimus. Quòd verò ex eo, ꝙ hęc calidior ſit, illa frigidior, vel humidior, vel ſiccior, vel ſimul horum aliquibus copulatis affecta, ſimplices, ac primæ inter ſe particulæ differant, id in lib. De Temperamentis eſt aſsertum. Ex his apertum eſt partes ex proprijs tēperamentis inter ſe eſse differentes; & partium actiones à temperamentis prodire; ab eiſque diſcrimina ſumere; vnde 7. Meth. cap. 3. sic ait. Quoniā vnaquæque animalis particula propriam actionem edit, quæ tantum ab aliarum actionibus differt, quantū ipſa particula ab alijs, quæ illas edunt, eſt diuerſa, (differt autem ab alijs particula quęque eo, ꝙ calidior, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior ſit, aut ꝙ binis horum quibuſlibet ſit affecta) qui tueri actionem vult, hic temperamentum earum cuſtodiat, oportet. Sciendum eſt præterea, inter partes ſimilares cenſeri etiam ſubſtātiam viſcerum omnium perſe conſideratam; declarat id Galenus primo De Fac. Nat. cap. 6. his verbis. Eſt ſanè huius generis & quæ propria iecinoris eſt caro, nec minus quæ lienis, & renum, & pulmonis, & cordis. Iam cerebri ipſius proprium corpus, ventriculi, & gulæ, & inteſtinorum, & vteri ſenſibile elementum eſt, præterea ſimilare, ſimplexque, ac compoſitionis expers. Si nanque ex ſingulis eorum inſtrumentorum venas, neruos, & arterias exemeris, reliquum corpus, quatenus sēſu animaduertere licet, ſimplex, elementareque eſt. Cæterum ſi qua eiuſmodi organorum ex geminis conſtant tunicis, quæ diſſimiles inter ſe ſint, vtraque tamē ſimplex; horum ipſæ tunicæ elementa ſunt, veluti ventris, gulę, inteſtinorum, & arteriarum. His annotatis, facile patet ſenſus verborum Galeni à te deſcriptorum. Cum enim propria ventriculi actio ſit ciborum mutatio, hæc ab eius temperie celebratur; eius verò tanquam ſimilaris temperies ſumenda eſt. At ex loco nunc producto, cum duæ tunicæ exemptis uenis, neruis, & arterijs ſint verum, & ſimilare corpus uentriculi, harum tēperies eſt, quæ cibum mutat. Ad hoc autem, id eſt ad mutationem ciborum celebrandam, maximam uim affert calidum elementum, inquit Galenus; qui locus non eſt capiendus de natiuo tantū ventriculi temperamento, ſed de calore influēte a venis, & arterijs, & multo magis de calore partium adiacentium, inter quas tanquam lebes ad ignem ventriculus iacet; nam à dextris eſt iecur, a ſiniſtris lien; ſuperne cor, & tranſuerſum ſeptum, & leuatum, & aſſidue motum; his etiā amplius omētum, quod prædicta tegit. His omnibus ingentem quandam ciborum, qui in ventriculum ſunt deuorati, alterationem fieri credas, ait Galenus 3. De Fac. Nat. cap. 7. Confert ad hanc actionem etiā calor extrinſecus rerum admotarum ventriculo, vt docent Ar. 4. Meteor. 16. & Galenus 7. Meth. Vnicuique iam patere poteſt, calidum elementū conferre ventriculo.

culo ad mutationẽ ciborum, non ad eius constituẽdum temperamentũ, vt inepte exponis. Vnde etiam patet, eum locum nec a te esse, nec a me. Nihil igitur probas eorum, quæ probare tibi proposueras. Duo verò loci, quos ego produci, alterum ex. 8. Meth. alterum ex 7. positionem tuam destruunt, & meam fulciunt; ex illis enim patet, qualitates excedentes esse partium similarium temperaturas; per illas, partes inter se differre; ab illis partium actiones emanare. Vnde cũ admonet, qui velit partiũ actiones tueri, debere eum earum temperamenta custodire, indicat qualitatũ excessus temperamenta esse. Sed si vel leuiter etiam cõsiderasses, quæ scribuntur a Galeno paulo post locum a te tam opportune nunc citatum, & tam eleganter expositum, inuenisses, quæ somnia tua dissipassent. Cũ disquirat ibi Galenus causas symptomatũ in prima, secũda, & tertia cõcoctione prouenietiũ (sed proponamus nos symptomata primæ tãtũ, & ea potissimum, quæ læsa vẽtriculi facultate proueniunt) si propter exu
,, perantem calorem ventriculi concoctio male celebretur, cibos protinus
,, corrumpi ait corruptela quę nidorem referat; sitiunt immodice, febrici
,; tantq; interdum tenui, paruaque hectica febri; si uerò frigore immodico
,, cruditas excitetur, nec febri, nec siti afliguntur; & ciborum qnalitates in
,, ructibus, & uomitibus percipiũt. Hæc & alia multa ibi symptomata recenset; quorum causas cum in libris illis quærat, & symptomatum causæ sint morbi, patet alterius ex infelicibus cõcoctionibus causam esse immodicum calorem; alterius immodicũ frigus. Immodicus igitur calor, & immodicũ frigus sunt intemperies, & morbi; nec licet extorquere Galenum asserendo, immodicum calorem, & immodicum frigus esse morborum, & intemperierum causas, quia non quærit morborum causas, sed symptomatum; quare corrumpitis nouis istis vestris positionibus totam disciplinam etiam sex eorum pulcherrimorum librorum; nam per uos non exponet Galenus primas, & propinquas symptomatum causas, sed causas causarum; sicuti etiam liber de Cau. Morb. non erit de causis morborum, sed de causis causarum; cum enim causas exponit intemperiei calidę, frigidę, humidæ, & siccæ; si hę morbi non sint, sed morborum causæ; causas exponet non morborum; sed causarum. Vnde & in lib. de Morb. Differentijs, non eorum differentias sed causas explicabit. Quare nusquam de morbis agetur. An hæc sint monstra, ipse videris. Sed ex locis iam dictis patet iam qualitates eminentes esse temperamenta partium; & veras actionum ab illis prodeuntium causas. Si verò plus iusto emineant, esse intemperies præter naturam, morbos, & causas læsarum actionum. Quare fru-
C. stra repetis excessum hunc qualitatum non lædere primo actiones, & cũ dicas, dispositiones actionum esse causas, hoc admitto, & assero excessus

qualitatum

qualitatum istarum dispositiones esse; quod multis rationibus, & autho-
ritatibus antea quoque demonstratum est. Verum cum hic dicas à quali 53.C.
tatibus excellentibus actiones primo non lędi, sed a dispositionibus, &
intemperaturis, quas qualitates illæ pepererunt; valde cito eorum es obli
tus, quæ ante paulo te hæsitantem reddiderunt, cum enim passim statuas
dispositiones quietis, non motus esse causas, difficile tibi erat inuenire,
quomodo proportiones illæ tuę, quas intemperies, & dispositiones vo-
cas, actiones primo impedirent. Sic enim dispositiones motus essēt cau-
sæ. Si verò fateris, qualitates excedentes id moliri, eo incommodo vrge-
baris, quòd non morbi, sed causæ id primo facerent. Quare multis pro- 25.A.
positis quæstionibus te à difficultatibus illis surripuisti; sed cum
hæc plene a me fuerint explicata, ad alia transeamus. Vrgebam
lib. 2. cap. 12. Argenterium, & alios turpissimi huius dogmatis au-
thores, quod non haberent, quibus nominibus morbos partium simi-
larium uocarent; & quod eorum appellatio a causis esset desumenda. Res ,,
pondes ad primum. Futile est quod affers. An non intemperies vocamus 53.D.
calidas, frigidas, humidas, siccas, &c. Hac responsione nihil inconside- ,,
ratius esse potest. Nam cum demonstratum sit, Galenum semper per in
temperiem calidam, frigidam, humidam, & siccam intelligere excessum
caloris, frigoris, humiditatis, siccitatis, & hunc excessum esse morbū, hunc
excessum ledere actiones: ab hoc excessu sumi indicationes curādi; si no-
uus aliquis scriptor his nominibus aliud intelligere uelit, quam excessum
illum, quanta orietur cōfusio in Galeni disciplina? nisi speret Galeni disci
plinam esse interituram, & suam in eius locum successuram. Cautius
egerunt Argēterius, & Vega; quorum alter appellat morbos hosce mor-
bos ex excessu primarum qualitatum orientes; alter intemperiem per ca
liditatem, per frigiditatem &c. Sed & hæ duræ sunt appellationes, nec
paruam inueherent confusionem in Galeni lectione nūquam eo modo
loquentis, quia neque vnquam ita sensit. Ad secundum respōdes nullam
secuturam perturbationem, si morbi causarum nomine appellētur, cum
Galenus etiam ipse multos morbos a causis appellet, & appellari doceat
2. Meth. Respōdeo, quòd maxima sequeretur perturbatio; nam sic omnes
morbi similarium, & organicarum partium essent appellandi. At quæ nā
perturbatio erit hæc, si eadem nomina apud Galenum morbum significa
bunt, apud te morbi causam? Quæ obijcis ad appellationes, quas easdem
esse pronuncio lib. 1. cap. 9. & 11. ad satietatem iam confutata sunt. At cū 54.A.
asseris me symmetrum cum symmetria leuiter cōfundere, quid obijcias,
non intelligo: nisi velis, cum dico qualitatem calidam & humidam esse
carni symmetram, me symmetrū cum symmetria confundere, at hic nulla

est confusio, sed idem diuerso loquendi modo significatur; nam dicere possumus etiam carnem cum calida est & humida vt decet, eam symmetriam temperaturæ obtinere; & non minus symmetram temperaturam obtinere.

DEFENSIONIS SECVNDAE PARS Quarta contra digressionem Erasti, in qua multi eius errores notantur, quorum præcipuus est, quod omnia genera symptomatum dispositiones esse constituat.

HActenus putaui, te ira incitatum inconsiderate aduersus me disputasse. Quid verò te impulerit ad hanc digressionem viginti fere paginarum inscribendam, diuinare nō possum, cum erroribus huiusmodi scateat, qui prorsus rationi, & sensibus omnibus repugnent; vt vix credi possit, a celebri medico, & philosopho hæc fuisse scripta. Statueram lib. 1. cap. 29. ex tribus symptomatum generibus vnum tātum dispositiones esse, idque ex duobus Galeni locis confirmaueram; Non
55. B. possum itaque animo concipere cur neges Galenum hac de re lectorem monere. Profectò si duos illos locos vidisses, vt par erat, nec deliramenta illa, nec quæ ab illis oriūtur, protulisses; cū ibi apertissime vitiosum corporis colorem dispositionem esse statuat, actiones verò læsas, excreta & retenta dispositiones esse neget. Sed aut non vidisti, aut non percepisti, sicuti etiam Galenum nō percepisti, cum putasti eum lib. de Diff. Sympt. scribentē omnem affectum præter naturam esse morbū, vel causam mor-
55. A. bi, vel morbi symptoma, tria genera symptomatum complecti, cum ipse & in eodem capite, & in sequenti, & alibi distinguat de quo genere symptomatum intelligat; quanquam sine vlla distinctione per se id planum est, cum hoc genus symptomatum solum sit, & vocetur dispositio a Galeno 2. illo Meth. cap. 3. reliqua nec sint, nec vocentur vnquam. Cum verò asseris reliqua duo symptomatum genera magis complecti Galenum cū magis principaliter, & proprie symptomata nominentur, procederet argumentum, si tertium genus symptomatis esset dispositio, quatenus est symptoma; sed hoc falsum est; dispositio enim est, quia de genere permanentium est, sic docente Galeno locis antea citatis. Vnde 2. Meth. cap. 3.
,, sic scribit. Ac sanitas quidem, & morbus, & quæcunque symptomatum,

causa-

causarumque affectus vel habitus sunt, ex permanẽtium cõstantiumqu numero sunt. Fœdus itaque color, symptoma quidem est, quia morbum consequitur; affectus verò, vel dispositio, non quia morbum sequitur, sed quia de genere est permanẽtium: qua ratione distinguitur a reliquis duobus symptomatum generibus. Cum addis hæc symptomata non vocari dispositiones, quia verè sint dispositiones, & natura dispositionis participent; sed quia a morbo pendent, qui dispositio est, longe a Galeni mente 55. B. aberras. Dispositiones enim vocantur, quia vere sunt dispositiones, & de genere permanentium, vt indicant verba nunc citata, & quæ superius diximus. Et sane hoc symptomatum genus, & reliqua duo, symptomata vocantur, quia a morbo pendent, sed inter ipsa sunt differentiæ, quę ea inter se distinguunt. Hæc enim sunt dispositiones, alia sunt actiones læsæ, alia in excretionibus & excretionum detentionibus continentur; atque ita inter se differunt; quæ discrimina de medio tollis, vt sicuti totam disciplinam de temperamentis, & de morbis destruis, ita etiam disciplinam de symptomatis deprauas. Ac vt plenius eam corrumpas, niteris de n cõstra re dispositionem, id est permanentem qualitatem, esse etiam in duobus alijs generibus symptomatum, a quibus eam Galenus sustulit. Sed non argumentum solum, quo id probas, titubat, verùm verba etiam, ex quibus 55. C. compositum est, quæ prima perpendamus. Exemplum est excretio dysenterica, vel alia quælibet actio læsa. Sicuti symptomata, quæ dispositiones sunt, cum reliquis symptomatis hactenus cõfudisti; nunc duo etiã reliqua inter se confundis; his enim verbis indicas, excretionem dysentericam esse actionem læsam. At vbi hoc didicisti? Scribit Galenus lib. de Diff. Symptomatum cap. vltimo excreta, & retenta consequi quandoque actiones lęsas, sed inter symptomata lęsarum actionum nunquam ea reposuit. Cum subdis si comparetur cum fluxu alui simplici, vel diarrhoea, si illud, vel, vim habet disiungendi, scirem libenter discrimen inter fluxum alui simplicem, & diarrhoeam; si exponendi, nõ ne Latina Græcis, hoc est perspicua obscuris exponis, atque interpretaris? At hi sint nęui; nunc totius rei impetiginem extergamus. Scribis considerari dispositionẽ, & qualitatem hanc non in sola fluxione, quoad est fluxio, sed in eius forma, quatenus talis quędam fluxio est a tali causa, locoque proueniens.

Apicula sanè es solers, & industria, quę in diuersa loca volat, vt varios flores delibet; nam & quicquid hic ais a Schegkio tuo De Causa Cõtinẽti decerpsisti; sed quod tu obscurius, ipse clarius ita scribit. Excretio dysenterica est diathesis intestinorum proueniens ab exulceratione eorundem, qua deijciuntur sanguinea quędam interdum cum ramentis. Quare te nõ amplius apiculę cõparabo, sed muscę illi aureę, quę huc atque illuc

volitat,& tādē alui excremētis insidet;nā si quid est turpis,& sordidi in ali
quo authore,eo te imbuis.Perijsses itaq;, nisi & hāc pulcherrimā discipli
nā Schegkio surripuisses ; & nō aduertisti, te nō solū symptoma expone-
re,sed morbū cū suis symptomatibus cōplecti. Quis autē negat,morbū ess
se diathesim ? Habemus hic ulcus intestinorum , idest morbum ipsum,at-
que hoc diathesis est;habemus fluxionem ab ulcere excitatam : de hac se-
orsum quęro,an sit dispositio,& forma;certe id nunquā asseres; iam enim
prętatus es , te non solam fluxionem sumere, indicans, si sola sumatur,
diathesim non esse. Vnde & Schegkius se implicauit;cum enim dixit, ex-
cretionem dysentericam esse diathesim prouenientē ab ulcere intestino-
rum,non recte id dixit ; nam vlcus solum diathesis est . Quod si fluxionem
diathesim,& forma præditam esse opinaris , opinare etiam per me cœlū
stare,& terrā moueri. Galenus certe 2. Meth. cap.3. sic repellit deliria
» vestra. Affectus quidam corporis est vitiosus color ; quòd excernitur aut
» retinetur,affectus non est,sed affectum sequitur. Cum obijcis , me dor-
55.C. mitasse in reprehēdēdo Galeno, egregius eius patronus factus, sanè deli
tas; neque enim eum reprehēdi,sed ab eo varijs modis dispositionē usur
pari asserui.Qua in re si deceptus sum, ꝙ errauerim, taxandus sum, non ꝙ
Galenum reprehēderim. Nam si oēs eius reprehensores dicantur,qui in
eo exponendo,aut conciliando decipiuntur,nullus erit,qui Galeni repre
hensor dici non possit.Ab eo vsurpari dispositionem quādoque pro alte
55.D. ratione verissimum est; neque in eo mihi ipsi repugno. Indicat hoc locus,
quē cito ex primo de Loc. Affi.cap. 2.Vbi distinguit diathesim in stabilē,
& fientem,ac non stabilem;fientē enim & non stabilem nunquā stabilem
esse dixeris. Quare aut alterationem,aut passionem significat.Sed primo
» de Diff.Feb.cap.3.loco ante citato,cum ita scribit.In hisce omnibus com-
» municationis ratione febris accenditur; semper enim calefactæ proxima
» pars simul calescit , donec ad cor dispositio pertingat ; non ne per disposi
tionem motum,& alterationem intelligit? Sed quid clarius, quàm quod
» scribit 2. Meth.cap.3.Ergo dispositiones dum alterantur, mouentur;cum
» a motu cessauerint,iam alteratę sunt , non autem amplius alterātur. Ne
gabis hic dispositionem capi pro motu,& alteratione;& pro motus & al-
terationis termino ? Quòd si dispositio ex se stabilis sit,permanésque;cur
Galenus interdum ait dispositionē stabilem?Cum itaque negas, te memi
56.C. nisse diathesim pro alteratione usurpatā a Galeno , indicas parū te in eo
esse versatum.Neque ego cum statui,pro illustrando Galeno dispositionē
ab eo capi interdum pro alteratione; interdum pro qualitate permanen
te,mihi repugnaui,aut eum accusaui,titubantem ue feci.Titubabas tu pro
57.A. culdubio, cum hæc scribebas. In ijs,quæ sequuntur,astute & dolose me
cum

cum agis; cum enim uidisses, me lib. 1. cap. 25. & lib. 3. cap. 7. difficultates quasdam arduas, quæ Latinos omnes huius artis professores in hanc vsque diem vexarunt; explicasse; eam laudem, si qua est, de manibus eripere enixus es. Qua in re difficultates difficultatibus implicuisti; eandem contradictionem sæpe & sæpius inculcasti; contra vnam atque eandem propositionem iterum, atque iterum argumenta protulisti; suppositiones varias intermiscuisti; quibus longam, & confusam disputationem contexuisti, vt tanto apparatu lectori fucum faceres, & aliquid dixisse videreris. Ego ex hac indigesta mole ea tantum seligam, quæ propositam quæstionem attingunt, eaque in ordinē redigam; reliqua recte ne scripta sint, an secus, haud perscrutabor. Quare ad perorationem tuam quamprimum veniam; in qua quatuor errores meos colligis; de quorum tertio legitima de causa, quæ tunc apparebit, postremo loco dicam; quos ante quam recenseo, vt facile omnia percipiantur, harum controuersiarum origo explicanda est. Erat nonum Argenterij argumentum contra definitionē morbi à Galeno traditam, vbi asseritur, morbum primo actiones lædere. Vrgebat ille sic. Actio læsa aliam lædit actionem, falsum igitur est tunc morbum primo lædere actionem. Alexandrinus in defensionem Galeni, negauit pertinacissime, actionem aliquam læsam aliam lædere actionem, nisi morbus medius interueniat. Ego verò duobus locis paulo ante citatis Alexandrinum refutaui, demonstrans de sententia Galeni, & ex rei ipsius natura, actionem læsam aliam sæpe lædere actionem, nullo nouo interueniente morbo præter eum, qui primàm actionem læsit. Quomodo verò argumentum Argenterij diluendum esset, exposui. Satis hæc sunt ad percipienda, quæ mihi obijcis. Primum itaque errorem sic notas. Errat 69.A.
ergo Montanus, vel quod actionem primo dicit aliā oblædere; vel quod ››
affectum esse negat. Sed hoc recte negat: illud ergo perperam affirmat. ››

Recte ais, me negare actionem læsam affectum esse; restat igitur errorem eum esse, cum assero, actionem læsam aliam lædere. Secundus error est, quod credam, non omnem actionem à morbo primo lædi, quia non quidquid actionem primo lædat, affectus sit. Quartus error est, q̄ 69.C.
cum exempla essent afferenda de actionibus lęsis, intermiscui accidentia, seu affectus. Sed ad primum accedamus. Ex huius erroris annotatione patet, te cum Alexandrino sentire; quod clarius explicas, cum scribis. Contumeliosos esse in Galenum, qui eum sensisse affirmant, actionem 63.A.
vnius partis læsam partis alterius actionem primo offendere, & si nullo ››
ea morbo sit affecta. Errorem hunc confirmas primum argumento Ale- ››
xandrini, quod apud me legisti, & huiusmodi est. Quemadmodum par 63.C.
tis cuiusque sanitas solam partis eius actionem perficit, cuius est sanitas,

non

non aliarum, quarum nō est sanitas; ita morbus eius solius partis actionē oblædit, cuius est morbus, non autem alterius partis, cuius non est mor-
63.D. bus. Deinde si actio læsa lędat actionem sine morbi interuentu, falsum erit omnem actionis lęsionem esse proprium morbi effectum. Tertio habebit pars aliqua actionem læsam, dum sana est. Quarto partes non ita agent, vt dispositæ, & institutæ sunt ad agendum; nam secundum natu ram dispositæ præter naturam agent; quòd si quis dicat, partem ægram esse productricem actionis, quæ sanæ partis propria est, hoc nihil aliud erit, quàm affirmare, oculum ægrum producere auditionem, quæ auris
64.A. actio est. Quinto si pars ægra produceret læsam actionē in parte sana,
64.B. sana actionem sanam in parte ægra produceret, quod & probas. Sexto partes non indigebunt certa dispositione ad agendum, si hac nō mutata, mutari actio potest. Septimo non ægrotabit semper pars, cuius actio lęsa est, nec sana perpetuo erit, quæ naturaliter agit. Octauo principiū inueniendi locum affectum traditum a Galeno primo De Loc. Aff. in fine cap. secundi. Nullam actionem vnquam lędi, nisi pars, à qua editur, affecta
64.C. sit, prorsus inutile, ac falsum erit. Nono non recte dicetur morbus cau sa continens actionis læsę, cum inter eum, & actionem lęsam actio lęsa in teruenjat. Decimo definitio morbi non conuertetur cum definito; nō enim quidquid actionē primo lędit, morb⁹ erit. Addideras antea & aliud
61.B.C argumentum, quod pro vndecimo statuemus. Si actio lęsa aliam lędat actionē, actionis actio, & motionis motio terminus erit; quod pro impos sibili habuit Aristoteles. Hoc vltimū argumētū, cū sit extra aliorū seriē, cōfutabo; deinde alia discutiā. Dico igitᵣ fuisse Aristotelis, & Galeni sen tētiā, duos motus cōtrarios intercipi quiete necessario, veluti in pulsu dia stolē & systolē. Sed nō occurrunt hic actiones contrariæ; licet enim diuer sę sunt, non sunt tamen repugnātes, sed vna succedit alteri, veluti vnda vn dæ. Quare in statu naturali generationi chyli succedit generatio sangui nis; sanguinis generationi membrorum nutritio. Nam cibus & potus vē triculo ingesti in chylum conuertuntur; deinde sub chyli forma ad iecur transeunt, & in sanguinem vertuntur: demū sub sanguinis forma ad men bra, & ea nutriunt. Quare posset vocari hęc vna, atque eadē continuata actio, cuius nutritio finis esset. Si tamen vis eas seiungere, vnaquaque suū habet terminum, qui non motus est, sed finis motus. Nam forma chyli est terminus primæ actionis; forma sanguinis, secundæ; forma huius, & illius membri, tertiæ terminus est. Ad argumentum igitur dico. Si faciamus has actiones sibi inuicem succedere, vt vnda vndæ, non opus esse termino nisi vltimo. Si eas seiungamus, quòd verius est, dicam improbum chylum esse terminum primæ concoctionis, & causam sanguinis improbi in secunda

conco-

concoctione; qui improbus sanguis terminus erit secundæ concoctionis, male celebratę, & causa malæ nutritionis. Hoc pacto non erit motus motionis terminus. Dicat aliquis, ex his apparere, chylum improbum causam esse prauæ sanguificationis; & sanguinẽ prauũ causam infelicis nutritionis. At chylus, & sanguis sunt opera naturæ, nõ actiones, teste Galeno primo de Fac. Nat. cap. 2. Non est igitur læsa actio lęsæ actionis causa. Præterea hinc sequitur sanguificationem, & nutritionem, tunc actiones læsas non esse, cum haud proprio, sed obiecti sui vitio male celebrẽtur; asserente Galeno primo de Loc. Aff. cap. 4. (vt ego etiam annotaui lib. 1. cap. 24.) cum cibi inepti coctioni exhibentur, cibos quidem illos non concoqui, non tamen actionẽ concoctricem ventriculi læsam esse; vnde & hic dicendum sanguificationem non esse læsam, licet sanguinem prauum produxerit; id enim vitio chyli prouenit inepti ad sanguinẽ gignẽdum. Idem dixeris de membrorum nutritione, eam male fuisse celebratam non naturæ membrorum vitio, sed obiecti inepti, idest sanguinis improbi. Quod si omnino asserere velimus, actiones istas esse lęsas, locum habebit octaua Argenterij obiectio aduersus morbi definitionẽ causam ipsam primo lędere actiones. Respondeo ad primam obiectionem, vsum esse me exẽplo de quo erat inter Argenterium, & Alexandrinum altercatio; & demonstrasse eo exemplo falli Alexandrinum, cum inficiatur coctionem ventriculi lædere sanguificationem, morbo non interueniente; patet enim id esse falsum, quia vere sanguificatio læditur vitio concoctionis ventriculi, siue id vitium sit in actione concoquendi, siue in opere ex concoctione orto. Satis enim est inter duas actiones istas prauas, morbum non interuenire. Forliuiensis author huius difficultatis aliud profert exemplũ, corruptę videlicet imaginationis, quę ratiocinationem sanam ex se, aberrare faciat, vt euenit Theophilo apud Galenum lib. De diff. sympt. cap. 3. assidue exclamanti, tibicinas excludi. In hoc enim corrupta quidem erat imaginatio; ratiocinatio integra; aberrabat tamen; iubens excludi tibicinas, qui non aderant. Dico pręterea, & hoc exemplum esse opportunum, si capiamus totam actionem perfectam iam, atque absolutam; quam sane lęsam esse dicere non possumus, nisi cum finem attigerit. Per lęsam itaque concoctionem ventriculi intelligere debemus eam, quę prauum chylum genuit iam; & per lęsam sanguificationem eam, quę prauum genuit sanguinem. Alia sunt exempla apud Galenum lib. De Diff. Sympt. cap. 4. veluti atrophia à pręcedentibus actionibus naturalibus lęsis proueniẽs, quę tamen & ipsa capiẽda sunt de actionibus integris, & absolutis, si recte consideremus. Ad secundam respondeo sanguificationẽ, & nutritionẽ læsas esse. Ad Galenum ex primo De loc. Affec. cap. 4. dico, tunc in nulla

parte

parte corporis aliquod esse vitium;& errorem in concoctione prouenientem solius obiecti vitiosi,& inepti causa prouenire, quod sine remedijs, & curatione aliqua summoueri potest. At in exemplo proposito adest morbus ventriculi eius concoctionem labefactans,vnde chylus gignitur improbus;& ideo mala sanguificatio, & mala nutritio summoueri non possunt, nisi morbus ille ventriculi summoueatur. & licet altera actio lęsa ab altera oriatur, cum tamen infelix ventriculi concoctio oriatur a morbo ventriculi, omnes reuera hę actiones vitiatę ab eo morbo pendent;quod clarius patet in symptomatis pathognomonicis, quæ se necessario cōsequuntur, veluti in inflāmatione lateris;inflāmatio enim dolorē parit, dolor difficultatē anhelitus,ambo tamen hęc symptomata ab inflāmatione originē trahunt, vt videbimus progrediente sermone. Ad tertiā respondeo,causam quidem primo lędere actionem: quis enim neget esse ctum quencunque a causa sua propinquiore primum prouenire? at hęc causa non est causa morbi, quæ vere negatur primo actionem lædere, cū primo morbū pariat,qui deinde actionem primo lędit. & hęc responsio accomodatior fuisset ad octauam Argenterij obiectionē,si negassemus, cum causa lædit actionem, causam illam esse morbi causam.Nam si causa morbi esset, prius morbum excitaret,qui medius interponeretur inter suam causam, & actionem læsam. Atque hęc eo libentius attuli, quoniam maiorem lucem afferunt ijs, quæ primo lib.scripsi aduersus Argenterium,& Alexandrinum;& ijs,quæ afferam aduersus argumenta tua, ad quæ iam accedo. Primum argumentū, quod erat Alexandrini, longa adhuc oratione confirmas transumpta ex tertia Antiparacelsica;quam
65.A. antequam explices,sic præfaris.Causam ex meis scriptis cognoscere po-
,, tuisset Montanus,si non fastidire potius.quàm attentius examinare vo-
,, luisset. Scite ac vere hæc tibi verba exciderunt;diuinasti enim quod re vera mihi contigit,vt totam illam partem fastidiendo potius, quàm examinando excurrerim.Adeo autem tibi arrident nugę illæ,vt non illic tantùm & hic,sed inferius etiam,in thesibus,&alibi eas inculcare nō desistas,
,, vt in hoc etiam eos imiteris,quos ita irridet Galenus 8.Meth. cap.3.Por
,, rò dictū & de his fusius est in libris de Sanit.Tuen.Vnde nec immorandū
,, mihi hic multis est,eos imitanti scriptores,qui cum pauca prorsus sciant,
,, ipsa in omnibus libris inculcant.Arrident ea tibi,quia multa physica cōmisces,quæ superuacanea sunt;& cum planius explicare potueris,quæ tibi proposita erant,explicauisti obscurius, & extra artis limites. Quòd autem superuacuum sit de anima agere,ipse statim demonstras in tertia hy
65.D. pothesi, cum dicas. Animam nostram esse impatibilem, & proinde læ
,, sarum actionum causam non in anima, sed in eius instrumentis quęrendam

rendam esse. Si hoc noueras, cur onerasti lectorem superuacuis, & "
obscuris? Ego, quæ artẽ transcendunt, non attingam seu vera, seu falsa sint; quæ contra artẽ sunt, nõ præteribo. Vnde quarta hypothesis & falsis 66. A.
sima est, & magnam in te arguit inscitiam rerum medicarum; & quoniam huic inhæret maior pars argumentorum tuorum, falsitas eius aperienda.

Dico igitur contra eã, partes corporis, licet probè sint affectæ, sæpe tamen improbe agere, atque hoc esse apud Galenum tritissimum. Non longe abieris. primo De Sympt. Cau. cap. 1. Non ab instrumento tantũ male affecto offensas actionum prodire ait, sed a facultate etiã; & ab ijs, quæ instrumento seruiunt. Præterea in morbis per consensum instrumentorum actiones læduntur, etiam si instrumẽta nullo laborent morbo, vt late demonstrauit primo de Loc. Aff. Cuius sententias summatim ego collegi lib. 1. cap. 26. Vnde propositio illa, quam ex falsa hypothesi elicis; omnis 66. C.
actio est aut bona, aut mala, prout pars a qua editur bene, aut male affecta "
est, non semper uera est. Huic similis est illa. Impossibile esse, vt pars "
vlla actionem edat non consentaneam dispositioni, quę in ipsa inest. Et "
quia similes propositiones multas colligis, & tandem concludis. Omnis 67. C.
actio siue bona sit. siue mala talis est propter dispositionem partis, seu or- "
gani, quo producitur, assero, & hanc cæteris similem esse, hoc est, nõ sem 68. C.
per veram. Cum itaque disputationem illam inieris medico parum cõuenientem, vt argumenta illa confirmares; ego quarti suppositi confutatione vtar ad multa ex illis refellenda. Dico igitur primum argumẽtũ falsum esse, aut modestius, non semper verum. Nã partis sanitas actiones partium perficit, quarum ipsa non est sanitas, veluti in partibus, quæ ad alias facultatem transmittunt. Vnde cerebrum sanum transmittit facultatem ad instrumenta sensuum ad perficiendas eorum actiones. Sanitas tamen cerebri non est eorum instrumentorum sanitas. Tertium argumẽtum nullo vrget incommodo. Nam in morbis per consensum reuera partium sanarum actiones sæpe læduntur. Quartum easdem ruinas subit in eisdem morbis, & partibus, quas inter cõsensus est; nam si oculus æger actionem auris non lædit, hoc inde euenit, quia tunc nullus inter oculum, & aurem est consensus. Quintum argumentum, & eius confirmatio magnam indicant imperitiam, quæ vt elucescat, sciendum est, ad constituendam partium sanitatem, vt possint recte actiones celebrare, multa simul concurrere; quorum si vnum tantum desideretur, sanitas adesse non potest. Concurrunt itaque instrumentum, partes instrumento seruientes, & in quibusdam facultas aliunde emanans. Veluti in oculo, instrumentum est humor chrystaloides; reliquę partes oculi sunt instrumenti ministrę: facultas verò a cerebro descendit. Oportet autem instrumentum, partes

ei seruientes,& partem a qua facultas transmittitur bona temperie esse prædita,proba compositione,& continuitate.Si hæc omnia non adsint, oculus non erit sanus,& visionem,quæ eius est actio,nō recte celebrabit. At quæcunque ex his partibus incidat in morbum,qualiscunque sit,pars illa male affecta erit,& male celebrabit visionem.Hinc fit, vt humor chri stallinus,& partes ei seruientes possint recte se habere,visionem tamen nō edere,quia cerebrum facultatem transmittens male sit affectum; quo fit vt non omnia possideat,quæ ad eius sanitatem constituendam cōcurrūt. Cōtra verò non potest euenire,si humor chrystallinus,aut aliqua ex par tibus inseruiētibus male se habeat,vt visionem celebret, etiam si cerebrū bene sese habeat;quia ad constitutionem sanitatis omnia cocunt;ad eam verò corrumpendam vitium vnum satis est. Vnde falsum est,eandem esse rationem sanitatis ad morbum,quæ morbi ad sanitatem; cum ad constitutionem sanitatis multo plura desiderentur,quàm ad morbi constitutionem. Et licet sanitas nec plura,nec pauciora conseruet in parte quaque, quàm morbus corrumpere possit,id tamen est discriminis, quòd ad constitutionem sanitatis omnia illa necessariò concurrunt;ad excitandum verò morbum vnius tantum vitium satis est. Et ideo licet pars ægra sanæ actionem vitiare possit,sana tamen in ægra actionem probam producere non potest. Quare quintum argumentum cum suis demonstrationibus vanum est. Nec minus sextum vanum est; nam reuera instrumenta certa indigent dispositione;sed hoc non est satis,vt visum est. Septimi primā partem admitto,quia non semper ægrotat pars,cuius actio læsa est;secundam nego,quia pars naturaliter agens semper est sana. Insciussimum est etiam octauum; neque enim hinc demitur indicium, quo ex actione læsa in loci affecti cognitionem veniamus;semper enim actio læsa locum affectum indicat. Sed cum locus affectus aut morbo primario,aut morbo consensus laborare possit,si morbo consensus laborabit, sine morbo esse poterit. Actio itaque læsa semper locum affectum indicat;sed cum inuentus est locus affectus,tunc considerandum est,proprio sic affectu laboret; an per cōsensū,an vtroq; modo,vt ipse docet Galen⁹ eodē lib.cap.5. quā distinctionē nisi adhibuisset, nunq̄ ęgrū cū curasset,cui tres digiti manus sensū amiserāt. cū enim ex actione læsa digitos affectos esse inuenisset, & tamē medicamenta opportuna nihil eis conferre;deprehendit digitos illos non laborare proprio affectu, sed per cōsensum,quare inuento loco verè affecto,ęgrum curauit,vt docet eodem lib.cap.6. Atque hinc apparere incipit,te parū esse versatū in arte dignoscendorum affectuum,vt pollicitus sum in procemio me demōstraturum esse;quod procedente disputatione firmius demonstrabo. Restant tria argumēta, secundum,nonū,&

decimum,

decimum, quæ uim habent, & quę mihi in libris meis negocium fecerunt; nam reliqua sunt ob inscitiam, & vanæ ostētationis gratia producta.

Ab his tribus argumentis oriuntur duo primi errores, quos in me notas. Primus erat, Actionem læsam aliam lędere. Secundus, Non omnem actionem a morbo primò lædi. Sed quoniā Galenum videbas eisdem erroribus esse obnoxium, eū liberare niteris; qua in tractatione tria facis. Primò demonstras in vniuersum, nunquā Galenum asseruisse actionem læsam aliam lędere actionem, non interueniente morbo: deinde demonstras id in actionibus vnius tantum partis; postremo in actionibus diuersarum partium. Ad primum igitur accedamus. Et quoniam lib. I. cap. 25. demonstraui, Galenum asserere, actionem læsam aliam lædere actionem, & tandem symptomata aliorum symptomatum esse causas; negas tu Galenum eo in loco aliquid huiusmodi asseruisse, imò verò demō 63. A.
strasse semper, solum morbum primo actiones lædere, ipsas autem opera ,,
tiones læsas nunquam per se alias lædere, sed morbi effectus semper esse; ,,
quare non est credendum, eum in vno, & eodem loco contradictionem ,,
implicare. Ac si peruersus aliquis hoc pertinaciter defendere tentaret, co 63. B.
geremur nos tamen eam partem sequi, quam probatam videmus; & pro ,,
falsa eam reputare, quæ rationibus firmata non est. Quòd afferat Galenus, & probet etiam, omnium læsarum actionum, omniumque symptomatum morbum semper esse causam, patet ex verbis his in calce cap. 4. De Sympt. Diff. Non solum autem singula symptomata percurrens, quæ ,,
scilicet læsæ alicuius actionis culpa proueniunt, intelliges, quòd ea omni ,,
no morbus præcedit; sed etiam id ex ipsa rerum essentia licet citra indu ,,
ctionem colligas; quippe sanitatem actionis causam posuimus; morbum ,,
autem lęsionis, quæ in actione est, causam. Nescio maiorem ne hic in- ,,
scitiam ostendas, an impudentiam, cum argumenta afferas iam a me rectissime confutata. Dico igitur breui, Galenum cum eo in loco scribit, morbum præcedere omnia symptomata, & eorum esse causam, loqui de symptomatibus, quorum alterum ab altero oritur; horum enim omnium causa est morbus; quia omnia ab eo morbo pendent. at licet id ita se habeat, symptomata tamen sese producunt, primum secundum, & secundū tertium, vt plane demonstraui ex cap. 6. eiusdem lib. De Diff. Sympt.

Respondes authoritati Galeni ex lib. De Diff. Sympt. cap. 4. Primum 70.
nō dicit Galenus actionem læsam partis vnius oblędere actionem partis ,,
alterius absque morbi intercessione, vt Montanus declarat exemplo ven ,,
triculi, & hepatis actionum. hoc solum affirmat, symptomata se nonnun- ,,
quam inuicem consequi. Citas deinde Græce, & Latinè initium tantū ,,
modo eius loci hoc pacto; Animū aduertere iubeo, inquit, ὡς ἕπεται πολλά ,,

» καὶ ἕτερον ἑτέρῳ συμπτώματι; quæ verba ita ante conuerteras : hoc ſolum affir-
» mat, ſymptomata, ſe nonnunquam inuicem conſequi, quæ non fideliter ſenſum Galeni reddunt; nam quod ille ſæpe fieri pronunciat; tu nonnunquam fieri affirmas. Ille aſſerit, ſymptoma alterum alteri ſuccedere; tu hęc ſymptomata ſeſe inuicem conſequi, quod locum habet in ijs, quæ ſe neceſſario conſequuntur Galenus verò ibi complectitur tam quæ neceſſario ſe conſequuntur, quam quæ non neceſſario. Sed hæc cōdonentur.

Illud certe videtur ridiculum, quòd fatearis ſymptomata ſeſe cōſequi; & neges actionem læſam alterius actionis læſionem conſequi. Dices, nō nego hanc conſecutionem, ſed nego eam abſque morbi interceſſione fieri. Reſpondeo ſi de morbo omnia ſymptomata præcedente intelligas, id eſſe veriſſimum. Sed tunc primum ſymptoma tantum oritur a morbo; ſecundum à primo; tertium à ſecundo, & ſic deinceps. Quare in eadem ſumus difficultate. Si verò ita intelligas, vt læſa actio ab aliquo morbo orta non poſſit aliam lędere actionem, niſi nouum excitet morbum, hoc eſt contra Galenum, vt ego demonſtraui tunc contra Alexandrinum. Quod ſi intellexiſses, has ineptias nunc nō effudiſses; & me actum iterum agere
70.A. non coegiſses. Hæc de prima parte. Demonſtras deinde id in ſym-
B.C. ptomatis vnius, & eiuſdem partis. Nam læſam actionem ventriculi ſequūtur fluctuationes, & flatulentiæ, quas ſi ſupponis eſse actiones lęſas, ſuppo nam & ego: ſed cum hæc fiunt, negas actionem vnam aliam lędere, ſed ſymptoma vnum aliud ſequi. Poſses quidem Terētianum illud vſurpa
» re. Rimarum plenus ſum, hac atque illac perfluo. Nuſquam te moues, aut agitas, quin vndequaque ſcaturiant errores. Quæro a te, quid ſit ſymptoma vnum aliud ſequi; declaraui ego id ex Galeno apertiſſime, quod nec apud me, nec apud illum diſcere potuiſti. Audi igitur Galenum loco ſępe
» à me, & à te citato ita loquentem. Ac fortaſſe non ab re fuerit omnia, quæ
» ad nutricationis functionem pertinent, ſymptomata proſequi, nempe ea,
» quæ ventri, ac reliquis partibus omnibus ſunt cōmunia, ita enim facilior
» erit lectori ſermo, & clarius explicabitur id, quod nuper dicebamus, ſym
» ptoma ſymptomatis eſſe cauſam. Nōne hic luculenter explicat Galenum quę ſit hæc ſymptomatum conſecutio; & eam euenire, quando alterum alterius cauſa eſt; quod lucu lētius explicat etiam cap. 6. Si itaque actio lę ſa alterius læſæ actionis cauſa eſt, quis neget, actionem læſam actionem aliam lędere? In ſecundo exemplo ſi triſtis ſenſus excitet facultatem expultricem, vt ante tempus expellat: quo ore negabis, triſtem ſenſum intempeſtiuæ expulſionis cauſam eſſe, ſeu triſtem ſenſum intempeſtiuam expulſionem inuehere? Tertium exemplum eſt inſigne inſignis oſcitātiæ teſtimonium, neque enim ad rem pertinet. Sermo noſter eſt de ſym-

ptomatis,

.omatis,quæ ſeſe conſequuntur,nam in his alterum alterius cauſa eſt;
ſed ſunt etiam ſymptomata,quæ ſeſe non conſequuntur, vt docet Gale-
nus in calce tertij de Sympt.Cau.Cum itaque prohibita tranſpiratio, &
humorum repulſio,non ſe neceſſario conſequantur,quis dicat, alterum
alterius eſſe cauſam?& neget conſtipationē vtriuſque cauſam eſſe primo,
& per ſe? Cum concludis,morbum eſſe cauſam ſymptomatum , etiam 70.D.
ſi duo ſint,id concedo etiam ſine authoritate mea.Quòd ſi non duo tan-
tum ſint,ſed decem,& centum,aſſero,& ſemper aſſerui, eorum omnium
morbum eſſe cauſam.Sed illud addo amplius,ſi inter illa ſymptomata ſit
conſecutio,morbum eſſe cauſam primi ſymptomatis, ſecundi primum,
& ſecundum tertij;& ſic deinceps,vt calculorū luſu Galenus declarauit.
Verum licet hęc ſic ſe habeant,morbus tamen ſemper omnium illorum
ſymptomatum cauſa eſt. Sed videamus,quid afferas,quando ſympto-
mata ſunt in partibus diuerſis. Hic tu arma mea,quibus repuleram dif 71.A.
ficultatem longe ante a me propoſitam,& nunc a te impudentiſſime, &
inutiliter repetitam,mihi eripis.Quod enim hic ſcribis pro difficultate
propoſita explicanda,ſumptum eſt à me ex loco ſępe citato, in quo diffi-
cultas hęc diſcutitur,vbi ſic ſcribo.Sed fortaſſe adhibenda eſt & ea ſolu- »
tio,quam in octaua obiectione adhibuimus, quum ex læſa actione alia »
lęditur actio,prouenire hanc ſecundam lęſionem vitio obiecti inhabilis »
permutationi;nam ſi in prima concoctione malus humor gignitur , qui »
in ſecunda in ſanguinem probum cōuerti haud valeat,licet iecur ſit opti- »
me diſpoſitum,non poſſumus dicere læſam eſſe facultatem ſanguificam, »
& hoc eſſe eius ſymptoma,ſed prouenire vitio mali humoris in prima co »
ctione geniti,& eius eſſe ſymptoma. Sed & ex cap. 24. vbi hæc latius »
proſequor,ſurripis.Verum licet vna ſit hæc ex ſolutionibus meis, quam
taxare non poſſum,quin me ipſum taxem;corrigendam tamen eſſe cēſeo,
vt antea correxi;addo etiam eam non ſoluere nodos omnes, cum ad eas
duntaxat actiones pertineat,quarum altera obiectum vitioſum,& ineptū
alteri pręparat.Eam præterea tot ineptijs,& erroribus contaminas, vt to
tam eius gratiam corrumpas. Cum itaque ſcribas,læſionem earū actio 71.C.
num ἀποτυχίαν dicendam potius,quàm βλάβην,vt apud Galenū 3.de Sympt.
Cau.cap. 1.à te ipſo non diſcedis,qui nullum vnquam ex te ipſo Galeni
locum producis,quin contra te ſit;cum ibi vſurpet Galenus ἀποτυχίαν περὶ
τὴν ἀλλοίωσιν,pro vera noxa,& verò ſymptomate cōcoctionis. Præterea
ſi quod eſt diſcrimen inter eas voces(nam Galenus quandoque eas capit
pro eadē,vt in calce tertij de Sympt.Cau.)illud eſt.Quòd ἀποτυχία ſit agen
tis; βλάβη actionis;vnde dicimus facultatē aberrare quæ agens eſt,& actio
nem lædi.Quòd ſi ſic hūc vocem hic vſurpas, contradictionem implicas;

indicat

indicat enim facultatis aberrationem;at tu tunc facultatem aberrare ne-
71.D. gas,sed totum vitium esse in obiecto. Cum verò iterum repetis, læsam
omnem actionem habere morbum causam continentem, a quo fiat sine
medio;fateor,vt semper feci,& docui,morbum omnium symptomatum
causam esse continentem,quia posito morbo,ponũtur hæc symptomata,
siue vnum sit, siue plura se necessario consequẽtia; & sublato tolluntur.
Nego tamẽ eorum omnium causam esse sine medio:& cur negem, causa
iam apparuit,& nunc denuo apparebit.Nam cum ex lib.De Diff.Sympt.
cap.4.loco ante citato apparere id dicas,&præsertim ex capitis eius fine.
Respondeo,hunc locum similem esse cæteris,hoc est contra te ipsum.Nã
etiam si dicat,& cõcludat,omnium symptomatum ibi explicatorum cau
sam esse morbum;non tamen ait,id sine medio;imo cogimur asserere cũ
» medio,cum paulo ante conclusionem illam sic scribat.Non solum autem
» singula symptomata percurrens,quę scilicet læsę alicuius actionis culpa
» proueniunt,intelliges,quòd ea omnino morbus pręcedit &c. Cum hic
scribit,symptomata læsæ actionis culpa prouenire,non ne statuit actionẽ
læsam causam esse symptomatum?& cum scribit,morbum præcedere om
nia hæc symptomata,non ne innuit vnum tantum hic esse morbum, qui
actionem illam læsam præcedat,à qua oriuntur reliqua symptomata,sed
ita oriuntur,quod alterum alterius causa sit?quod ita perspicue explica-
uit cap.6.eiusdem libri,vt nullum tibi,aut alijs tergiuersandi locum reli-
querit;quem locum etiam si tunc quoque produxi,vt eum potueris,&de
bueris legere,& examinare,iterum tamen adscribam,vt eũ sæpius legens,
» discas tandem intelligere. Constat,inquit, nos haud obscure demon-
» strasse id,quod propositum erat,quippe omnem symptomatum naturam
» vt morbi præcedant,necesse est.Atque sæpenumero symptomata inter se
» deinceps in ordinem quendam rediguntur,ita,vt primũ symptoma mor
» bum sequatur;deinde a primo dependeat secũdum;rursus ab hoc tertiũ;
» mox ab hoc quartũ. Contemplare hic,an morbus causa sit vltimi sym
ptomatis,sine medio.Cum his locis mirum in modum consentit finis ter
» tij libri De Sympt.Cau.vbi sic scribit. At verò actionis digerẽdi in cor
» pus alimenti,siue priuatio,siue imbecillitas,atrophiam necessariò indu-
» cit;sicuti etiam alteratricis in quaque particula virtutis noxa. Iam separa
» tionis excrementorum a sanguine frustratio,quę separatricis actionis est
» symptoma,necessario coloris symptomata inducit.Simili modo in om-
» ni symptomatum genere,& quæ semper succedant inuenies, & quę non
» semper. Quis nam empiricus,ne dum dogmaticus ex hoc fine librorũ
De Cau.Sympt.nõ perciperet a Galeno apertissime pronũtiari,læsã cibi
distributionẽ, & lęsã actionẽ alterãdi esse atrophię causam,vt docuit etiã

6.Epid.

6.Epid.Sec.4.Co.25? Et prętereà læsam actionem excremēta à sanguine separandi fœdos colores inducere? tu tamen, ne à te degeneres, sic claudis difficultatem hanc. Si amplius aliquid petis, lege cap. vltimum libri tertij De Sympt. Cau. ibi enim rationē, quam in 4. cap. de Diff. Sympt. promisit, redditurus, cur aliqua se necessariò consequantur, alia non item, exponit; & ita exponit, vt necessario assensurus nobis sis, si quę ibi scribit, perceperis. Si nullus alius locus, certe hic solus, quem pro te citas, omnia tua deliramenta destruit; quod ex ijs, quæ ex illo loco demonstraui, vnusquisque per se percipere potest; pudet enim me iā, & pœnitet, in re adeo perspicua tandiu insistere. Cum verò ita concludis, Patet igitur nō Galenum errare, sed Montanum non rectè interpretatū esse, quæ ille rectè scripsit, sic potius concludere debebas; patet Galenum eisdem erroribus esse obnoxium, quibus obnoxius est Montanus. At Montanus non errauit, quia veros Galeni sensus aperuit: error igitur est solius Galeni; quem, cū adeo laboraueris, vt ab eo liberares, tantum abest, vt liberaueris, quòd eum magis in erroribus inuolueris. Nunc (vt taceam tria illa argumenta, & duos errores mihi cum Galeno communes, imo Galeni proprios, ex tot tuis nugis non posse dilui, & purgari) viget adhuc Argenterij argumentum, quod pluris facio, quàm omnia tua nugamēta. Et est errare Galenum, cum statuit, morbum primò lædere actionem, quippe cum sępe actio læsa alias lędat actiones. Quare confugiendum est ad solutiones meas; inter quas illa ad vnguem quadrat. Licet morbus primi symptomatis causa primo sit, reliquorum non primò, sed alijs interuenientibus symptomatis, omnia tamen ea symptomata a morbo pendere, & morbum eorum esse causam cōtinentem; nam posito morbo, ea ponuntur symptomata; summoto, summouētur. Loquor semper de symptomatis, quæ se cōsequūtur, & necessariò cum morbo oriuntur, velut pathognomonica sunt. Hinc concidunt tria illa tua argumenta. Secundum quidem; licet enim symptoma sit alterius symptomatis causa; est tamē propr.[9] morbi effectus, quia sine morbo non excitaretur. Nonum etiam, quia hoc pacto morbus est semper causa cōtinēs symptomatum eorum, quæ ab eo necessariò oriuntur. Vnde posito morbo ponūtur omnia symptomata; ablato, auferūtur. Concidit & decimum; & semper definitum conuertetur cum difinitione; nam morbus erit affectus præter naturam lædens primo actiones; & quicunque affectus pręter naturā primo lędet actiones, morb[9] erit. Purgatus erit & primus error mihi cum Galeno communis. licet enim symptoma alterius symptomatis primo sit causa; omnium tamen symptomatum simul morbus prima & pręcipua causa est. Purgatur & secundus eadem ratione; quia omnium læsarum actionum, licet altera alterius causa sit, præcipua

tamen cauſa eſt morbus;nam ſi ipſe non eſſet,nulla ſequeretur actionis læſio. Vnde etiam argumentum Argenterij eiſdem rationibus confutatur.

Reſtat quartus error,qui ex ſe concidit;nam ſi admiſcui alia ſymptomata inter exempla actionum læſarum,id feci,quia & Galenus miſcet;ſed & alia eſt potior ratio;quia Argenterij argumentum non ſolum nitebatur læſis actionibus,ſed alijs etiam ſymptomatis,vt vnicuique eum,& me legenti patere poteſt.Quòd ſi hunc errorem eſſe iudicaſti, damnandus ipſe vehementer es,quòd in id incurreris,quod damnabas, confundens omnia genera ſymptomatum , vt vnicuique intuenti perſpicuum erit.

Reſtat error tertius,quem in hunc locum reieci,& quia proprias conſiderationes deſiderat;& quia tu difficultates ab eo exorientes vltimo loco explicas. Vt autem ſtudioſi melius intelligant,quæ hic dicentur, videant quæ ſcripſimus cap.25.libri primi huc vſque diſcuſſo : et inde tranſeant ad cap.6.& 7.libri tertij. Quærebatur ibi,cum Argenterius ſtatuiſſet, colores corneę morbos eſſe;colores ne hi deprauarent viſum,an nõ? deinde ſi deprauarent,eſſent ne morbi,an non?Protulimus ſentẽtias Forliuienſis,Fuchſij,Alexandrini,& Fernelij,confutauimuſque;& conſtituimus,colores illos non eſſe morbos,ſed ſymptomata,quę in genere diſpoſitionum continentur;& viſum deprauare.Sed quia argumentum Argenterij erat;color hic viſum deprauat,ergo morbus.Reſpondi non eſſe ſemper verum,quidquid primo actionem deprauet,morbum eſſe; idquè dẽmõſtraui multorũ ſymptomatũ exẽplo,vt etiã in diſcuſſione primi erroris viſũ eſt.Sed cũ colores hi ſint diſpoſitiones,& viſionẽ deprauẽt, ideo
,, mihimet obieci.Dicat aliq̃s,ex his nõ ſolũ nõ eſſe cõfutatũ argumẽtũ Ar
,, gẽterij,ſed potiꝰ cõfirmatũ;nã ſi color eſt affectꝰ præter naturã,& prçterea
,, viſũ deprauat,quis neget, morbũ eſſe,cũ duas conditiones morbum con-
,, ſtituentes obtineat? Quod idem nunc tu mihi obijcis in hũc modum.Er
,, rat tertio,ſibique mirifice contradicit in eo, quod flauum in oculo colo-
,, rem affectum præter naturam concedit, viſionemque primo deprauare
,, contendit, ac morbum nihilominus eſſe inficiatur. Deinde opinionem
9.B. hanc uexas multis incommodis,ſic ſcribens. Quo poſito, neceſſario vacil
,, lat morbi definitio, & tantum non collabuntur principia,& fundamenta
,, artis medicæ vniuerſa.Quid non minetur ruinam,ſi quid morbus ſit,non
,, dum nouimus?An non duo ex Galeno requiri ipſe Montanus oſtendit,
,, vt ſit affectus pręter naturam,& actiones primo lędat? At vtrunque hoc
,, in flauo oculi colore ineſſe ſtatuit.Quomodo igitur non erit morbus, ac
,, morbi definitio manebit bona,& cum definito cõuertetur? Arduę huius difficultatis à me propoſitę lib.1.& 3.(vt antea dixi)varias attuli ſolutiones.Quarum ſumma fuit, colorem prauum deprauantem viſionem

minime

minime eſſe morbum, quia pendet à morbo, & morbo ſublato, euaneſcit; quod nunc latius demonſtrandum eſt. Dico igitur, licet actio læſa aliã lædat actionem; ac in vniuerſum alterum ſymptoma alterius cauſa ſit, nullo inter ea morbo intercurrente, omnes tamen illas actiones læſas, omnia illa ſymptomata pendere a morbo primum ſymptoma præcedente. Id patet ex Galeno cap. 4. libri de Diff. Sympt. Loquens enim de ſymptomatis ſibi mutuo ſuccedentibus, ſic ſcribit. Omnium verò horum ſymptomatum morbi ſunt cauſæ. Quòd ſi dicas, hæc verba indicare vnamquanque actionem læſam à ſuo proprio morbo oriri, & ideo Alexandrini opinionem confirmari, quam defendis; verba ſtatim ſequentia te redarguẽt. Finge enim diminute in aliquam particulam trahi alimentum; ideoque eam non nutriri, omnino morbus aliquis diminutum hunc tractum præcedit. Hic duæ ſunt actiones læſæ, alimenti attractio, & nutritio: & proculdubio nutritio læditur vitio attractionis. Diceres tu cum Alexandrino, prauam attractionem nõ poſſe lædere nutritionem, niſi excitato morbo. Attamen Galenus pronunciat, morbum præcedentem malam attractionem, vtrarumque læſionum cauſam eſſe, quod idem & paulo poſt aſſerit; cap. verò 5. planius affirmat ſic ſcribens. Quinetiã quodcunque reliquum eſt ſymptomatum genus, ſiue id in vocibus ſit & ſonis, qui in animalibus exaudiuntur; ſiue in ijs, quæ à corpore excernuntur, in eo ve detinentur, nihil non a morbis natum eſt, vel ab ipſis continenter, vel ſymptomate aliquo interueniente. Ex hac ſerie duo euidentiſſime apparent, & ſymptoma ſymptoma excitare, nullo interpoſito morbo; & morbum, a quo primum ſymptoma excitatur, reliquorum omnium ſymptomatum cauſam eſſe. Vnde cap. vltimo propoſitum ſuum claudens hęc iterum ita confirmat. Patet autem, & quod propoſitum a nobis eſt, clare eſſe demonſtratum, omnem ſymptomatum naturam morbos præcedere; fierique nonnũquam ſymptomatum, quæ deinceps ſibi ſuccedunt, veluti ſeriem quandã, a morbo quidem ipſo primum; ab hoc verò ſecundum; deinde rurſum poſt hoc tertium, ac ab iſto deinde quartum. Quòd ſi morbos omnes perquiras, & eos præſertim, qui multa excitant ſymptomata, quædam à morbo ſtatim, quædam ab alijs morbi ſymptomatis exoriri, facile percipies. Exemplo ſit Pleuritis, quam Galenus in lib. de Conſt. Ar. cap. 15. dolorem pungentem excitare ait; dolorem verò hunc difficilis reſpirationis cauſam eſſe. Horum omnium ſymptomatum, ſiue ſtatim à morbo oriantur, ſiue à ſymptomatibus alijs, cauſam eſſe morbum ſenſui patet, cũ orto morbo oriãtur; ſublato, ſummouẽatur. Quare & curãdi indicationẽ ſumimus à morbo, nõ à ſymptomatis; nec mirũ eſt, id euenire; ita enim cohæret morbus cũ ſuis ſymptomatis, vt ſiquid per ſymptomata faciat,

per se ipsum facere videatur. His positis,& constitutis constat, solutionem difficillimi huius nodi a me traditam fuisse verissimam, & colorem hunc prauum non esse morbum, sed symptoma, quod vnà cum alijs precedentibus, & subsequētibus symptomatis pendet à morbo ipso, nimirū ab obstructione meatus fellei. Hæc itaq; obstructio causa est, cur flaua bilis retineatur; bilis flauæ retētio causa est, cur oculi inficiātur; infectio oculorum causa est uisum deprauandi. Omniū tamen horum symptomatum causa est meat fellei obstructio; nec oculus morbo aliquo laborat; quòd si laborat, per consensum laborat non minus, quàm cùm ascendentibus à ventriculo vaporibus, per quos incidit in symptomata suffusorum symptomatis similia, per consensum cum ventriculo laborare dicitur. Stat igitur, licet color hic sit affectus,& visū deprauet, morbū tamē nō esse, sed in morbū tāq̃ in cām referri; & ideo definitio morbi & vera est, & cū definito conuertitur. Sed videamus, quàm lepide,& eleganter a te nodus
72. B. ille de colore explicetur. Cum hac de re multorum sententias apud me legisses, nouam quandam protulisti ita ieiune, vt eam satis percipere non valeam. Scribis, flauum corneæ colorem esse morbum conformationis; nec declaras, sit ne in figura, an cauitate, an superficie, an nouum aliquod genus conformationis somniaueris,& sanè recte fecisti, ne amplio rem occasionem ridendi lectoribus afferres. Differt hæc tua opinio parū ab opinione Fernelij; qui colorem illum nouum morbū parere asseruit; quem noluit inuulgare. Expectabimus morbos organicos, in quibus hęc arcana pandas, vt videris polliceri; quanquam pro comperto habeā hāc pollicitationem tibi è memoria èlapsuram esse. Quòd verò colores præter naturam symptomata sint, non morbi, tam certum est apud Galenum in lib. De Symptom. quos pro te citas, vt nihil sit certius, & vulgatius. Tu autem scribis, hunc morbum non fuisse repositum a Galeno inter cæteros instrumentarios, quia color in solis oculis cōformationem lædere potest, in nulla alia parte potest, vt alluderes ad Forliuiensis opinionem, quam apud me legisti; neque enim credo, te eum in manibus vnquam habuisse. Siquid in te fuisset ingenij, inuenire poteras morbum aliquē consentientem cum Galeni decretis. nam si ille in lib. De Diff. Sympt. cap. 8. vitiligines,& leucas reponit inter morbos numeri, nonne tibi licebat asserere, flauā bilē, qua cornea inficitur, esse morbum numeri? & sanè si sublato influxu flauæ bilis ad oculos; quæ influxerat, persisteret adhuc,& visum deprauaret; nihil aliud dicere possemus, quam flauam illam bilem visum deprauātem esse morbum numeri; nam si in suffusione humor crassus est morbus numeri sua crassitie, & opacitate visum intercipiens, cur non & hic flaua bilis sit numeri morbus suo colore visionem deprauans? & for

tasse

tasse hæc est vera solutio huius nodi. Quando verò actio læsa aliam lædit actionem, tunc vtraque læsio a morbo pendet. Cum verò asseris, me lib. 2. cap. 27. Galenum reprehendere, quod quosdam morbos omiserit; & lib. 4. cap. 13. eundem grauius accusare, quod eadem de re diuersa pronunciet, modo curandi ratio constet, nemo, qui leget, erit, qui non te & mente captum & omnibus sensibus orbatum esse fateatur: cum reprehensio illa, quam priore loco propono, a me postea reijciatur; in altero verò illa sit excusatio, non accusatio.

DEFENSIONIS SECVNDAE PARS Quinta, in qua demonstratur, Librum De Opt. Sec. ad Thrasyb. non esse Galeni.

QVoniam argumenta quædam confirmaueras authoritate Galeni in lib. De Opt. Sec. ad Thrasyb. negaui, librũ eum Galeni esse tribus fundamentis summatim expositis, quę tu nixus es euertere. Quare iterum subeundus 74.A.
est labor ea validius fulciendi, & paulo fusius explicandi; quam quidem disputationẽ, tametsi longior futura est, & veluti digressio a principali meo instituto, libenter aggredior in studiosorum vtilitatem, & maxime in gratiã viri doctissimi, qui id à me sæpe per communes amicos petijt. Discutiam igitur non totum eum librũ; nimis enim operosum, & longum esset, sed aliquot capita, quibus possim fundamenta illa mea firmius stabilire. Demonstrabo itaque, eum librum Galeni non esse, & coniecturas quasdam simul afferam, ad inuestigandũ, quis fuerit hic author, aut saltem, cuius is fuerit sectæ. Deinde deijciam, quæ ad diruenda ea fundamenta es machinatus. Solent aliorum scriptorum veterum libri veluti Hippocratis, & Aristotelis sæpe dijudicari authoritate aliorum authorum; sed cum hic nullum habeamus Galeni expositorem, nisi recentiores; non possumus de hoc libro iudicium ferre, nisi ex authoritate ipsiusmet Galeni. Videtur itaque ipsemet librũ hunc pro suo agnoscere, seq; eius authorẽ cõstituere; cũ in lib. De Prop. Lib. cap. xj. in lib. De Ordine librorum suorũ, in calce Ar. Med. & in 3. De Diffi. Resp. cap. 4. fateatur, se librũ De Optima Secta scripsisse; & cur scripserit, rationem reddat. Verum tantũ abest ex locis illis hunc librũ Galeno esse ascribendum, quòd potius ad spurios necessario sit ablegandus, cum diuersa fuerint eius libri, & huius proposita, & diuersi tractandi modi. Taceo diuersas fuisse inscriptiones, nam ille de Opt. Sec. absolute inscribebatur;

hic de Opt. Sec. ad Thrasyb. & venio ad maiora. Propositũ est huic au thori, dijudicare ex tribus medicorũ sectis Dogmatica, Empirica, Methodica, quæ nã sit anteponenda. Primum igitur construit sibi quædã instrumenta, describendo conditiones theorematũ aptorum ad ferendum iudiciũ de sectis; deinde eas sigillatim explicat, & describit; docetque, qd inter se communis, quid proprij sortitæ sint; ac de illis epicresim affert, in qua videtur Dogmaticam cæteris anteponere; cum eius placita amplexetur; aliarum autem reijciat; tum verò sectam Empiricam damnat, postremo Methodicam; vt liber in quatuor partes sit distributus. Prima sex capitibus clauditur. Secunda quinque. Tertia nouem. Quarta reliquis. At Galeno propositum fuit, viam demõstrare, qua quis insistens optimam sectam, vel ad medicinam, vel ad philosophiam, aut aliam quancunque artem constitueret. Longe verò aliud est, tres sectas medicorum tantũ iam cõstitutas dijudicare, vnam amplecti, & reliquas damnare; aliud viã tradere optimam sectam in quacunque arte, & scientia constituendi. Videtur præterea Galenus huius authoris propositum aliqua ex parte damnare, cum librum de Opt. Sec. se conscripsisse asserit, non qualem iam antea superiorum medicorum, philosophorumque multi scripserãt, suam nominatim sectam extollentes, laudibusque vehentes; interquos scriptores fortasse & hunc cõplectitur; quem puto Galeno esse antiquiorem. Quantum verò ad tractandi modum valde differunt; nam author hic nullo vtitur exordio, nisi dicas primam partem exordium esse; at Galeni exordium ab hoc longè distabat; erat enim amplum, & luculẽtũ; causam explicabat, quæ eum impulerat ad librum eius argumenti conscribẽdum; admonebat lectores, vt in demonstrationibus essent versati, & præsertim in eius libris De Demonstratione, qui hanc artem cum ratione erant tractaturi; admonebat quinetiam, amorẽ, & odium aduersus sectas deponendum esse, ne illis obcęcatus perperam iudicaret. Cum autem in hoc libro nihil huiusmodi reperiatur, Galeno attribuendus non est. Præterea nec Galenus vsquam librum hunc inter suos recenset; nec author hic in toto libro librum suum aliquem citat, qui Galeni sit; Galeno autem mos fuit passim libros suos citare non solum conscriptos, sed etiã conscribendos, vt demonstrauimus in præfationibus nostris. Pręterea si hunc librum scripsisset, frustra hunc laborem suscepisset, cum in lib. De Sec. ad introd. satis inter se tres illas sectas contulerit.

Indicia

Indicia a ratione scribendi.

SEcundum indicium sumitur à modo scribendi, qui vt percipiatur, videndum est cuius sectæ fuerit hic author. Cum itaque sectam Dogmaticam cæteris præferat, censendum est eum fuisse dogmaticum; nemo enim est, qui sectam suam deprimat, & alias extollat. Idem modus argumentandi indicat; nam nec Empirici, nec Methodici ratiocinationibus a causa sumptis vterentur, vt passim ipse facit; sed & ipse id testatur, cum cap. x. sic scribat. Empirici autem nō ,, perinde, ac nos ad similia pertranseunt. Cum enim exposuisset, quomo ,, do Dogmatici ad similia pertranseant; velletque exponere, quomodo Empirici id faciant, ea verba protulit. Quare palam se inter Dogmaticos reponit; id autem cap. 13. facit frequentius. Cum enim describat certamen inter Empiricos, & Dogmaticos, vtitur frequentissime his vocibus, vos, & nos, per illam significans Empiricos, per hanc seipsum, & Dogmaticos. Verum cum Dogmaticorum multæ essent sectæ, nam alij vocantur Erasistratij, alij Herophilei, alij Asclepiadęi, & alij Pneumatici, vt annotat Galenus primo de Simpl. Med. cap. 27. & 4. de Diff. Puls. cap. 2. hunc authorem inter Pneumaticos reponendum esse, censeo; quę medicorum familia Galeni temporibus florebat; multosque habuit prę̨stantissimos medicos, atque in primis Athenęum Attalium hæresiarcham sæpe commemoratum a Galeno. De hoc numero fuere Magnus, Archigenes, Agathinus, alijque quamplurimi. Traxerant hi originē a Chrysippo Stoico; quia cum Stoici causam rerum omnium continentem spiritum constituant, hi medici in eadem hæresi fuerunt. Vnde Pneumatici sunt vocati. Docet hęc passim Galenus, sed in secundo de Diff. Pulſ. cap. 10. in 3. cap. 1. & 6. & in 4. cap. 10. in fine potissimum. Cum itaque hæc secta defluxisset a Stoicis, eos non in decretis tantum, sed in modo argumentandi, & scribendi, & in vocibus nouis, & duris vsurpandis imitata est. Hinc Galenus Archigenem virum alioqui grauissimum, & præstantissimum sępe taxat de orationis, & verborum etiam obscuritate, de rationibus logicis, & non ab essentia rei petitis, vt patet primo De Loc. Aff. cap. 2. & in toto libro secundo cap. prę̨sertim sexto, septimo, & octauo, & tertio De Diff. Pulſ. cap. 4. Ac cum secta hæc magno esset in prætio, verisimile est, eam reliquas, & Empiricā præsertim esse imitatas, nisi dicamus ab eodem fonte emanasse scabrosum illud dicendi genus in reliquis etiā sectis, id est à Stoicis. Nā cum Zeno primus, qui Polemonis Peripatetici

fuisset

fuiſſet eruditor, cœpiſſet deſciſcere a præceptoribus ſuis, vt ſcribit Cic. in lib. De Fin. Bo. & Mal. vbertatē Peripateticam in anguſtum contrahens, & ſpinoſum quoddam, ac ſalebroſum dicendi genus introducens, Stoicorum ſectam conſtituit; quæ multos annos principatū obtinuit; & omnes alias artes, & facultates, in ſui admirationem, & imitationem traxit: quod facile fuit, cum Ariſtotelis libri non extarent. Inde euenit, vt omnes eodē fere modo diſputarent, & ſcriberent vſque ad tempora Alexādri Aphrodiſęi, qui diſciplinæ Peripateticæ authoritatem ſuam reſtituit, & contra Stoicos ſcripſit, quod & Galenus fecit. Hic itaque author, ſiue quia Pneumaticus eſſet, ſiue quia eorum temporum conſuetudinem ſequeretur, Stoicos tum in verbis, tum in oratione, tum etiam in genere argumētandi imitatur. At Galenus cum totum ſe ad imitationē Platonis, & Ariſtotelis comparaſſet, longe diuerſa ratione ſcribendi vtitur, vt omnino cæcus ſit, qui non inſignem inter eos diſſimilitudinem perſpiciat. Hic a Stoicorum dumetis vepres, & ſpinas coaceruat; Galenus ex ampliſſimis Peripateticorum campis flores, & fructus ſuauiſſimos colligit; hic aſper & obſcurus; ille lenis, & perſpicuus; hic incultus, horrid⁹, incōditus, & (quod Græci aiunt) ἀκατάλληλος, ille perpolitus, & ornatiſſimus; hic confuſus, ille ordinatus: hic obſcura anteponit, & notiora poſt ponit; vnde quæ primò ſcribit, intelligi non poſſunt, niſi ex ſequentium lectione: ille a notioribus ſemper progreditur; hic argumentis nititur logicis, & ſophiſticis; ille demonſtrationibus linearibus, & à rei natura petitis. Hæc & alia multa diſcrimina deprehendet inter hunc authorem, & Galenum, quicunque vtrunque attente leget; eaque ego ſub oculos ſubijciam, productis, & diſcuſſis multis locis huius authoris, in quibus diuerſitatem etiā dogmatū oſtendam, ne cogar eam ſeparatim tradere. Incipiam autem à cap. 1. & ad alia deinceps progrediar.

Ex Cap. 1. de Opt. Sec. ad Thraſib.

CVm totum hunc tractatum quatuor in partes diſtribuerim, perluſtremus primam partem, in qua illud primū occurrit præter ea, quæ ante annotauimus, alienum à Galeno; quòd Galenus ſolet & præſertim, cū ad amicū quempiam ſcribit, vti procemio, in quo quid ſibi propoſitum ſit, exponit. At hic nec procemio vtitur, nec ab initio admonet, quid in toto libro ſit traditurus, aut quid in prima hac parte, quæ pro procemio eſt; facitque id tantummodo in principio cap.

ſeptimi,

septimi, & noni. In septimo quoniam, inquit, omnis oratio, & omne theorema his tribus dijudicatur; tres autem sunt in arte medica sectæ Rationalium, Empiricorum, Methodicorumque, age iam his iudicandi modis sectas consideremus, vt sanam complectamur. In nono verò. Quoniam dijudicandarum rationum instrumenta tradidimus, quæque communia, & quæ propria sint sectarum, percurrimus; deinceps sequitur, vt singulas sectas expendamus; atque ita veram sententiam sequamur. Quod hic tunc facit, Galenus facilitatis docẽdi, pspicuitatisq; studiosus fecisset ab initio in hunc, aut aliũ consimilẽ modum. Cum mihi propositum sit dijudicare, quæ nam ex tribus sectis Rationali, Empirica, Methodicaque sit melior, necesse est, vt pręparem mihi instrumenta, quibus id commode possim exequi. Atque hoc discrimẽ inter duos hosce authores est in docendi modo. Est & aliud discrimẽ: quod author hic more Stoicorũ docet, quod Galenus semper abhorruit. Demonstrat itaque theoremata omnia vera esse, quia cadunt sub comprehẽsiones; falsi autẽ comprehẽsiones nõ sunt. Hęc omnia Stoica, & obscura sunt; sed ex Ciceronis Lucullo facile possũt explicari. Zeno Stoicus (vt ibi docet Cic.) comprehensionẽ, quam catalepsim Græce vocabat, transtulit à manuum comprehẽsione, & pro cognitione vsurpauit. Cum enim manum compresserat, & pugnum fecerat, cõprehensionem illam esse dicebat; cum verò altera manu admota pugnũ illum arcte, & vehementer compresserat, eam vocabat scientiam; catalepsim hanc Cic. comprẹhensionem, & perceptionem etiam vocat. Erat itaque comprẹhensio certa, & firma rei cognitio; sicuti firma, & certa rei possessio est, quæ pugno comprehẽsa est. Vnde & Galenus in lib. De Sec. cap. 5. ait Empiricos verã & firmam cognitionem comprehensionis nomine vocare; & in lib. De Opt. Doct. comprehendere nihil esse aliud asserit, quã certo cognoscere; huius contrariam dicebant esse ἀκαταληψίαν. Theorema Cic. comprehensum & perceptum vocat, quasi ex comprehensionibus aut perceptionibus collectum. Vnde miror in toto hoc libro Rasarium in Cicerone versatissimum præceptum conuertere. Hinc itaque probat author hic, theoremata vera esse debere; si enim constituuntur ex cõprehensionibus, & comprehẽsiones sunt firmæ, & certæ cognitiones, nec eiusmodi esse possunt, nisi veræ sint, cum falsi comprehensio nõ sit, sequitur, theoremata vera esse oportere. Hinc patet voces authoris huiũs Stoicas esse, quas Galenus semper abhorruit, & has pręsertim. Vnde in lib. De Opt. Doct. τὸ καταληπτὸν libentius vocat βεβαίως γνῶσιν, vt nomen Stoicum vitet; & plurimum de Fauorino admiratur, qui cum operã daret, vt Atticè omnia scriberet, non cessaret tamen subinde voces hasce Stoicas vsurpare τὸ καταληπτὸν, τὴν κατάληψιν, καὶ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. & eis oppositas,

ἀκα-

ἀνατάλειπτον φαντασίαν.vel ipſam ἀκαταληψίαν.Quantum diſciplinam Stoicam abhorreret,declarat locis ſuperius citatis, & præſertim 2. De Diff. Pulſ. cap.4.& 10.& lib.3.cap.1.Abhorrebat autem & propter dogmata, quæ erant duriſſima; & propter voces, quæ erant extra communem vſum, & ſępe etiam barbaræ propter inuentorem Chryſippum, qui ſiculus erat;at hæc omnia obſcuritatem inducunt, quam ſemper Galenus auerſatur. Quare magnam Galeno faciunt iniuriam,qui libri huius authorem eum faciunt.

Ex Cap. 2.

IN hoc etiam capite quædam ſunt aduerſus Galenũ non ſolum in vſu vocum,ſed etiam in rerum natura,quę breui percurramus. Scribit Galenus primo Meth. cap.4. duplex eſſe apparens,alterum ſenſui, alterũ intellectui. apparens vtrunque ibi vocat τὸ φαινόμενον ;In lib.verò De Curãdis Animi Morbis cap.6.vtrunque vocat τὸ ἐναργές; vt hinc,& ex alijs quamplurimis locis,appareat, apud Galenum nullum eſſe diſcrimen inter has duas voces τὸ φαινόμενον & τὸ ἐναργὲς & vtranque ſignificare apparens tam ſenſui,quàm intellectui;At huic authori & hic & vbique τὸ φαινόμενον ſenſui τὸ ἐναργὲς intellectui apparens ſignificat, quod nõ damno;imo verò deſiderarem fieri poſſe,vt vnaquæque res ſuo certo nomine appellaretur;ſic enim faciliores,planiores,& certiores eſſent diſciplinæ.ideo autem hoc annotaui,vt hæc quoque diuerſitas inter hos duos authores appareret. Ne autẽ cogar ſępe vocibus Gręcis vti, perſpicuũ ſenſibus ſemper apparens;perſpicuum intellectui ſemper euidens vocabo. Sed longe maior eſt adhuc inter authores hoſce diuerſitas;nam author hic euidens inter obſcura reponit,quod implicare videtur contradictionem,repugnat enim aſſerere eſſe aliquid euidens,& obſcurum. Sed quia videtur author hic licentia fortaſſe Stoica omnia, quæ apparentia non ſunt obſcura vocare,id ei permittamus;aſſero tamẽ hoc Galeno valde repugnare;nec vſpiam apud eum euidẽtia vocari obſcura. Sed maior adhuc eſt diuerſitas,quæ dogmata attingit.Nam author hic bifariã diuidit apparentia;& alia ex ſe comprehendi affirmat,veluti album, & nigrũ; alia ex ſignis;at naturæ apparentiũ,& Galeno valde repugnat, apparẽtia aliqua eſſe,quæ per ſigna cõprehẽdãtur.Scribit enim primo Meth.cap.4.
,, Quod apparet,aut ſub ſẽſum omnino cadat oportet;aut ſub intelligẽtia
,, vno ſemel occurſu vtrunque, ſine vlla demonſtrationis ope. His verbis

bis tam euidens, quàm apparẽs complectitur Galenus, & vtrunque vno simul occursu comprehendi ait; quare nec per demonstrationem, nec per signa. Vnde in lib. de Sec. cap. vltimo reprehẽdit Methodicos eos, qui communitates fluxi, & astricti apparẽtes esse asserebãt, & tamen per fluxũ & astrictum non intelligebant fluorem ipsum, aut suppressionem; sed affectum, vnde proueniunt, qui abditus est, & signis inuestigandus. Quare affe » ctus isti, inquit, apparentes non sunt, nisi apparentia etiam dicant, quæ si- » gnis cognoscuntur; quibus verbis innuit, apparens non esse, quod signis est percipiendum. Quantum hæc à Galeno sint aliena, ne dicam à veritate vnusquisque iudicare potest: Illud etiam in hoc capite non videtur prætermittendum authorem hunc res notissimas multis explicare; obscura paucis; videmus enim quam multa loquatur de apparẽtibus ex se, quã pauca de reliquis, quæ obscuriora sunt. Ait apparẽtia ex se sensiterijs diiudicari, valde impropriè sensiteria pro sensibus vsurpans.

Ex Cap. 3.

NOn dicam huius capitis verba, & sententias esse ex Stoicis riuulis hausta, quia totus liber est huiusmodi, sed dogmata ipsa perpendam. Negat, apparentia artis esse principia; ars enim non constat ex apparẽtibus, sed ex perceptis, quæ apparentia quidem ipsa non sunt, sed ab apparentibus ortum ducunt. Quare qui asserunt, apparentia artis esse principia, non aduertunt se nullum constituere discrimen inter artificem, & arte carentem, cum apparentia vtrique ex æquo nota sint. Vnde consequitur, nullam esse maiorem excellentiã in artifice, quàm in idiota, & imperito; hoc idem statuit cap. 9. & 26. Verùm cum in capite precedente statuerit, duplex apparens esse, alterum sensui, alterum ex signis, non explicat, sensui ne apparens tantum, an vtrunque complectatur. nam licet toto hoc capite apud interpretem legatur euidens sensui, author tamen ipse apparens semper absolute pronunciat quod ipse φαινόμενον vocat. Si de apparente sensui tantum loquitur, non recedit ab Aristotile, qui in calce libri secundi De Demonstratione artiũ principia per inductionem inueniri, & constitui tradit. Inductiones autem ex singularibus, & sensui notis colligunt vniuersalia; quæ artium principia sunt. indistinctus tamen, & obscurus est; cum enim statuerit, duplex esse apparens, explicare debuit, alterum ne tantum, an vtrunque ab artis principijs excluderet. Crediderim ego, vtrunque ab eo cõplecti, si enim negat, ap

L parens

expers plurimum nonnunquam aberrat. Idem scribit in lib. De Cogn. & Cur. animi morbis. Ait enim; Quod in vita vniuersa, & artibus omnibus videmus, vt magnas quidē atque insignes rerū eminētias, differentiasque quiuis vnus è multis facile possit discernere; exiguas autem, ac tenues ij dumtaxat, qui & prudētes sunt, & ipsarum artium peritis idem in peccatis quoque & affectibus vsu solet euenire. Frustra itaq; timuit hic author, se similem futurum homini vulgari, & imperito artis, si quam ille artis cognitionem relinqueret. ex his enim constat, etiamsi ille quædam artis præcepta cognoscat, suam tamen medico authoritatem, & existimationem non detrahere.

Ex Cap. 4.

CVm in capitis præcedentis fine concluserit, apparentia non esse artis principia: & antea dixerit, apparētia esse principia inueniendorum theorematum; nunc satis intēpestiuè, & confusè docet, quot modis constituantur theoremata. cum enim iam cœpisset notas tradere, quibus theoremata dijudicentur vera, vtilia, & cohærētia: & quomodo vera iam explicasset; cœpissetque quomodo vtilia, docere; antequam hæc absoluat, interponit, quot modis theoremata constituantur; quod ab initio faciendum erat; deinde notæ exponēdæ, quibus eorū veritas, vtilitas, & connexio dignoscantur. Quare patet, in eo desiderari Galeni Methodum, quæ admonet, quid primum tractandum sit, quid secundum, & quæ deinceps. eodem errore cap. 5. artis finem explicauit, qui ante omnia erat explicandus; cum ab artis fine theorematum vtilitatem dijudicet; vnde Galenus rectius in lib. De Cōst. Ar. & in lib. Ce Sec. a fine duxit exordium. Ait itaque; theoremata quatuor modis constitui, ex apparentibus, ex comprehensis ex alijs, ex ante demonstratis, & ex euidētibus. Primæ constitutionis duo affert exempla; alterum est hoc. Cordis vulnera letalia sunt; ad cuius constitutionem attulit non solum apparentia, sed rationem duram satis, & remotam; quare a proposito recedit. Galenus sanè longe elegantius ab apparentibus tātum hoc idem theorema cōstituit, in lib. De Inst. Emp. cap. 6. Alterum exemplum est, Si quis phlegmone laboret, is tumorem habet renitentem cum dolore pulsatili; nec aduertit hoc exemplum destruere superiora eius decreta; non enim theorema hoc ab apparentibus tantum constituitur, sed ex apparentibus etiam constat. Quare si ars ex theorematis constat, constat etiam ex ap-

est. At voluit author hic artem nimium extollere.

Ex Cap. 5.

QVi caput hoc conferet cum Galeno lib. De Const. Art. cap. 2. & cũ Thrasyb. toto, & præsertim à cap. 29. vsque ad finem, facile percipiet, quantum distet author hic à Galeno, ne singula ego conferam. Taceo eum in re leui, & facili turpiter esse lapsum, cum asserat artem struẽdi naues, naues, quæ non sunt construere: alteram verò artem, hoc est Gubernatoriam eas conseruare; asserat deinde domos ab eadem arte ex ædificari, & conseruari. at quid nam discriminis est inter nauem & domum? nonne nauim fatiscentem nauis idem constructor reficit, & instaurat, sicuti domuũ structor domos ruinam minantes? Sane Galenus in Thrasyb. cap. 5. aliter statuit. Si probare, inquit, velimus, ad " eandem artem pertinere & efficere quidpiam, quod prius non erat, & " quod factum sit, saluum conseruare, id faciemus arte domorum, & nauiũ " construendarum, demum cap. 17. demonstrare incipit eiusdem artis esse " conficere, & conseruare. Dices cum hoc authore naues a gubernatore cõ " seruari. Respondeo domos etiam a dominis suis conseruari. at hæc cõseruatio, vel custodia potius eò spectat, ne naues aut domus vitium contrahant. Quod si vitium fecerint, ab eadem arte, quæ construxit, emendatur.

Ex Cap. 7.

IN cap. 7. commune esse ait tribus sectis, quas discutit, theoremata apparẽtia esse vtilia. at cap. 3. asserebat theoremata ex apparentibus inueniri, ipsa tamen non esse apparentia; nam si theoremata essent apparentia, ars ex apparentibus constaret, quod ipse constãter negat; nisi dicas vocem theoremata redundare, quod sequentibus consentit. Præterea inter communia sectarum trium enumerat analogismum; quem si capit, vt Galenus, dogma hoc Galeno valde repugnat; qui in lib. De Sec. ad Introd. cap. 5. in commentarijs in Præsagia sæpe, & alibi asseruit Rationales analogismo vti; Empiricos solo epilogismo. Si verò Stoica licentia in alium sensum analogismum capit, vt reuera capit, in hoc etiam alienus est a Galeno. Sed de hoc latius inferius.

Ex

Ex Cap. 8.

IN hoc cap. non ſolum in verbis, & modo ſcribēdi diſcre pat author hic à Galeno, ſed in decretis etiam, atque ijs nō leuibus, & vulgaribus; ſed totius artis grauiſſimis, & principaliſſimis. Ait hic de Rationalium ſententia, de quorum numero ſeipſum facit, conferentia indicari ab occultis, non ab apparentibus, quia eorum indicatio ſu mitur a cauſis. cauſæ autem, qua cauſæ, occultę ſunt. Ac cum cap. 25. aſſe-rat indicationis conferentis a cauſis ſumi, non à morbis, patet, ibi eum lo cutum eſſe de propria ſententia, cum idem hic afferat, vbi ſententiā Dog-maticorum explicat. Patet etiam eum omnino ſtatuere à morbis nō eſſe ſumendam indicationem, cum ab occultis eam ſumi conſtituit, ab appa-rentibus nequaquam; morbi autem quamplurimi ſunt apparentes, ergo nullo pacto à morbis ſumitur indicatio. At hæc præterquam quòd ratio nem curandi à Galeno traditam euertunt, perſpicue etiam falſa ſunt; cū non ſolum rationi, ſed ſenſibus etiam repugnent. Vlcera ſimplicia, vlcera caua, fracturę, luxationes, figuræ vitiatæ, ambuſtiones, refrigerationes ingentes, ſunt morbi apparentes, & corpora noſtra vexantes; carent etiā cauſis. At nonne hęc indicant conferens? Nonne vlcera ſimplicia conglu tinationem indicant; caua repletionem carnis, fracturæ oſſium cōiunctio nem, luxationes articuli in ſuam ſedem repoſitionem, figuræ vitiatæ emē dationem, ambuſtiones refrigerationem, refrigerationes calefactionem? omittas hæc, miſerè æger torquebitur, & ſępe etiam morietur. Ex his planum eſt, indicationes, & a morbis, & ab apparētibus ſumi; quod apud Galenum in libris Methodi tritiſſimum, & vulgatiſſimum eſt; ſed in reſpō ſione ad Eraſtum id oſtendetur. Cum verò cauſas occultas eſſe affir-met, non autem apparentes, non ne ei repugnant cauſæ procatarcticæ? at obiectionem hanc diluit ipſe hoc pacto. Surculum corpori infixum, qui cauſa eſt procatarctica, apparentem quidem eſſe, quatenus eſt ſurculus, ſed quatenus cauſa eſt, occultum eſſe. ſicuti Sophroniſcus, & Socrates, quatenus Sophroniſcus, & Socrates ſunt, apparentes ſunt, ſed quatenus pater & filius, occulti. relationes enim ſub ſenſum non cadunt. non ergo apparentes. Sed omnia hæc ſophiſmata Stoica ſapiunt, & falſa ſunt. Nam ſurculus vt cauſa etiam eſt apparens; acumē enim eius eſt vulneris cauſa, at acumen eſt apparens. Si ſumas quidem vt relatiuum, quatenus cauſa refertur ad cauſatū, fatebor, eas relationes non eſſe apparentes, quia non cadunt ſub ſenſus: ſed ſi ſumas vt cauſam vulneris, non eſt relatio, & eſt

apparens,

apparens,& vulnus effecit. Videtur alio modo id probari. Causæ sympto matibus cognoscuntur, non sunt ergo sensui apparentes; quare surculus non erit causa, nisi dolorē faciat. à symptomate igitur doloris colligitur, surculū esse causam; si enim apponatur cuti tantummodo, causa non erit, quia symptoma non excitabit. quo in loco multa errat; nam dolor nō est indicium causæ, sed solutionis continui, qui morbus est. quare nō est sym ptoma causæ, sed morbi. surculus autem cuti appositus ita, vt non lædat, causa non est, quia morbum non excitat; quare opinio vana est, & ratio etiam, qua confirmatur, vanissima, & à Galeno alienissima.

Ex Cap. 9.

IN hoc cap. aperit propositum totius libri, vnde ordo etiā, & distributio colligitur; quod si ab initio fecisset, longe fuisset laudabilius. In hoc autem, & duobus sequentibus capitibus sectam rationalem videtur stabilire, & confirmare; confutat enim quæ illi obijciebant Empirici, & Methodici. sed in docendi modo valde est alienus à Galeno. videt enim in toto libro, & hic potissimum, rationem habuisse suorum temporū tantummodo, non succedentium, cum disputet de sectarum decretis, ac si omnibus nota essent futura, vt credo tunc fuisse. At Galenus non suæ tan tum, sed sequentium ætatum etiam rationem habet. Vnde dogmata sectarum qualia essent, explicat; deinde examinat. quare nisi haberemus librum De Sectis, & libros Methodi, ac procemiū Celsi, nescio, an quæ traduntur hoc in libro, possent intelligi. Ijs, quæ in hoc cap. tradūtur magnā lucem affert Galenus in lib. De Sectis cap. 8. Disputat igitur cōtra Empi ricos primum, deinde cōtra Methodicos acutissime, & subtilissime, qui negabant, occulta esse vtilia. Confutatis Empiricis, cōfutat Methodicos, qui apparentia conferens indicare asserebant; nam hoc pacto nihil a vulgo differrent; quod valde est ridiculum, vt ostendimus cap. 3. Arguit dein de contra Methodicos, qui affectus conferens indicare asserebant, nam si id verum esset, vnus & idem affectus in quacunque parte corporis idem indicaret; sed hoc est falsum; nam inflammatio aliter in oculo, aliter in gutture, aliter in iecore, aliter in alijs partibus curatur. Hoc argumentum contra Methodicos quidem rectè procedit, qui a solis affectibus curandi indicationem sumebant, nulla habita consideratione partium, ęgrorum naturæ, ætatis, consuetudinis, causarum morbi, & reliquorum cōsimiliū. Vnde hac eadem ratione confutat eos Galenus 5. Meth. cap. x. & in lib.

De

De Sec.cap.8.inducit Empiricos contra Methodicos disputantes. Sed hoc argumentum intentandum fuerat propter aliam causam, & rationẽ, sicuti fecit Galenus,quia nimirum Methodici,negabant à partibus indicationem sumi,minime verò quia assererent ab affectibus vtile indicari. Nam reuera argumentum demonstrat à partibus sumi indicationes curandi,cum aliter curetur inflammatio oculi,aliter gutturis,aliter aliarum partium:nec vetat argumentum a morbo sumi indicationem;nam ab inflammatione quidem sumitur indicatio curandi: sed variatur hæc indicatio pro partium natura. Instat deinde aduersus Methodicos,si morbus indicaret,cum aliquam certam partem vexat,idem semper indicaret,sed hoc est falsum;nam pro varietate causarum variæ indicationes surgunt. cum vrina suppressa ob calculum aliud indicet,aliud ob inflammationẽ, aliud ob vrinæ copiam.Hoc etiam argumentum rectè aduersusMethodicos intentatur,qui causas reijciebant.Sed si hinc demonstrare voluit, indicationes conferentis sumi a causis,non a morbis,id est falsum, & cõtra Galenum,qui indicationes à morbis,& a causis sumendas esse docet, & interdum magis à morbo,interdum magis a causis. Aduertendum est autem authorem hunc sumere hic vrinæ suppressionem,quę actio læsa,& symptoma est,pro morbo;inflammationem,& lapidem pro causis, quæ morbi sunt.quare,aut distinctionem inter morbũ,causam, & symptoma non nouit;aut de eorum numero fuit,qui statuebant, actiones lęsas esse morbos.Vnde cum Galenus 2.Meth.cap. 1.asserat,fuisse antiquam controuersiam,& suis etiam temporibus agitatam,non modo inter medicos, sed etiam philosophos,nunquid actio læsa,an dispositio actiones lædens morbus esset,mirum non esset,si hic author ex illis esset,qui opinabãtur, actionem lęsam morbum esse;.nisi dicamus eum more Methodicorum loquutum fuisse, qui morbos volebant esse laxum,& astrictum.Sed cum hi essent bipartiti,& vellent alij,astrictum,&laxum intelligi in suppressione,aut fluore;alij in affectibus,qui causa erãt suppressionis,& fluoris, hoc in loco de primis esset intelligendum. Hæc alij considerent,mihi enim satis est,demonstrare,authorem hunc non esse Galenum;& quantum ad exemplum,quo argumentum confirmat,probat indicationẽ sumi à morbis,non a causis.& fortasse etiam cap.8.cum dixit,causas indicari à symptomatis,causas pro morbis sumpsit.

Ex Cap. 10.

CVm sæpius in superioribus locutus sit de inuentione conferentis, in hoc capite docet, quot modis conferēs inueniatur: quod nihil est aliud, quàm quot modis ægrorum curatio instituatur. Tribus autem modis id fieri asseuerat, indicatione, obseruatione, & analogismo; qua de re nihil nunc dicam; cum opportunius in capitibus sequentibus id sim facturus. Annotandum est ab eo uocari lædens, a quo conferens inuenitur; per lædens autem semper ferè causam intelligit; ut sibi passim consentiat, curandi indicationem a causa sumi. Aduertendum est præterea, eum vocare sanguinis eruptionem ex diuisione: & sanè per diuisionem intelligit solutionem continui. Sic in c. 13. superficiariam, & magnam diuisionem uocat pro leui, & graui solutione continui; quod indicium est inter cætera non leue, hunc Galenum non esse, cum Galenus semper ferè vtatur solutione continuitatis, vel vnitatis; cuius appellationis se inuentorem facit, vt demonstrauimus in lib. 5. Quare hinc etiam elicitur, eum esse Galeno antiquiorem; cum utatur appellatione vetustiorib. Galeno vsitatissima, ut ex libris Galeni De Cõpos. Medic. plane colligitur, vbi antiquorum medicaměta, eorũque vsus describit. Vnde in 5. De Med. Genericis cap. 4. in quo emplastra quædã Asclepiadis describit, emplastri Chalcidei vsum sic adnotat; ,, Conglutinat, inflammationem arcet, diuisiones cum contusione iuuat. & 2. de ,, Med. Local. cap. 2. est hic titulus. ,, Archigenis De Diuisionibus, & contusionibus in capite factis; ,, qua uoce utitur etiam in descriptione medicamenti; quanquam interpretes omnia corrumpant, ignorantes, quanti referat, libros medicorum fideliter interpretari. Annotandum est demum, eum cap. 18. repetere quæ hic scribit contra Empiricos de analogismo; quæ sanè repetitio uana est, & inutilis, & a Galenica grauitate alienissima.

Ex Cap. 10. & 11. simul.

IN capite 10. definit indicationem, obseruationem, & analogismum, quorum in cap. præcedente usum explicauerat. Ac, vt annotem diuersitatem inter hunc authorem, & Galenum in indicatione, proponam eius definitionem; & cum duas afferat, priorem proponam, quæ vulgatissima est. Est itaque indicatio comprehensio conferentis, vna cum lędentis comprehensione occurrens, sine obseruatione, & ratiocinatione. Huius definitionis sensus est (quidquid alij scribant) indicationem esse comprehensionem conferentis, ortam a comprehensione lædentis. Vbi primum enim medicus percepit ægrum laborare febre, idest intemperie calida, & sicca, simul percepit conferens, remedium scilicet refrigerans, & humectans. Porrò si uelim explicare, an hæc definitio, Galeni definitioni traditæ 2. Meth. cap. 7. repugnet, an quadret, longa mihi esset de indicationibus ineunda disputatio; quod alienum esset a præsenti instituto. a quo labore eo libentius supersedeo, quòd licet non parua inter has definitiones sit diuersitas, ad eundem tamen finem tendunt. Indicatio profectò cognitio non est, sed in cognitionem, & inuentionem deducit. at hic author indicationem comprehensionem esse ait, Stoica fortasse licentia, quia & quod suggerit indicatio, & quod ex ea medicus percipit, sub indicatione complexus est. Sed maior diuersitas est in analogismo, quæ prætereunda non est. Hæc autem facile percipietur, si Galeni sententiam aperiemus. Hic itaque 1. Pręsag. com. 6. exponens exitialem faciem ab Hippocrate descriptam, ait, Si quæras, quę nam sit dispositio, quæ nasum acutum reddat, id ad Dogmaticos pertinere, & solo analogismo deprehendi; sed prius consideranda esse signa illa epilogismo, qui facilior est, cum ab ijs ducatur, quæ omnibus sunt concessa. Hæc in Com. sequenti reddit planiora; prius enim epilogismo colligit, faciem illam perniciosam esse, quia naturali sit dissimilis; at quę naturalibus valde dissimilia sunt, perniciosa sunt. Hic est epilogismus, idest ratio quædam communis ab omnibus concessa. quis enim neget, quæ naturalibus valde dissimilia sunt, perniciosa esse? Absoluto epilogismo, transit ad analogismum, indagans eorum signorum naturam, & causam, & ibi incipit. Considerabimus autem eorum vniuersam naturam &c. Sic in Com. 10. examinans signa ab oculis sumpta, statim epilogismo colligit, letalia esse, quia maxime sint naturalibus

turalibus contraria; & statim analogismo dispositiones, unde oriuntur » indagat ibi, Quare præstat affectiones ex quibus hæc eueniūt &c. Lib. » etiam 4. De Rat. Vict. 44. Non exhibenda esse pharmaca purgantia, quia » vrinæ non concoquantur, rationem esse ait epilogisticam potius, quàm » analogisticam; & Empiricis potius, quàm Dogmaticis conuenientem. Quod quomodo fit, declarat. deinde causam etiam analogisticam producit. Ex his patet, analogismum esse rationem à causis, & natura rerum progredientem, atque a Dogmaticis vsurpatum; epilogismum esse rationem sumptam à concessis, & ideo Empiricis conuenientem. Id confirmat Lib. De Sec. ca. 5. & De Infor. Emp. cap. 7. ac alibi passim. His constitutis, unicuique patere puto, quanta sit inter hos authores discrepantia. Galenus analogismnm Dogmaticorum propriū esse vult; hic communem Sectis omnibus facit. Galenus epilogismum Empiricis attribuit. hic nullam epilogismi mentionem facit. Hic statuit analogismum esse discursum quendam a similibus ad similia, atque in ijs, in quibus causa latet; ille rationem esse affirmat à causis, rerumque natura deductam. Dices, Galenus in alio significatu vsurpauit analogismum in alijs libris suis, hic uerò in alio. Respondeo, hanc etiam maximam esse diuersitatem, quòd nusquam alibi usurpauerit analogismum, ut hic usurpatur. At diuersitas hæc tolerari posset sed quæ in decretis est, tolerari non potest, nam hæc analogismi introductio prorsus Galeni decretis cōtraria est. Statuit hic, analogismum esse tertiam quandam viam conferētis inueniendi, qua tunc utimnr, cum causa ignoratur, a qua oriatur indicatio, & quando nulla occurrit obseruatio; quod Galeno ualde repugnat, qui cum sæpe admoneat, ad inueniendas, & diiudicādas artes duo esse instrumenta tantum, rationem, & experientiam, id præsertim de arte curandi admonet. Vnde 4. Meth. cap. 4. Nam siue, inquit, experientia » iudicare quis uelit, siue etiam ratione, tertium enim quo iudicet, neque » in alia quapiam arte, neque in ulla vitæ parte quisquam habet &c. & lib. » 5. cap. 10. contra Methodicos sic scribit. Empiricus quidem omnia, quæ » nos per indicationem inueniri ostendimus, ea dicit per experientiam si- » bi cognita: cum verò præter indicationem, & experientiam nullum inuē- » tionis organum tertium præterea sit, isti neutro vtentes, tamen appellan- » dos se Methodicos censent. Hinc patet analogismum hunc esse superuacaneum: & Galeni repugnare decretis. Atque hoc mihi satis esset ad probandum, quod mihi præcipue propositum est, librum hunc Galeni non esse. Sed id addo amplius, analogismum hunc non Galeno tantum, sed veritati etiam ipsimet repugnare: ac rationes, quibus author hic vtitur, uanas esse. Nam si quis demorsus ab Hæmorrho incidat in profu-

ſionem ſanguinis; quod euenire tradunt etiam Dioſcorides, Galenus, & Aetius, & medicus neſciat, ægrum ab eo ſerpente fuiſſe ictum, & occurrat profuſioni ſanguinis remedijs, quibus vti ſolitus eſt in profuſione ſanguinis à vulneribus proueniente; aut conſiderabit remediorum facultatem, & ſic indicatione curabit; aut ea adhibebit, quæ alias eſt expertus ſanguinis profluuium curare; & ſic vtetur obſeruatione. Sumet uero indicationem a ſymptomate eo modo, quo ſcribitur à Galeno 12. Meth. cap.1. Indicationem ſumi a ſymptomatis. Quòd ſi author hic ſuis decretis inſiſtens, obijciat. Indicatio curandi ſumitur a cauſis; at hic cauſa ignota eſt, ergo indicatio locum non habet, Reſpõdeo, ſymptoma illud cum ualde vrgeat propter virium lapſum, ſubire locum cauſæ, & ideo indicare ſui remotionem; ſicut facit etiam, quando cauſa nota eſt. Quod vero affert de medicis Gnidijs, non ſatis percipio, quomodo analogiſmo pus e pulmonibus educerent; quæ cauſa tunc eſſet ignota; & inter quæ ſymptomata ſimilitudo oriretur; id ſcio authorem hunc delectari plurimum obſcuritate, & apparentia auerſari. Argenterius lib.2. De Off. Med. ca. 2. ad imitationem huius authoris, quem Galenum eſſe credidit, introduxit & ipſe hunc analogiſmum ſic ſcribens. Verum in lib. De Opt. Sect. vbi diligentius, quàm alibi vſquam de indicationibus tractat, non omnia per indicationem, ſed quædam per obſeruationem, alia uero per analogiſmum inueniri docet. & ca. vltimo eius libri exemplum analogiſmi affert hunc in modum. Sic profecto quum hac noſtra ætate graſſari cœpiſſet morbus Gallicus, cuius naturam, & vim ob rei nouitatem ignorabamus, nec propria præſidia adhuc comperta eſſent, tutiſſimum duximus, ea experiri, quæ morbis ex humorum corruptione obortis, quibus hic ſimillimus eſſet, prodeſſe antea nouimus. quod genus auxilii non alia ratione, quàm ex ſimilitudine aliorum affectuum, ſine analogiſmo inuenimus. In his Argenterius ſpecimen iudicij ſui affert; cum aſſerat, hunc eſſe Galenum, & in hoc lib. diligentius de indicationibus, quàm vſquam alibi tractaſſe, & vera dogmata Galeni repudiet, Galeno aduerſantia exoſculet. Ac ſane quatenus pertinet ad remedia, quibus ab initio medici ſunt uſi pro morbi Gallici curatione, cenſendum eſt, ea temere, & inutiliter, nec indicatione, nec obſeruatione, nec analogiſmo, ſi datur analogiſmus, fuiſſe inuẽta, nec ad artem pertinuiſſe. Declarat id Galenus in lib. De Sec. c. 2. loquens de tranſitu ad ſimilia Empiricorum. Totus hic tranſitus, inquit, viam ad inuentionem commonſtrat, non tamen eſt adhuc ante experimentum inuentio, ſed cum id, quod ſperabatur, in experimentum eſt perductum, tum id fide dignum eſt, ab ipſa nimirum experiẽtia comprobatum. Certum igitur eſt, duas eſſe uias tantum inueniendorum conferentium,

ferentium,rationem uidelicet, & experientiam. Dices, ſi conceditur Empiricis tranſitus ad ſimilia, qui analogiſmus eſt, cur non concedatur & Rationalibus? Reſpõdeo.Tranſitum ad ſimilia eſſe partem quandam experientiæ,quæ conſtat potiſſimum hiſtoria, obſeruatione, & tranſitu ad ſimilia.quare ſi eo vtatur Dogmaticus, vtetur tãquam Empiricus, & vtetur tanquam parte quadam experientiæ. Dicat aliquis, Galenum in lib.De Infor.Emp.c.2.admittit tranſitum ad ſimile rationalem; at hic eſt analogiſmus. Reſpondeo,Galenum eum admittere,& alibi etiam,ſed audi eius verba.Inter rationalem,empiricumque tranſitum hoc intereſt, „ quòd ille ab indicantis rei natura perſpicuus redditur; hic ſenſui manifeſta conſectatur. „ Vide aperte in hoc tranſitu curationem iniri per indicationem. „

Ex 12. & 13. Cap.

MOdus ſcribendi durus, & inconcinnus huius authoris fuit in cauſa, cur principium huius capitis interpretes nõ intellexerint; & ideo perperam Latinum fecerint, & verbum ἀποκτᾶσθαι in contrarium ſenſum acceperint quàm ab ipſo accipiatur. ex qua mala conuerſione id conſequitur, vt quid uelit, diuinare non poſſis; quod ex recta conuerſione facile deprehendetur,quam in ſtudioſorum & Eraſti gratiam apponam. ſic itaque conuertendum. Confutaturum autẽ „ Empiricos duobus modis obſeruationem in concurſibus euertere oportet (nam obſeruatio facultatum communis; obſeruatio autem ſymptomatum illis propria) cætera rectè ſe habent. „ „ „ Duabus de cauſis locus hic obſcurus eſt;altera,quia rationem habuit ſuorum temporum tãtummodo, quibus quæ ſcribebat notiſsima erant, ut antea quoque obſeruauimus;altera proprio authoris vitio,non recte quæ ſcribit proponentis, & diſtribuentis.Nam cum ſibi propoſuerit tria Empiricorum inſtrũa refellere, obſeruationẽ,hiſtoriã, & trãſitum ad ſimilia, & hoc in capite incipiat a refutatione obſeruationis,debebat prius explicare,quotuplex ſit obſeruatio; deinde eam apponere,quam confutat,in hunc ferè modum.Cum duplex ſit obſeruatio,altera facultatum,quæ communis eſt Empiricis,& Dogmaticis; altera in ſymptomatum ſyndrome,quæ Empiricorum propria eſt,eam nunc confutamus.Confutat igitur obſeruationem Empiricorum in ſyndrome ſymptomatum duobus modis, vel quod nullo modo fieri poſſit,vel ſi fieri concedatur,quòd non ſine rationis adminiculo

fieri posſit.hunc ſecundum modum tractat in hoc capite; priorem in capite ſubſequente. Hæc annotare voluimus, vt lucem afferremus huic loco à nemine intellecto,& oſtenderemus, quãtum hic author in modo ſcribendi à Galeno diſtet. Quòd ſi quis deſideret,quæ in hoc cap.deinceps, & in ſequenti traduntur, intelligere; diſcat, quæ nam ſit ſyndrome ſymptomatum à Galeno in lib.De Plen. & præſertim cap.9.

Ex Cap. 14.

SI quis mediocriter eruditus conferat caput hoc 14.cum cap.10.Galeni De Infor.Empir.plane perſpiciet,apertiſſima inter hos duos authores diſſidia. Videtur enim Galenus ex eo loco legiſſe quæ hic ſcripta ſunt, & refutaſſe. & quanquam alienum ſit a meo propoſito, cum ad exitum properem;diſcutiam tamẽ argumenta, quæ hic afferuntur contra Empiricorum hiſtoriam, eorumque uanitatem ex Galeno demonſtrabo. Et quoniam (vt dixi) author hic rationem habet tantummodo ſuorum temporum,quo fit, vt obſcurus ſit, explicabo prius ex Galeno,quæ nam fuerit hiſtoria Empirica;deinde quomodo eã reiiciat; poſtremo quomodo defendenda ſit. Quid ſit hiſtoria,ex Ga-
,, leno facile percipitur,qui in lib.De Sec.c.2.ſcribit, Empiricos cum in a-
,, liquo affectu aliquid adhibuerint,quod contulerit,atque id bis,ter,& ſæ
,, pius experti ſint contuliſſe, inde theorema conficiunt, quod artis partẽ
,, exiſtimant; ac cum multa huiuſmodi theoremata coaceruarint, ex illis
,, ars conſtituitur. hæc coaceruatio αὐτοψία vocatur; quæ nihil aliud
,, eſt,quàm memoria eorum,quæ ipſi ſæpe conſpexerint; eam etiam expe-
,, rientiam vocant.Quòd ſi totam hanc obſeruationem enarrent ita,vt alij
,, etiam inde diſcãt,hæc eſt hiſtoria.Hinc in lib.De Infor.Emp. loco ante
,, citato varias de hiſtoria recẽſens opiniones,alios ſtatuiſſe ait; hiſtoriam
,, eſſe eorum,quæ viſa ſunt,narrationem;alios eorum,quæ euidenter appa
,, rent; alios proprij obtutus. Has tamen opiniones re eaſdem eſſe cenſet,
,, licet verbis variæ videantur. Et paulo poſt petit,vt ſibi concedatur, quid
,, quid ſcriptum eſt,hiſtoriam appellari. His poſitis,veniamus ad autho-
,, rem hũc,qui antequam hiſtoriam reijciat,ait, duas ob cauſas Empiricos
,, hiſtoria vti,altera propter morbos,quorum nullum remedium fuerit ob
,, ſeruatum;altera expoſita etiam a Galeno lib.De Infor.Emp.ca.9.his ver
,, bis. hiſtoria propter artis magnitudinem neceſſaria nobis eſt. cum enim

vnus

vnus in vita reperire cuncta non possit, efficitur, vt quæ ab vno non valemus, ea ab omnibus, qui ante nos fuerunt, scriptis eorum euoluendis per discamus. Atque hæc ferè communis omnium, qui artes conscribunt, ratio; vt idem annotauit in cōmento primi Aph. Quærit deinde, nūquid historia sit præteritorum, an præsentium, an futurorum; atque vt plurimum præteritorum esse affirmat; vnde & eam Empiricos ita definire ait, quōd sit eorum, quæ sæpe in eisdem sint experti, narratio. His cōstitutis, arguit contra historiam, & nititur demonstrare, eam inutilem, & superuacaneam esse. Quærit enim ab Empiricis, quomodo vera esse cognoscant, quæ tradita sunt in eorum historijs, cum iudex nullus fuerit constitutus, qui ita esse iudicauerit? & ad hæc, tanta sit in scriptoribus diuersitas, vt de vna atque eadem re sæpe contraria scribant? Cū itaque nullus sit constitutus iudex, comparandum est instrumentum aliquod, quo id iudiciū fiat. erit autem aut ratio, aut experientia. ratio non; quia eam repudiant; præterea; quo vnumquodque comprehenditur, eodem & iudicatur; ea autem experientia comprehensa esse affirmant; experientiæ ergo iudicium committendum. At nonne inutilis, & superuacanea est historia, si iterum ad experientiam reuocanda est? & quoniam historiæ veritatem dijudicādam esse Empirici statuebant a scriptoris authoritate, si nō propter ambitionem, nō propter nimium dogmatum amorem, nec propter contentionem scripserit; si probum, & sapientem fuisse constiterit, hunc etiam modum multifariam vexat. Nam primum quis iudicabit, eum sine ambitione, sine dogmatum amore, ac sine cōtentione scripsisse? Sed fac, talem fuisse; vetant ne hæc, quin potuerit decipi? præterea faciunt Empirici contra sua instituta; quia causam reddunt, cur historia vera sit; quare Dogmaticos imitātur: quod etiam sanè perperam faciunt, quia Dogmatici rerum causas quærunt; Empirici authoris ipsius. Præterea cum a sapientia, & moribus iudicium sumunt, id etiam faciunt non recte. nam cū quæratur iudicium historię, ipsi authoris iudicium afferunt; in quo id etiam peccant, quòd fines suos transgrediūtur. nam iudicare de moribus ad philosophos pertinet, non ad medicos. His friuolis, & inanibus argutiolis Empiricorum historiam repudiat, quæ facile disijciuntur. Historia autem uera esse facile dijudicatur. Ac primum eius comprobandę iudicium ait Galenus esse scriptorum consensum, & concordiam. Vnde cum macerem, gratia exempli, omnes, qui de eo scripsere, vno ore asserant, ventrem astringere, fides illis adhibenda est, cum de re apparente sermo sit. At hanc rationem iudicādi historiam damnat hic author; cum hæc inter scriptores concordia nulla sit. tantum enim abest, inquit, ut de una eademque re medici idem sentiant, ut contraria etiam opinentur.

Quod

Quod probat ex dissidio inter medicos descripto ab Hippocrate de Rat. Vic. Incipit autem contex. 13. additque dissidia, quæ erant inter Hippocratem, Apollonium, & Dexippum eius auditores, Petronã, & Erasistratum, inepte, vt mihi quidẽ videtur. Obijcit enim Empiricis, quod Empirici obijcere solẽt Dogmaticis; vt patet ex Celsi proœmio sic scribentis.
" Contra hi, qui se Empiricos ab experiẽtia nominant, euidentes quidem
" causas, vt necessarias amplectuntur, obscurarum verò causarum, & natu-
" ralium actionum quæstionem ideo superuacaneam esse cõtendunt, quo
" niam incomprehensibilis natura sit. Non posse verò comprehendi, pate-
" re ex eorum, qui de his disputarunt, discordia; cum de ista re neque inter
" sapientiæ professores, neque inter ipsos medicos conueniat. Cur enim
" potius aliquis Hippocrati credat, quàm Herophilo? Cur huic potius,
" quàm Asclepiadi? Nec solum in hoc inepte fecit, sed in eo etiã, quia non
" attulit discordiam inter Empiricos, quorum tũc magnus erat numerus: sed inter Dogmaticos; quod indicat, Empiricorum illorum veterum historias concordes & consentientes fuisse, & facilius oriri potuit hæc concordia in historijs Empiricorum, quàm in constitutionibus Dogmaticorum; cum eæ sint de rebus apparentibus, vt ait Galenus eo in loco; illæ ve
" ro de occultis. Alterum est, inquit Galenus, dignoscendæ historiæ ge-
" nus, sumptum ex moribus scriptoris, & scientia, quam suis in scriptis præ
" sefert; quod tu ex multis eius libris intelliges, vt si Hippocratem, An-
" dreamque compares, Hippocratem eruditissimum, veritatisque studio-
" sissimum: Andream imperitissimum, temerarium, & ab Hippocratis pru-
" dentia valde remotum comperies. Sed contra hoc iudicandi genus tẽdunt authoris huius sophismata; quæ facile reijciuntur. Vnde cum quærit, an probitas, sapientia, & eruditio prohibeant, quin potuerit decipi? Respondeo, prohibere quidem in rebus apparentibus; sed cum affuerit consensus etiam aliorum scriptorum eisdem dotibus præditorum, aut nullos, aut paucos errores in huiusmodi historijs euenire posse, credendum est. Cum verò eos taxat, quòd contra leges suas causas reddant, quòd historia vera sit, cum ad Dogmaticos tãtum pertineat causas quærere, Respõdeo, hoc nihil audiri posse inscitius, & imperitius. Quis enim vnquam negauit, Empiricos uti rationibus ductis ab apparentibus, & euidentibus? Vidimus antea ex Galeno eos uti epilogismo; Rationales verò analogismo. Rationes verò has epilogisticas esse certum est; ductę enim sunt a communiter concessis. Sed quæ sequuntur, apertè declarant, eos, qui putant, hũc authorem Galenum esse, alienos esse ab omni disciplina. Cum enim Empirici producunt scriptoris probitatem, & eruditionem; obijcit, id non pertinere ad historię iudicium, sed scripto-

ris,

ris; quod si non perspicit mores optimos, & doctrinam exactam scripto ris valere ad authoritatem eius scriptis comparandam, nescio quid perspicere possit. Tandem cum obijcit eos fines transilire, cum de scriptorum moribus loquuntur, quis risum teneat? ac si vnusquisque ex fece vulgi non cognoscat bonos, & malos, iustos, & iniustos, auaros, & prodigos; atque alias huiusmodi virtutes vitiaque. Exacta quidem tractatio de moribus spectat ad philosophos, sed de probitate, & improbitate huius, vel illius, vnusquisque potest, nedum medicus iudicium ferre. At nimis hic superstitiosus fuit; noluit enim quæ ad artes pertinent, ab alijs, quàm a proprijs artificibus percipi. Sed fatuitatem aliam præterire non possum. Ad confirmandum, quòd concordiæ scriptorum historiæ standum sit, cum de rebus apparentibus scribant; afferunt Empirici contra Dogmaticos illud argumentum; quemadmodum vos Dogmatici creditis, esse insulam Cretam, etiamsi nunquam eam videritis, quia ita scriptum inuenitis apud historicos idem concorditer scribentes; cur non credamus & nos historicis nostris in vnum conspirantibus? Ipse ita respondet, vt videatur abrogare historicis fidem. nam credimus, inquit, Cretā esse, quia Cretenses ad nos nauigant, & nostri Cretam; quia amicos habemus, qui inde ad nos scribunt, & nos hinc ad illos; præterea inter omnes conuenit Cretam esse. Hęc responsio innuit, si hæc non adsint, quib. certo sciamus, eam insulam esse, fidem non esse habendam Straboni, Dionysio, Plinio, Melæ, & reliquis scriptoribus; quo quid absurdius excogitari potest? sanè si hæc valeāt, destruetur rerum omnium Geographicarum cognitio. Quis nostrum Moluchas nauigauit, aut hospitio suo Moluchensem aliquem excepit? Quis illuc literas misit, aut inde accepit? Vbi est communis consensus, Moluchas extare, cum ex centum millibus vnus vix fortasse earum nomen audiuerit? Quod si quis est consensus, ortus est a consensu historiagraphorum Vicentinorum nostrorum, Hispanorum, & Lusitanorum; illis igitur credendum est. At nonne illud etiam ridiculum sophisma est. Empirici afferunt, quæ comprehenduntur, aut sensu, aut signis comprehendi; at nec sensu, nec signis comprehēdunt Cretam; ergo Cretam esse nesciunt. Sed respōdetur, Empiricos vti epilogismo, vt ante ostendimus ex Galeno; epilogismus autem est ratio sumpta a communiter concessis. Hæc vero sunt non apparentia tantum, sed etiam euidētia. Quare dicendum est, eos comprehendere Cretam ex communiter concessis; sed ex historia potissimum id norunt. Aduertendum est iterum, authorem hunc in hoc cap. dicere, nos Dogmatici; quibus verbis, duo declarat, & eum fuisse Dogmaticum, & Galenum non fuisse; quia Galenus sectas omnes percepit, & ex omnibus collegit, quæ scripsit, sed nulli se ad

N dixit,

dixit,ut testatur ipsemet. 3. De Loc. Aff.cap.2. Quod si nunquam passus est,se nomine sectæ alicuius vocari,vt testat lib. de Cog. & Cur.an.mor. cap.8. quis credat,illum se ipsum vocasse Dogmaticum?

Ex Cap. 17.

MAgna in prima parte huius capitis est confusio, atque inconcinnitas ab ignoratione distinguendi, & distribuendi proueniens. Quærit ab Empiricis in transitu a remedio ad remedium, vtram similitudinem intelligant,facultatum,an symptomatum, per facultatem capiens vim illam,qua remedia agunt, veluti astrictionē in mespilo, & cydonio; per symptomata qualitates reliquas mespili, & cydonij,veluti odorem,colorem,mollitiem,scabritiem, figuram, & reliquas consimiles.Si similitudinem in facultatibus respondeant, veluti in astrictione,fatebuntur,se causas astrictionis quærere;per quas conferentia conferunt; at vna cum facultate conferentium comprehenditur etiā lædētium facultas,cum hic persistere in exemplo mespili & cydonij deberet,exemplum piperis apposuit.nam si comprehensum sit piper calefaciendo prodesse,comprehensum etiam erit lædens in præsentia refrigerando lædere. Ex his inferre voluit (vt puto) Sphinx nostra. Ergo hic curandi modus erit per indicationem,cum dictum sit cap. ij. indicationem esse comprehensionem iuuantis simul cum comprehensione nocentis incidentem.Sed in medio huius sententiæ,& piperis exemplum hæc interijcit.Imo verò longius inquirendo progrediātur,necesse est; nec solum indagent,vtrum astringat,si quidem multa sunt, in quibus eadem astringendi uis inest,nec tamē idem efficiunt,vt squamma æris astringit,& particulas etiam repurgat. Si quis non admodum etiam attente hęc consideret,animaduertet,quę sequuntur,nullam habere cum his consecutionem; sed esse superiorum conclusionem,& comprobationem;quod magnam parit confusionem,obscuritatem,& incōcinnitatem, quibus vitijs hunc authorem scatere deprehendet qui paulo attētius eum leget. Si quis Galenum legat in lib.de Infor.Emp.ca.ij. inueniet quomodo huius authoris argumenta aduersus transitum Empiricum confutari possint. Sequitur ca. 18.de quo nihil dicam,cum inferius de eo sit differendum.

Ex Cap. 19.

EST in hoc cap. ſententia, quę omnibus prima facie præclariſſima videri poteſt. Cauſam morbi remedij genus indicare, locum læſum, vtendi remedijs modum pręſcribere, facultatem remediorum mẽſuram inſinuare; veluti ſi multitudo ſit cauſa, euacuationem indicat; quę ſi in ventriculo ſit, vomitu euacuanda eſt; ſi in inteſtinis inferioribus, per clyſteria; ſi in ſuperioribus, pharmaco leniente per os ingeſto. Si verò facultas valida ſit, multum euacuandum, ſi imbecilla, parum, aut nihil. Cauſa igitur genus pręſidij; locus vtendi modum; facultas menſuram indicat. At hic multa ſunt Galeni decretis aduerſa. Primum enim non cauſa tantum, ſed morbus etiam, imo verò primo, & pręcipue genus pręſidij indicat; vnde intemperies calida refrigerandum eſſe indicat; frigida calefaciendum. deinde menſura remedij non indicatur a facultate, ſed a cauſa, & a morbo. Si enim magna eſt plenitudo, multum eſt euacuandum, ſi ingens caliditas, multum refrigerandum. nã quantum ęger receſsit a temperie ad calorem, tantundem eſt refrigerandus; vt docet verus Galenus in Ar. Med. cap. 86. & 9. Meth. cap. 14. vt ad temperiem ſuam redeat. Affectus itaque ipſe & remedium, & remedij menſuram indicat, non facultas. hæc enim ſui cuſtodiam tãtum indicat. Quia verò remedia interdum huic cuſtodię aduerſantur, uel nimium euacuando, vel nimium alterando, hinc fit, vt interdum ob facultates languidas remedia admouere non poſſimus, aut parcius admouere cogamur, quàm affectus præter naturam exigat. Quare ſi facultas menſuram indicat, per accidens indicat. ipſe etiam author cap. 22. aſſerit uires potius cõtra indicare, quàm indicare.

Ex Cap. 20.

AFfert hic ſummatim, quę ſuperius latè diſſeruit, ad explodendam obſeruationem, hiſtoriam, & tranſitum ad ſimile; quæ erant tria Empiricorum inſtrumenta. vnde in principio capitis ſequentis concludit, ſe Empiricorum decreta ſuſtuliſſe. Atque hinc colligitur pręcipuũ eius ſcopum eſſe, demonſtrare Sectam Dogmaticam

esse optimam, cum hactenus Empiricam euerterit, & statim aggrediatur Methodicæ euersionem. Hinc etiam patet, cum funditus artē Empiricam destruere, quòd tamen Galenus nō fecit, sed cum in lib. De Sec. attulisset altercationes tantummodo inter Empiricos. & Dogmaticos, in
,, fine cap. 5. sic perorauit. Talia sunt, aliaque sexcenta, de quibus Empirici
,, Dogmaticique inter se altercantur, cùm tamen ij, qui uere, & recte in sua
,, secta se exercuerunt, eandem ijsdem affectibus curationem adhibeant.
Quanti faceret Galenus Empiricam disciplinam, patet ex eius lib. De Infor. Empir. & alijs multis locis. Quod si quis curiosus, & plus otij nactus, quàm ego sim, enitatur conuellere argumenta huius authoris contra obseruationem, & transitum ad similia, sicuti ego reieci argumenta eius aduersus historiam, id eum facile esse executurum, pro comperto habeo. Satis, superque me demonstrasse puto multis indiciorum generibus, hunc authorem Galenum non esse. Quare sequentem disceptationem contra Methodicos non attingam, in qua adhuc mihi maior indiciorum copia suppeteret, quàm hactenus factum sit. Verum quoniam opus in immensum cresceret, & tardius exequerer, quæ exorsus sum cōtra Erastum, vnde ansam illi darem mihi iterum obiiciendi pigritiam, & tarditatem in scribendo, disputationem illam omittam, cum præsertim quædam etiam ex illa parte examinaturus sim in Erasto refellendo, dum nititur librum hunc Galeno ascribere, ex qua examinatione reliquorum etiam iudicium ferri poterit. Quòd si quis plene cognoscere cupit, quantum in hac etiam parte author hic a Galeno sit alienus, adeat quæ ille in lib. De Sec. Ad Introd. cap. 6. & vltimo, & in primis libris Methodi scripsit ad refellendas Methodicorum communitates, aliaque eorum scita: magna enim discrimina inueniet, & Galenum paucis illis quidem argumentis, sed a natura rei, & ab artis principijs petitis rem totam euidentissime absoluere; hunc vero innumerabilibus argumentis dialecticis, & interdum sophisticis obscuris sane, & perplexis lectores distinere. Sed ne omnino intactam eam partem prætermittam, perpendam quædam ex cap. 28. quæ vti facilius percipiantur, sciendum est, eum cap. 26. duo sibi discutienda proponere; alterum nūquid communitates Methodicorum sint apparentes, an non; alterum, nunquid conferens indicet. Primum quatuor capitibus absoluit. Secundum cap. 30. aggreditur. Quantum ad primum, cap. 26. demonstrat in vniuersum, communitates illas non esse apparentes; particulatim vero cap. 27. Idem demonstrat de astrictione; 28. & 29. de fluxione, quàm cum alijs argumentis probasset, non esse apparentem, de quibus nihil agam, tandem confugit ad Dogmaticorum clarissimorum authoritatem. Qui non tantum non asserunt,

fluxionem apparentem eſſe, ſed cognitu difficillimam eſſe pronuntiant. Annotandum eſt autem hic eum colliquationem vſurpare pro quacunque morboſa, & inutili fluxione: excretionem verò pro ſalutari, & vtili fluxione. Non reprehendo abuſum hunc, ſiue licentiam fortaſſe Stoicam; ſed aſſero, vſum hunc alieniſſimum eſſe a Galeno, qui colliquationem σύντηξιν ab eo appellatam particularem quandam excretionem perniciosam eſſe aſſerit, non inutilium excrementorum, ſed pinguedinis, carnis, partium ſolidiorum, & viſcerum ipſorum, ut declarat 10. Meth. cap. vltimo, & 2. Præſag. Comen. 28. Excretio verò ἔκκρισις appellata tam de vtili, quàm de inutili ab eo ſumitur. Dices, authorem hunc ſequi antiquorum vſum. Reſpondeo, Hippocratem vnum omnium antiquiſſimum capere colliquationem in eo ſignificatu, quo eam Galenus capit, vt patet 3. Epid. Sec. 3. partic. 66, & 2. Præſag. 35. Dices eum ſequi Eraſiſtratum ſic ſcribentem. χαλεπὸν δὲ πάνυ ἐστὶ διακρίνειν ἔκκρισιν καὶ σύντηξιν. Quòd Eraſiſtratus ſumat ἔκκρισιν pro critica, & vtili euacuatione indicant eius verba recitata a Galeno lib. De Atra Bil. cap. 8. quibus aſſerit, mulierem quandam vrinam nigram excreuiſſe vtiliter. Cum vero excretioni contraponat colliquationem, colliquationem pro quacunque noxia euacuatione capiat, neceſſe eſt. Reſpondeo, Galenum nunquam id facturum fuiſſe; ſi uerò feciſſet, lectorem huius abuſus admonuiſſet. Hinc patet, quanta in ueneratione habeat hic author Eraſiſtratum, cum ab vſu communi recedens eum ſequatur; quod adhuc planius indicat, cum aſſerit, Eraſiſtratum, & Hippocratem de principatu contendere. Quod Galenus nunquam dixiſſet, cum Hippocratem paſſim non medicis tantum; ſed philoſophis omnibus anteponat: Eraſiſtratum frequentius, quàm aliquem alium ex veteribus medicis, reprehendat, quòd indicant libri De Facul. natural. & De Decr. Hippocr. & Plat. potiſſimum, vt omittam quos nominatim aduerſus eum conſcripſit. Teſtatur Galenus 8. De Decret. cap. 5. Eraſiſtratum contentionem contra Hippocratem exercuiſſe, atque ob eam cauſam a veritate receſſiſſe. Et hanc eandem contentionem eum ad ſibi pugnantia ſcribenda compuliſſe in lib. De Atr. Bil. cap. 7. Teſtatur etiam in lib. De Sec. Ven. Aduerſus Eraſiſtratum cap. 4. Eraſiſtratum, quibuſdam videri Hippocrati parem, de quorum numero eſt hic author. Sed hoc ab omnibus eius ſenſibus ſemper fuit alienum, niſi dicas, verba illa Galeni ſtatim ſequentia id indicare, ait enim; At Hippocrates ille Medicus te ô Eraſiſtrate nulla ex parte inferior.

At si aduertes, ea uerba pronũtiari maxima cum ironia, irrideri potius, quàm extolli Erasistratũ intelliges. Nam si passim Erasistratũ explodit, Hippocratem semper imitatur, interpretatur, ad cœlum euehit, omniũque bonorum suorum authorem agnoscit, quis credat, eum Hippocrati parem facere Erasistratum? Neque hæc solum a Galeno sunt aliena, sed illud etiam, Hippocratem, & Erasistratum in hac difficultate esse concordes. nam quæ concordia esse potest, si Erasistratus magnam in ea quæstione difficultatem proponit, Hippocrates nullam? Nec minus alienum esset a Galeno, asserere, regulam Hippocratis dignoscendarum vtilium euacuationum à noxijs, traditam Aph. 2. nõ posse comprehendi, cum facillima, & euidentissima sit, & ab eo semper collaudata, & vsurpata; vnde per eam crises etiam dijudicat. nam 3. De Cris. cap. 30. sic scribit. „ Si dum ægrotans iudicatur, febris soluatur, atque alijs accidentibus liberetur, & „ melius fuerit coloratus, pro ratione euacuationis, cum melioribus pulsibus, & ad surgendum robustior, hæc optima crisis est. Si uerò ex his aliquid desit, tantum ab optima deficit, quanta est eius, quod deficit vis.

Et quoniam author hic uocibus abstrusis delectatur, in eodem capite vtitur uoce διόγκωσις, cuius contraria est σύμπτωσις, significat autem σύμπτωσις collapsum, & extenuationem corporis; διόγκωσις verò crassitudinem, & elationem; quoniam in illa partes corporis uidentur concidere; in hac extolli, & efferri. σύμπτωσις Galeno familiarissima est, διόγκωσις nequaquã; & pro ea usurpare solet ἐπίδοσις εἰς ὄγκον, ut patet 6. Epidim. Sec. 3. Com. 29. Erat hęc vox in vsu Pneumaticis. vnde pulsus diastolem διογκοῦν vocauit Magnus Pneumaticus, ut legitur apud Galenum 4. De Diff. Puls. c. 13. Lienis etiam incrementum in quartanis sic appellauit Pneumaticus Archigenes in lib. De Typis ca. 4. Archigenis enim puto eum librũ esse, qui sub Galeni nomine est editus; eodem enim cap. scribit, febrem semitertianam non esse perpetuo continuam, sed quandoque intermittentem. Quem errorem cum Archigeni ascribat, Galenus 2. De Diff. Febrium cap. 8. duo inde possumus colligere; alterum, librum eum De Typis non esse Galeni, quod etiam alij aduerterunt, alterum, esse Archigenis; quod facile possumus astruere, cum cõstet apud Galenum lib. 2. De Cris. ca. 8. Archigenem librum De Typis scripsisse. Quòd si cõstaret, eundem, librum aliquẽ De Optima Secta edidisse, asseuerare auderem, hunc eum esse. multa enim, quæ de Archigene scribit Galenus, in hoc authore esse cõperio. passim enim, sed præsertim 1. & 2. lib. De Loc. Aff. 3. & 4. De Diff. Pulsuum Archigenem obscurum, & perplexum esse ait, voces antiquas, & ab vsu communi alienas venari, quæstiones logicas, & superuacaneas excitare; quæ omnia in hoc authore visuntur. nec tempora repugnarent.

pugnarent. Cum enim coniecturæ quædam allatæ sint, eum esse Galeno antiquiorem; cumque cap. 26. Thessalum redarguat; colligi potest, eum inter Thessali, & Galeni tempora floruisse. Sed ne magis in me Erastum concitem; hæc aliis iudicanda relinquam; & ad ipsum Erastum reuertar.

DEFENSIONIS SECVNDAE Pars Sexta, in qua confutantur quæ attulit Erastus ad probandum, librum De Opt. Sec. Galeni esse.

Demonstraueram tribus argumētis, librum De Opt. Sec. ad Thrasyb. Galeni non esse; quibus respondes confuse (ut soles) perperam; & inscite. & quoniam in ea responsione ex lib. De Oculis, quem Galeni esse asserui, 74. C. indicas, parum mihi esse fidei tribuendum in libris discernendis; Respondeo te non solum mihi non adimere vim iudicandi, sed potius adiungere. Cum enim præcipua hæc iudicandi ratio sumatur a decretis & sententijs (vt asserit Galenus in 1. De Hum. Hippocr. com. 2.) & affirmes in sententijs similitudinem esse, nonne iudicium meum comprobas? Quid igitur prohibet, si recte censui, sententias authoris libri De Oculis esse Galeno consentaneas, quin etiam recte censuerim, sententias authoris libri. De Opt. Sec. eidem esse dissentaneas? At vrges, temeritatem iudicij mei manifestam esse, cum author ille citet Galenum, Paulum, & Oribasium. Dico id me etiam ancipitem reddidisse. Sed cum dogmata eius libri mihi viderentur ita esse Galeni, ut ab alio scribi non potuerint, putaui ei libro euenisse, quod multis ex illis spurijs euenit, & multis etiam Hippocratis nomine editis illam partem ex aliis authoribus fuisse additam. Cum negas stylum eius authoris, tractandi rationem, & methodum, vel leuiter Galeni venam, & ingenium repræsentare, nego hac de re certū iudicium posse afferri; cum verus eius authoris codex non extet. si legas traductionem antiquam librorum Galeni, negabis proculdubio, & eos phrasim, & ingenium Galeni repræsentare. At nonne Galeni methodo vtitur, progrediens ab vniuersalibus ad particularia, à prioribus ad ea, quæ deinceps consequuntur, adhibens semper opportunas, & pulcherrimas diuisiones, & distinctiones? Sed cum taxas repetitiones in hoc authore, declaras te omnium disciplinarum, & habituum peritiæ esse ignarissimum. Quid enim

fuisse scripta; nullum tamen ex reliquis inuenies adeo cæteris omnibus dissimilem, ut hic est. Non longe abieris, liber De Sect. ad introd. ex primis fuit, quos scripsit; non apparet tamen notatu digna dissimilitudo in oratione cum reliquis libris. Quid plura? ante suũ librum De Opt. Sec. scripserat Galenus luculenta illa commentaria De Demonstratione, & asseres, eum postea tam a se ipso dissimilem euasisse? Sed demus, hunc primum, & in adolescentia ab eo fuisse scriptum, sanè non appareret in eo ieiuna, & spinosa ariditas, sed potius copia quædam fœcunda, & luxurians, quæ fræno indigeret, ut in iuuenum optimi ingenii scriptis apparere solet. Nec minus uana est alia excusatio, coactum eum fuisse, uti forma dicendi, qua Empirici, & Methodici utebantur. Quis enim eum coegit, cum Dogmaticus esset, modo sectarum aliarum scribere, cum præsertim tota prima pars dogmatica sit? eodem tamen genere scribendi duro, inconcinno, perplexo, & obscuro ab initio ad finem usque utitur. Quod si in libro De Sec. ad Introd. & in Infor. Empir. se ipsum imitatus est Galenus, non Methodicos, non Empiricos, cur in eo libr. sententiam mutasset? Tertiam etiam excusationem, quòd materia, de qua tractauit, ornatum & copiam respuerit, friuolam esse declarat exemplum duorum librorum, nunc productorum, in quibus materia non fecit eum sibi dissimilem. Cum scribis, Galenum duobus in 74. A locis hunc librum pro suo enumerare; respondeo, hunc non esse eum librum, cuius mentionem ibi Galenus facit; imò uero ex locis illis certa sumi argumenta ad eum eliminandum, ut iam planè demonstrauimus; Ex qua nostra demonstratione etiam apparuit, quãtum decipiaris, cum audacter affirmas in hoc libro tractari, quæ narrat Galenus se in libro suo De Opt. Secta tractauisse, ne eadem inutiliter repetam. Tertium caput eius libri si diligentius legisses, a 75. B Galeno alienum esse deprehendisses, quod a me iam demonstratum est. In ratione sumpta a decretis cum Galeni decretum esse negauerim, Indicationem curandi sumi a causa morbi, non a morbo; & demonstrauerim, decretum illud non solum esse a Galeno alienissimum, sed etiam falsissimum; uariis, & repugnantibus modis autho- 75. B. rem eum defendis. Ac sane adeo es ei addictus, & consecratus, ut pro C. D. eius liberatione, te ipsum iugulandum præbeas, cum ex defensione huius authoris a te nunc allata, argumentum tuum corruat necessariò. Si recte memoria tenes, nitebaris demonstrare, excessus qualitatum non esse morbos, sed morborum causas, & inter cætera hoc attulisti argumentum. Galenum quoque ad Thrasyb. docere, non

O mor-

" morbos,sed causas indicare auxilia; calorem autem febrilem indica
" re auxilia; quo circa non morbum eum esse,sed morbi causam; ut argumentum hoc pacto construatur. Indicatio curādi sumitur a causa,non a morbo. A calore febrili sumitur curandi indicatio. Ergo calor febrilis est causa,non morbus. Si quis huic tuo argumento sic occurrat;Non a causa tantum,sed a morbo etiam sumitur indicatio curandi,inde sequetur, calorem febrilem tā morbum esse posse, quàm causam morbi; & ideo argumentum tuum nihil certi pro te concludet. Necesse igitur est, si argumentum uim aliquam habere debet ab authore illo, quòd senserit, indicationes curandi sumi a causa tantum, a morbo nequaquam; sic fert argumenti tui uis: sic
" uerba tua sonant; ais enim, Galenum quoque ad Thrasybulum do-
" cere non morbos,sed causas indicare auxilia. Idem confirmas paulo post uerbis his ante quoque a me citatis. Hoc modo omnis om-
" nino morbus haberet coniunctam causam, nec esset ullius morbi cu
" ratio aliud,quàm causæ deletio. Quòd si tunc,cum dubius adhuc, &
" anceps in illa esses positione,ita pronunciasti; quanto magis id nunc pronunciare debes,cum iam aperte a Galeno desciueris, & portenta illa tuearis? Sed uideamus hoc in loco ineptias tuas, qui aliquid te esse putas,& Galenum intelligere,cum tamen nihil sis, & teipsum non intelligas, nedum Galenum, aut alios. Cùm aduersus te, & authorem hunc protulissem tunc multos morbos causa carentes,qui aliter curari non possint, quàm sumpta a morbis ipsis indicatione, nec ullus tibi aditus ad tergiuersandum daretur, defendis nunc authorem ipsum,quòd non de omnibus morbis id pronunciauerit,sed de iis tantùm, qui causam habent; & non aduertis, hoc pacto destrui argumentum & positionem tuam. Vnde (ut uere dixi) teipsum iugulas, ut authorem illum liberes. Possem hic finem facere sed speculemur latius, & dearticulatius præclara tua dogmata. Excu-
76.A sans,aut defendens Galenum tuum,sic scribis. Loquitur de morbis
" illis solis, qui causas habent: non de factis: præcipue autem de il-
" lis, qui cum causis soluuntur, siue per causarum ablationem tollun-
" tur. Paulo ante dixeras eum tunc disputare contra Methodicos, qui a solis affectibus indicationes sumendas esse asseuerabant. Me deinde reprehendis uehementer, quòd ex illa tertia parte De Causa Cōt. a te non didicerim distinctiones illas, quas & hic proponis. Quæ hic sunt nugæ? quot somnia? quot ineptiæ? primum quomodo ego confugerem ad tuas distinctiones, quas argumentum illud tuum destruit? Nonne in calce tractatus illius pronuncias ea,quæ tunc asse-

ris,

ris,ea euertere,quæ ante aſſerueras? quid enim aliud ſignificas, cum ſic ſcribis? Sanè morborum partitio, quam attulimus, locum non „
habebit,cum tam exquiſitè rem diſcutimus,& ponderamus. Deinde „
ſi argumentum illud tuum a quocunque genere morborum ſummo uet curandi indicationem; & eam ſolis cauſis morborum concedit; quid mihi prodeſſent, aut quid tibi proſunt diſtinctiones illę tuæ? Nam ſi concedas,a morbis factis,uel cauſa carentibus, ſumi indicationem curandi,ueluti a calore febrili in hectica febre, calor ille febrilis erit morbus. Si morbus, nonne corruit dogma tuum,quo aſſeris,qualitates excedentes morbos non eſſe,ſed morbi cauſas?nonne & argumentum,cui dogma innititur,ipſum quoque corruet? conſtabit enim maiorem illam propoſitionem; Indicatio curandi ſumitur a cauſa,non a morbo,eſſe falſam;& iubes me attentum, & diligẽtem eſſe in tuis nugamentis,in quibus tu ipſe adeo es uecors, & negligens? Iubes me repugnantias tuas componere, & conciliare, quas tu ipſe magis & magis ſemper implicas,& inuoluis? Sed uideamus,quomodo nouam iſtam interpretationem defendas, Cum dixiſſes,ſententiam illam,quòd indicatio ſumatur a cauſis, nõ a morbis,locum habere in morbis,qui ſunt cum cauſa,& a cauſa pendent:
in quibus cauſa quidem præcipuè indicat: morbus uero nihil artifi- 76.A
cioſi indicat,nec curationem,ſed hoc ſolum quod omnis idiota no- „
uiſſe ſolet; & probandum tibi eſſet de huiuſmodi morbis eſſe intel- „
ligendum eum locum; id omnino prætermittis: atque id ſolum probas,quòd morbus ille a cauſa pendens nec curationem, nec aliquid artificioſum indicet in hunc modum; apparebit autem id eſſe uerũ, ſi conferantur,quæ ſcribunt author hic cap.24.& Galenus 3. Meth. 77.B
cap.1. Cum itaque cenſeas,agi in eo loco de morbis tantum,qui cũ „
cauſa ſunt,aio te longe alienum eſſe ab eius loci ſenſu, quem rectius „
in calce Tertiæ Ep.de Cauſ.Cõt. perceperas.Licet enim diſputet ibi aduerſus Methodicos, qui a ſolis affectibus indicationes curandi ſumendas eſſe ſtatuebant; cauſas uero ne conſiderabant quidem; ipſe tamen in uniuerſum pronunciat, & indicationes a cauſis ſumi aſſerit,a morbis negat,omnes morbos complectens. nam ſi eius ſententia fuiſſet, quòd a morbis etiam ſumatur indicatio, Methodicos refellere debebat,demonſtrans indicationes curandi ſumi non a morbis tantum, ſed etiam a cauſis. At cum aſſerat curationem a cauſis indicari,non a morbis; quis non uideat eum morbos omnes excludere? Id declarant etiam rationes eius: morbos enim indicare negat, quia eorum indicatio uulgo nota eſt: at ipſe paſsim, quæ uulgo

nota ſunt,ab arte ſemouet. unde cap.3. negat, Apparentia eſſe artis principia,quia uulgo nota ſint. Præterea cap.25. ait indicationes curandi ſumi ab efficientibus,non ab effectis: unde colligebat,a cauſis,non a morbis indicationes oriri. Præterea (ne confugias ad diſputationem contra Methodicos) cap.8. explicans propria ſua ut Dogmaticæ ſectæ dogmata, aſſerit Dogmaticos non ſumere indicationes ab apparentibus,ſed ab occultis,quæ cauſæ ſunt; quo ex loco excludit neceſſario non ſolum morbos a cauſa pendentes, ſed etiam factos, & cauſa carentes. Cum enim hi ut plurimum ſint apparentes,ex eius decretis indicare non poſſunt.quod ex cap.10.& 11.confirmatur;ubi aperte pronunciat, morbos,quorum cauſa ignota eſt,indicatione non curari, ſed analogiſmo; apertiſsime declarans a ſolis
76.A cauſis ſumi curandi indicationes. Vnicum affers locum ex cap. 32. in quo author ille aſſerit,morbos indicare utilia. Quare cum id negat,non negat de omnibus; etiamſi mirifica uſus ſis diligentia in hac parte,tua tamen illa diligentia, negligens, & uana dicenda eſt; cum author ibi uere de Methodicorum ſententia loquatur. Taxat igitur Methodicos,quòd aſſererent,indicationes ſumi ab affectibus, tá quam a communitatibus; unde ipſe inſtat, probatque, indicationes ſumi a cauſis,& a morbis particularibus, non tanquam communitatibus;& adiungit morbos cauſis, ut oſtendat, etiamſi indicationes a morbis ſumerentur, quòd non ſumerentur tanquam a communitatibus,ſed tanquam ad ſingulos pertinentibus; nec tunc erat ei propoſitum demonſtrare,a morbis non ſumi indicationes, cum ſæpe id antea demonſtraſſet,ſed a communitatibus;& ideo concedens Methodicis,quòd a morbis ſumatur indicatio,aſſerit tanquam a particularibus eam ſumi, non tanquam a communitatibus. Vnde etiam id de morbis ſub conditione pronunciat; quod interpretes non expreſſerunt,nec tu aduertiſti;nam ſi conſiderabis uerba Græca, ille locus
» ſic eſt conuertendus. Remedia autem tollunt præcipue cauſas ad
» ſingulos pertinentes,& morbos,ſi ita libet; ergo & cauſa,& morbus,
» ſi libet,non communitates,quia communitates ſint, utile indicant.
Quod non ex propria,ſed ex Methodicorum ſententia ſic ſcripſerit, patet,quia cap.38.cum mentionem faciat eorum iterum, quæ remedia poſtulant,ſolas cauſas commemorat,morbis omiſsis. Perpende hic,an rectius percipiam,quàm tu,dogmata tui familiariſsimi authoris,in quo omnia tua ſtudia collocaſti, licet eius uitia tantummodo imbiberis. Conſtat ex his, te multos iam annos, rectius hunc locum percepiſſe,quàm nunc, & ueram eſſe, & ad authoris illius mé

tem

tem tuam illam propoſitionem ex eius decretis ſumptam. Indicatio curandi ſumitur a cauſa, non a morbo. Quamuis autem omnia, quæ pertinent ad propoſitam difficultatem, ſint abſoluta, cum appareat iam, authorem hunc, cum negat a morbis utilia indicari, de omnibus morbis, nullo excepto, intelligere; conſideremus tamen duos locos, in quibus aſſeris, authorem hunc, & Galenum idem aſſerere, quomodo res ſe habeat, & an ſolitum iudicium tuum adhibueris. Quòd itaque Galenus 3. Meth. cap. 1. ſenſerit, indicationes a morbo 77. B ſumptas inutiles eſſe, & ad artificem non pertinere, quia uulgo notæ ſint, ut ſentit author tuus cap. illo 24. prorſus nego. atque hoc unum ex illis eſt, quæ me in mea confirmant ſententia, te multis quidem diſciplinis delibutum, nulla uero imbutum eſſe, & in artis noſtræ operibus aut non eſſe uerſatum; aut infeliciter uerſatum. Cum enim ſcribat Galenus 9. Meth. cap. 6. non licere ullius artis ſcientiam „ nanciſci, niſi & methodum quandam habueris per uniuerſalia uoca „ ta theoremata; & in particularibus te exemplis exercueris: patet te „ quaſdam quidem regulas uniuerſales tibi effinxiſſe, ſed eas nūquam in particularibus exercuiſſe, adeo ignarus es indicationum. Aſſero igitur (quidquid author De Opt. Sec. ſenſerit) Galenum ibi, & alibi paſſim aſſerere, indicationes curandi a morbis potiſſimum elici; at cum multæ aliæ post alias deinceps eliciantur, primas quidem nō multum in ſe artificii continere, cum uulgaribus omnibus, & ęgris etiam ipſis notæ ſint; non carere tamen eas artificio: nam licet artificem non conſtituant, cum tamen conſtituendi principium ſunt: nam ex primis indicationibus oriuntur ſecundæ; ex ſecundis tertiæ; & ex iis deinceps aliæ, donec ad eas deuentum ſit, quæ genera remediorum pręſcribunt, ſic ipſo Galeno ſtatuente 2. Methodi cap. 7. in „ hunc modum. Quiſquis condere medendi methodum ad unguem „ parat, huic a primis eſt indicationibus auſpicandum, atque hinc ad „ eas, quæ deinceps ſunt, tranſeundum, rurſusque ab his ad proximas, „ itaque pergenti non prius eſt deſiſtendum, quàm ipſius compos ſit fi- „ nis. Porrò finis propoſitæ nunc nobis tractationis eſt, inuenire cu- „ iuſque morbi remedia. Patet hinc duos iſtos authores plurimum eſſe diſcrepantes. Loquitur ille de indicationibus omnibus a morbo ſumptis: Galenus de primis tantum uerba facit: Ille indicationes huiuſmodi omnes ab arte ſummouet: Galenus primas ab arte non excludit, ſed artis initium tantum eſſe ſtatuit, cum reliquis ſeſe deinceps conſequentibus artem conſtituere. Miror autem, authorem illum & doctum, & acutum non aduertiſſe, ſolas primas indi

cationes

cationes uulgaribus notas esse; & parum in se continere artificii: cõsequentes uero artificiosas esse, & remedia utilia suggerere. Miror præterea, eum non animaduertisse, primas etiam indicationes a causis sumptas non statim indicare remedia; cum enim plenitudo indicet euacuandum esse, habetur ne ex hac prima indicatione, qđ euacuandum sit, quibus, quantum, & quomodo, nisi aliæ ex primis eliciantur indicationes? Cum uero statuit ab efficientibus non ab effectis utilia indicari; respondeo, morbos etiam esse efficientes; lædunt enim actiones; quare cum morbus sit efficiens, læsa actio effectum, a morbo, non a læsa actione, remedia indicantur: & hoc est potissimum, quod ab ęgris quæritur, ut actiones læsæ, deprauatæ, aut sublatæ restituantur. Sed ad rem redeundum & finiendum est, & concludendum te tua cum solita iactantia non solum monstra antiqua dissipasse, sed noua multa peperisse, ne dicam declarasse te dirũ monstrum esse, cum totam artem deuastes ad hominum salutem cõstitutam. Erat alius locus eius authoris ex cap. 18. a me notatus: in quo quatuor esse genera symptomatum scribit, causæ uidelicet, loci, uirium, & ægri. Qua in re a Galeno duobus modis discrepat; altero, quòd omittit morbi symptomata, quorum potissimum ratio habetur a Galeno; altero, quia introducit ægri symptomata, quorum nullam unquam Galenus fecit mentionem. Ad has obiectiones [illegible] more, qui pauca respicientes facile enunciant, sic confidenter, & au-
78.C D. dacissime respondes. Galenus ibi, & in toto eo libro nusquam, & nũquam scripsit, symptomata non prouenire primò a morbo, sed mor-
" bos uaria symptomata producere ait pro uarietate causarum, loco-
" rum affectorum, uirium, ægrorum. Hac de causa phlegmone rubet,
" oedema pallet, & cum in pleura est, respirandi affert difficultatem; in
" pede, non hanc, sed incessum lædit: eadem est reliquorum ratio.
" Hæc uerba nusquam, & multo minus in cap. 18. ille dixit. Cur igitur non te ipsum authorem fecisti huius inuenti præclarissimi? Sed his omissis, uideris sic crimen diluere. Omisit morbi symptomata, quia sub commemoratis comprehenduntur: nam morbi symptomata nihil aliud sunt, quam symptomata causarum, loci affecti, uirium, & ęgri; & propterea morbi symptomata tacuit. Hæc si uera sunt, sequetur morbum nullum ex se proprium symptoma habere: quòd quam sit falsum, perspicuum est. nam si hoc uerum esset, morbi causa carentes, & nullam certam partem corporis, sed uniuersum occupantes carerent symptomatibus, ueluti febres hecticæ, & reliquæ omnes intemperies immoderatæ tam simplices, quàm compositæ.

Prohibitam transpirationem symptoma esse statuit Galenus: non tamen causæ, non loci, non uirium symptoma eā esse dixeris, sed morbi ipsiusmet, hoc est cōstipationis, uel obstructionis. Si hæc sunt morbi symptomata primo, & per se, patet morbos sua habere symptomata distincta a symptomatibus causarum, locorum, uirium, & ægri; nō recte igitur sunt exclusa: aut si exclusa sunt, exclusa sunt tanquam inutilia. nam cap. 13. cum utilitatem symptomatum ex relatione ad scopos curandi circunscriberet, symptomata causarum sola, loci affecti, & uirium ad scopos referri asseruit, & consectarie hæc sola utilia esse. unde cap. 19. symptomata causarum genus remedii; loci affecti modum; uirium mensuram indicare asserebat; Exclusit igitur tanquā inutilia morbi symptomata, ueluti & ægri; quia non referuntur ad scopos: quod cum eius dogmatibus consentit. cum enim neget, a morbo indicationes curandi exoriri, non est mirum, si morborum symptomata iudicauit esse inutilia; & fortasse complexus est morbi symptomata sub ægri symptomatis. Cum igitur asseris symptomata morbi contineri in symptomatibus causarum, loci affecti, & uiriū, primo falsa pronuncias, ut demonstrauimus: deinde huic authori repugnas, quia hoc pacto symptomata morbi essent utilia, & a morbo sumerentur indicationes; quod ipse ubique negauit, ut antea demōstratum est. Potest quidem author hic excusari, quòd confundat causas cum morbis, cum & morbi ipsi læsarum actionum causæ sint; & annotauimus antea, cum urinæ suppressionem sumere pro affectu: lapidem, & phlegmonem pro causis: urinæ tamen suppressio est actio sublata: inflammatio, & lapis morbi. Hic etiam sanguinis reiectionem pro affectu, & morbo capit; fracturam uero, erosionem, & anastomosim uenę pro causis morbi, cū tamen reuera sanguinis reiectio symptoma sit: uenæ erosio, fractura, & anastomosis, morbi. Qua de causa apud hunc authorem nihil certi pronunciari potest, sed quomodocunque res se habeat, certum est, morbos symptomata habere sua propria, & peculiaria. Quare temere pronunciasti sub causarum, loci affecti, & uirium symptomatibus morborum symptomata contineri. Quòd si hunc authorem cum Galeno conuenire in decretis contendas, in uerbis certe, & docendi modo non conuenit. In eo cap. & sequenti uidetur etiam a Galeni decretis esse alienus, cum asserat, curandi indicationes sumi a symptomatis, & remedia symptomatis contraria esse debere, cum Galenus nullam a symptomatis sumat indicationem, nisi cum grauissima sunt, & uim causæ subeunt; ut declarauit 12. Meth. cap. 1. Dices loqui eum de Empiricorum sententia

tentia, qui nihil aliud esse morbum uolebant, quàm symptomatum syndromem. Respondeo licet aduersus Empiricos disputet in his locis, Dogmaticorum tamen sententias eum referre. Atque hæc quantum ad librum De Opt. Sec. pertinet, satis sunto; quem Galeni non esse ualidis rationibus comprobatum esse existimo. In hac secunda Defensione demonstrauimus, te non Medicinam tantum, sed omnes scientias, artes, & uirtutes corrupisse. Cum enim statuas, dispositiones, & habitus tam corporis, quàm animi causas esse quietis, & non motus, eos nihil agere, sed otiosos esse, necesse est. Demonstrauimus præterea corrupta esse omnia, quæ pertinent ad temperamẽtum, & frustra Galenum scripsisse libros De Temperamẽtis: signa tẽperamentorum in Art. Med. curationes intemperaturarum, uires medicamentorum tam simplicium, quàm compositorum a tẽperamentis emanantes. Demonstrauimus tandem te totam disciplinam morborum, causarum, & symptomatum contaminasse. nam per te morbi omnes causam habent continentem, cum tamen id alibi neges & tu: per te curandi indicationes sumuntur à causis, non à morbis: per te causæ primo actiones impediunt, non morbi: ut omittam alia innumerabilia, quæ occurrerunt nobis in hac secunda Defensione; & negabiste mõstra peperisse prodigiosiora, quàm Paracelso obiicias?

DEFENSIONIS TERTIAE PARS PRIMA,

in qua demonstratur, argumenta Erasti nihil noui addere Vegæ argumentis, quibus probat, morbos instrumentales à Galeno traditos non esse morbos, sed causas.

MAGNO, & longo cum apparatu uerborum, & distinctionum superuacuarum ad tertiam partem accusationum tuarum uenis; in qua statim irrides titulum
79 E præpositum capiti 28. libri 4. sic habentem. Erastum negare, morbos instrumentarios morbos esse,
» & qualitates: sic enim uellicas. Res mira, & accusatio prodigio-
» sa; quomodo enim morbos organicos morbos non esse dico. An
» morbum ego unquam morbum esse negaui? Licet titulum meum immutes; quomodocunque tamen iaceat, scito in eo magnum elucescere artificium; quod attente audi. Cum uiderem apud Galenum, & omnes bonos authores uitia conformationis, numeri, magnitudinis,

gnitudinis, situsque lædentia actiones citra omnem controuersiam morbos esse instrumentarios: eo titulo eorum fatuitatem significaui, qui id negant; nam perinde faciunt, ac si negarent, morbum esse morbum: hominem esse hominem. Sed mirum est, te paulo post in id incidere, quod in me irrides, cum ais. Nequaquam scripsisset, me "
argumento nullo comprobauisse causas organicorum morborum "
esse eorundem causas. Demonstrasti igitur causas organicorum morborum, esse causas morborum organicorum. Verum cum ego totam hanc disputationem aduersus Vegam conuerterem, te prætereito, hac ratione, quia nullum addas nouum argumentum, debebas statim proferre argumenta ex tuo illo tractatu De Caus. Continente, quæ nec apud Vegam, nec apud Argenterium legerentur. At cum proferre nullum posses, suppositis, & distinctionibus insulsissimis ex eo tractatu huc translatis, tempus frustra conteris; quas ego non attingam, cum potius decreta tua euertant, quam mea; cum enim asseras hic, morbos agere, & mouere, nonne repugnant hæc decretis tuis, qui morbos ex intemperie esse ais malam proportionem, quæ est inter qualitates? at illa non agit; imò uero negabas, qualitates ipsas morbos, & dispositiones esse, quia agunt; vidisti tu quidem hãc obiectionem: & iterum asseuerasti, dispositiones quidem non altera 80.C
re corpus, sed potius ei quietem afferre; per accidens uero mouere, quia qualitates mouent. Hęc mihi satis erant; sed audiamus quæ subiungis. Accidit ergo intemperiei hæc actio propter qualitates 80.D
primas, quarum ipsa est affectio quædam. Quocirca si proprie, exa- "
ctéque loquendum sit, dicere nos oportebit, non ipsos morbos, sed "
ea, quorum ratione in corpore insunt, ita ipsum fatigare, aut non fa- "
tigare. Quia autem uariant hac in parte habitus, sicut ista uariant, in "
quibus primis consistunt, ipsis habitibus attribuimus, cum negligen- "
tius loquimur, quæ uerius illis tribui debent, in quibus habitus illi primō insunt. Cum hic fatearis, habitus per accidens agere; qualitates autem uere agere: & improprie ac negligenter te esse locutũ, cum dixisti, habitus agere: nonne ultro confirmas argumentum illud meum? Qualitates primo & per se actiones impediunt; ergo mor bi sunt; cum morbus primo actiones impediat, ut hactenus tu quoque mordicus defendisti. Nunc itaque aut argumentum illud confirmare cogeris; aut negare morbum primo actiones impedire. Totam tamen præcedentem disputationem ad euertendum id argumentum insumpsisti. Comprobas tandem tuam illam distinctionem, morbos ex intemperie actiones lædere; organicos impedire ex Gale. 3. De

Sympt.Cau.cap.1.ubi intemperiem ait ipsam lædere facultatem: instrumentales autem morbos eam solummodo impedire. Quem locum tam recte, quàm alios intelligis; neque enim Galenus ait ibi intemperiem lædere facultatem : sed esse noxam in propria essentia facultatis : quod nihil est aliud, quàm esse facultatem ipsam læsam. Cum enim facultas concoquendi in uentriculo sit eius temperies: intemperies nihil est aliud, quàm noxa huius temperiei: noxa autem temperiei, & intemperies idem. Præterea Galenus eo in loco ait, morbos instrumentales impedire facultatem uentriculi, ne concoquat; aliud autem est impedire facultatem: aliud impedire actiones. Quare nihil facit ille locus ad demonstrandum, morbos ex intemperie lædere potius actiones, quàm impedire; instrumẽtales plerosque impedire solum, non item sic lædere; quod euidentius demonstrabo, cum respondebo ad ea, quæ obiicis capiti ultimo 4.libr. ubi eum locum enarrabo. Post multas nugas tandem me increpas, quòd argumentum tuum præterierim, quo probas morbos, quos
82.C Galenus instrumentales esse statuit, non esse morbos, sed morborum causas. Verùm si tu ipse affirmas argumentum illud tuum pertinere
83.A ad causam continentem, fateor non esse me adeo perspicacem, ut potuerim dispicere argumentum illud etiam ad rem nostram pertinere. Præterea si argumentum ibi allatum, & nunc repetitum id demonstrat, cur ipsum nunc immutas, & minorem propositionem ac commodas propositæ quæstioni? Illud addo amplius, nihil noui addi hoc argumento argumentis Vegæ. iure igitur a me prætermissum fuit. Sed ne te prorsus contemnere uideamur, proponamus longissimum hoc argumentum, aliorumque tuorum simillimum.
83.B Quicquid corpori, uel parti eius secundum naturam non adest, & „ cum ei accidit, morbum in parte, cui accidit, excitat; id non est mor„ bus, sed causa morbi. Magnitudo excedens, numerus incongruens „ & huius generis alia, quæ secundum naturam non debent adesse, „ nonnunquam accidunt corpori, morbumque suscitant: Talia igitur non sunt morbi, sed morborum causæ. Huic subdis nouum argumentum de forma, & figura: quod cum a me in lib. De Morbis sæpe fuerit confutatum, & tu ipse nunc eam confutationem laudes: nescio, cur apposueris; uideris tamen uelle nouum argumentum construere, sed maiorem tantùm affers propositionem hanc. Id quod „ sua præsentia figuram naturalem deprauat, cum pars corporis natu„ raliter affecti non sit, sed ei acciderit, non morbus, sed causa morbi „ erit. Minorem uero propositionem tibi retines: ac per me retineas, „

licet:

licet: non enim nunc Ariſtotelem expono, ſæpe magna cum grauitate alteram ex præmiſsis omittentem. Ne uerò longius more tuo uager, maiorem hanc quomodocunq; prolatam, & maiorem etiam primi ſyllogiſmi concedo; eius uero minorem nego, quàm ad te cõ probare attinebat, non tanquam conceſſam aſſumere. Sed tempus abſumis nugis inutilibus, lectoremq́ue eludentibus, ac a propoſito auertentibus. Minor autem illa Vegæ argumento confirmatur; quare tota uis huiuſce negocii eſt in Vegæ argumento: quod & tu ipſe re declaras, nuſquam enim eam probas. Sed poſt multa extra rem interpoſita; argumenti Vegæ patrocinium ſuſcipis. Videris, eadem elegantia, & perſpicuitate uoluiſſe probare minorem in morbis cauitatum, qua argumenta texuiſti. Scribis itaque, lapidem in 84.A capacitate ueſicæ contentum non eſſe anguſtiam ueſicæ, ſed anguſtiæ cauſam; non ergo morbus, ſed cauſa morbi. Verùm nulla eſt uis in hoc argumento; quia etiamſi conceſſero, calculum eſſe cauſam anguſtiæ, & anguſtiam eſſe ueſicæ morbum in conformatione, quid prohibet, quin aſſeuerare poſſim, calculum eſſe morbum numeri, & cauſam anguſtiæ? cum clara ſit Galeni ſententia, morbum morbum parere? Sed dubium apud me eſt, an calculus in concauitate ueſicæ iacens, & meatum nullum occludens, faciat ueſicæ anguſtiam, quæ morbus appellandus ſit. Quæro enim quam actionem lædat hæc anguſtia, influxum ne urinæ in ueſicam, an effluxum eiuſdẽ ab eadem? quare rectius ſtatuunt, qui aſſerunt, lapidem eo pacto ueſicæ capacitati inſidentem eſſe morbum numeri: & impedire ueſicã, ne probe complectatur urinam. Vnde ſequuntur aliæ actionum læſiones, quòd urina non recte alteretur; nec iuſto tempore contineatur. Hoc tuo elegantisſimo exemplo alia duo doces, ſic ſcribens. „ Ex hoc exemplo ſine magno labore intelligere potes, primum qui- „ dem, non recte Montanum lib. 1. cap. 7. affirmare, humores ſua mole „ non efficere morbos (Thadæum ibi citat aſſerentem, lapidem quan- „ titate lædere ueſicæ formam) de quo poſtea. Deinde quomodo ui- „ tium numeri, aut magnitudinis recte, aut non recte uocari morbus „ poſſit. Ad primum reſpondeo, eo in loco inſtitutam mihi fuiſſe diſputationem de cauſis morborum contra Fuchſium, qui eas ſubſtantias eſſe ſtatuit, ueluti humores; licet a Galeno diſpoſitiones dicãtur eſſe; aſſeruiq́ue humores, & alias res corporeas non eſſe cauſas morborum quatenus moles, corpora, & ſubſtantiæ ſunt: ſed quatenus diſpoſitiones, & qualitates; ſecutus Thadæum, qui calculum renes lædentem, & infeſtantem, non ueſicæ formam, & cultellum pro exem-

plo adducit. Quod si tu lapidem,& humores, quatenus corpora,& substantiæ sunt, una cum Fuchsio causas esse morborum constituis: idque tuo hoc exemplo comprobari: ualde agis tirannice, cum ego ibi aliter multis rationibus demonstrauerim,quę confutandę erant.
84. B Verũ cum antea quoq; demonstrauerim, causas uere esse dispositio-
C. nes,ut etiam morbi sunt,apparent ineptiæ tuæ. Alterum erat,quo modo uitia numeri, aut magnitudinis recte aut non recte morbi uocentur: qua in re tuum me interpretem constituere nolo, & docere, quomodo id è tuo tam efficaci,& pregnante exemplo elici posit.

DEFENSIONIS TERTIAE PARS SECVNDA,
Contra Digressiones Erasti.

AT ecce comicis diuerticulis iterum oblectationem quæris; ut lectorem recrees tot tuis erroribus, & ineptiis fastiditum; iterumque in medium profers tua oracula mẽdaciis plena paulo ante inculcata, De Anima, De Facultatibus, De Instrumentis, De Dispositionibus,quasi nihil aliud scias. Verum præclare te
84.C cum actum putes, quòd cum homine rem habeas confusionem abhorrente, & quæ ab instituto aliena sunt, libenter prætereunte; nam si omnia, quæ blateras, perpendere uoluissem, innumerabiles alios errores annotassem. Cum locis a te citatis (ut præcedentia omit-
85.B tam) tam aperte demonstrauerim, temperiem, compositionem, & unionem tres esse dispositiones, uel constitutiones, uel facultates, a quibus totius corporis actiones emanant, quando bene se habent; & actionum læsiones, quando male: nihilque supra has medicum considerare, ut nihil demonstrari posit apertius, nescio, cur tam frigide difficultatem hanc excitaueris,cùm quod a me non fuerit abunde refutatum,afferas nihil. Quare possem hæc silentio præterire; cũ præsertim fatearis,quod ego sentio, Galenum quoque sentire.
85.C Quoniam uero me accusas,quòd cum eo sentiam, eumque aperte in certamen prouocas, quædam dicenda sunt. Cum itaque negas, tres dispositiones enarratas facultates esse,si de ueris animæ facultatibus intelligas,concordes sumus. Sed cum causæ sint per quas par-
85.C tes corporis tam simplices, quàm compositæ agunt, ideo facultates uocaui,authoritate Galeni 1.De Fac. Nat. cap. 4. & libello De Sub. Fac.7. Facultates autem sunt non animę, sed instrumentorum animæ.

mæ.Taxas quòd lib.1. cap.20. sententiam Fuchsii asserentis, temperiem, naturam, & facultatem idem esse aduersus Argenterium sim tutatus, & eo urges argumento, quòd natura sit substantia, ut patet ex eius definitione tradita ab Aristotele 2.Phys.3.Respondeo me secutum esse Hippocratem, a quo physiologiæ principia sumpsit Aristoteles, qui passim naturā pro temperie usurpat; quod millies notauit Galenus; sed locus est insignis 2.Aph.com.34.Nec minus insignis est secundus Aph.sect. tertii. Naturarum hæ quidem ad æstatem, hæ ue „ ro ad hyemem bene, male ve se habent; vbi Galenus admonet, Hip- „ pocratē eo in loco naturas sumpsisse in maxime propria, præcipuaque significatione, quæ secundum ipsam maxime substantiam naturæ est. Dicebamus autem in præcedentibus ipsam esse temperatu- " ram quatuor elementorum, &c. Quòd si Hippocratis authorita- " tem respuis, & soli inniteris Aristoteli, Galenus in lib. Quod Animi Mores Corp.Temp.seq.cap.7.ex multis locis Aristotelis demōstrat, eum esse in eadem sententia, ne frustra laborem in multis Aristotelis locis recensendis. At instas; quomodocunque accipiatur natura, 85.D semper substantia est; quis enim principium, & causam primam omnium actionum nostrarum, accidens esse opinetur, siue dispositionem? Pergis deinde ad redarguendum Galenum, quòd tempe- 86.A riem partium formam, & substantiam esse dixerit. Quare aut asseren- „ dum est eum per in temperiem aliud intellexisse, quàm quod com- „ muniter creditur: aut eum in errore uersari, cum asserat accidens esse " substantiam. Et cum haud doceas, quid aliud potuerit intelligere, " restat, eum in aperto errore hæsisse. Hos errores mihi cum Hippocrate, & Galeno communes discutiamus: mihi proprios post uidebimus. Eueni tibi profecto philosopho (ut nos uocamus) materiali, quod (ut ait Galenus 2.De Simpl.Med.cap.20.) eueniebat iis, qui physice causas simplicium facultatum scribebant, quæ potius experimento explorandæ erant; sese enim coniiciebant in difficultates inexplicabiles. Nam cum a naturæ definitione arguas, si quis hāc ueram esse definitionem, & ex uniuocis neget: multæ excitabuntur altercationes ad medicum minime pertinentes. Præterea cum Aristoteles ibi per naturam intelligat tam materiam, quàm formam, multæ quæstiones excitari possunt, an utraque sit principium motus, & quietis; an altera tantum; vel altera motus, altera quietis; & aliæ quamplures eiusdem generis, quæ nihil ad artem morbum depellendi pertinent. Quare hæc omnia prætermisit Galenus, & physicis considerandareliquit. Vnde cum probe etiam ipse nosset, naturam esse

sub-

ſubſtantiam,& præſertim materiam,ut indicat 3.De Humor.Comm. 17.& in procemio in lib.De Nat.Hum. de hac tamen nihil diſſeruit, ſed de ea tantùm,quæ ſub medici conſiderationem cadit. Idem etiã animæ eſſentiam non indagauit,cum ad curandos ægros nihil commodi afferat; ſed facultates illas tantummodo, à quibus euidenter prodeunt partium actiones,luſtrauit,& deſcripſit; per temperiem vero nihil aliud intellexit,quàm id medium,in quod deſinunt quatuor primæ qualitates in miſtione,vt cum Ariſtotele loquar, vel qualitatem ex quatuor primarum qualitatum miſtione prouenientem, vt cum Auicenna. Nec errat cum eam partium ſubſtantiam eſſe ſtatuit; non enim id aſſerit, quia qualitas hæc ſubſtãtia ſit, ſed quia ſola vim habet totas ſubſtantias immutandi, & in alias ſpecies conuertendi, vt docet luculenter in lib.De Conſt.Art.cap.9. Venio nunc ad proprios errores meos,cum communes cum Hippocrate, & Galeno reiecerim. Miraris, quòd organicam diſpoſitionem facultatem eſ-
86.B ſe dixerim,cum nuſquam id aſſerat Galenus. Ego ſanè nullum Galeni locum protuli, ſed ex eius doctrina id ita neceſſarium eſſe deduxi.lib.1.cap.18. vt aliter ſtatui non poſſit. At argumenta illa non attigiſti. Fingis me id probare uoluiſſe ex 3. De Sympt.Cau.cap.1. ſed locum eum ſentẽtiam meam explodere; nam ibi Galenus aſſerit per intemperiem quidem facultatem lædi: at per inſtrumentales mor-
" bos actiones impediri ſolum,non autem facultates lædi. Vnde colli-
" gere uideris. Intemperiem quidem poſſe facultatem læſam uocari,
" cum facultatem lædat: malam compoſitionem uero non item,cum facultatem non lædat, ſed ſolum actiones impediat. Erras hic primum, protuliſſe me eum locum ad ſententiam meam confirmandam;nunquàm enim id a me factum eſt. protuli quidem cap.22. non ex me,ſed ex Valeriola ad comprobandam eius ſententiam,quòd facultates interdum ſint cauſæ uitiatarũ actionum: inde tamen collegi,facultatem aberrantem morbum eſſe. Deinde quanuis locus ille ſententiæ meæ non faueat, non tamen eam oppugnat, ut perperam affirmas.Hic erras in primis, quòd Galeni locum non intelligis; nõ enim aſſerit (vt antea quoque annotaui) ab intemperie lædi facultatem; ſic enim morbus primo læderet facultatem, & non actionem, quod confirmaret ſeptimam Argenterii obiectionem: ſed aſſerit intemperiem eſſe noxam in eſſentia facultatis;unde intemperies eſt ipſamet facultatis noxa,vel facultas læſa; nec ait Galenus, morbos inſtrumentales actiones impedire,ſed facultatem; vnde cum ex illo impedimento facultatis actiones læduntur,quid prohibet, quin dicere poſ-

possimus etiam, morbos instrumentales lędere actiones similarium? Sed de hoc latius dicetur inferius. Si recte itaque exponatur ille locus, decreto meo non repugnat. Licet enim dicatur, morbos instrumentales impedire facultatem, Galenus ibi loquitur de facultate similarium, nō instrumentalium; quare nihil prohibet ille locus, quin morbus instrumentalis sit & ipse facultas instrumentalis læsa. Subdis, Cæterum si structura est facultas ipsa organica, non minus per in- 86. B
strumentales morbos lædetur essentia facultatis instrumētalis, quàm »
per intemperiem lædatur essentia facultatis similaris. Quæ uerba nihil ad me, cum Galeni sententiam non exprimant; recte autem Galeni sententiam expresisses, si sic scripsisses. Cæterum si structura est facultas organica, non minus instrumentales morbi erunt noxa in essentia facultatis similaris. Respondeo igitur, deductionem illam esse uerissimam, nihil absurdi afferre, & sententiam meam confirmare cum morbi instrumentales sint & ipsi facultas instrumentalis læsa. Vt putidum, & ridiculum argumentum, quod sequitur, reiiciatur, sciendum est de sententia Galeni 1. De Fac. Nat. cap. 6. duas esse facultates corpus hominis effingentes, alteram alteratricem, quæ similaria producit: alteram formatricem, quę instrumenta struit. Argumentabar igitur facultatem formatricem in formatione instrumētorum eam structuram, & dispositionem illis indidisse, qua munia sua commode obirent; quę structura, & dispositio cum causa proxima sit actionum instrumentalium, instrumentorum facultas meritò appellanda uenit: At tu putasti me ita argumentari. Instrumenta sunt à facultate formata, ergo facultatem habent eandem, quæ ea efformauit: quam opinionem multis urges incommodis, quæ nihil ad rem; non enim assero instrumentorum facultatem eam esse, quæ ea formauit, sed congruam eorum dispositionem, qua functiones suas celebrant. Tibi habe opinionem illam, quæ te dignissima est, cum propriis opinionibus tuis quàm simillima sit. Reprehendis deinde, quod lib. 1. cap. 18. dixerim, morbum primo facultatem lædere, deinde actionem; cum subiungam, morbum nihil esse aliud, quàm facultatem læsam; ex quo patet, morbum facultatem non lædere; respondeo, te mihi uitio uertere, quod omnibus scriptoribus laudi datum est: ut, cum occurrit nodus aliquis difficilis, & abstrusus, omnes uias tentent eum explicandi, & dissoluendi. Cum itaque septimum Argenterii argumentum uehementer urgeret definitionem morbi a Galeno traditam, attuli primam solutionem, quę argumentum reiicit, & medicis omnibus satisfacere potest. Verum cum alteram inue-

nissem

nissem mihi magis arridentem, eam etiam proposui. Dices, cur priorem non deleuisti? Respondeo, me non prorsus pro certo habuisse, secundam omnino ueram esse, & ideo totam rem lectorum iudicio commisisse, eos omnes imitatum, qui difficultates grauissimas discutiunt. Alio deinde modo inuadis decreta illa. Nam si intemperies est excedens qualitas, & facultas organica magnitudo, aut numerus redundans, vel deficiens, sequetur, facultates gradu solo differre.

87.A Quanquam in 2. Defensione hæc explosa fuerint, repeto tamen,
B. moderatam caliditatem, & magnitudinem ventriculi duas esse eius facultates; si utraque immoderata reddatur, duæ erunt facultates læsę: quæ gradibus quidem à facultatibus integris diuersæ erunt; sed ut illæ moderatę sunt, & naturales, hæ immoderatæ, & præter naturam, aliæ sunt, & ad oppositas species referuntur, sanitatem, videlicet & morbum. Claudis tandem diuerticulum hac ænigmatica in
87.B cusatione. Quid porrò dices de hominis constantia? Compositio „ nem (sic uocat organorum structuram) ante & post dicit facultatem „ esse: in medio dicit, conformationem, aut facultatem esse, aut certe „ facultatis causam. Sed huic uiro fatalis uidetur crebra sententiarum „ mutatio. En, quomodo hic statim incidis in illam inconstantiam, quam mihi obiicis. Vndecim uersus antea me accusaueras, quòd in principio concesserim, morbum primo lædere facultatem: nunc asseris, me in principio statuisse structuram esse facultatem. Sed uideamus, nunquid sobrius eras, cum hæc scribebas. Locus, ubi assero, conformationem uesicæ esse facultatem, aut facultatis causam, quem in medio locas, est cap. 19. ubi aduersus Alexandrinum disputo; & propositio illa est ad hominem, (ut loquuntur philosophi) non enim ita sentio. Imò uero bis ibi admoneo me id esse explicaturum postea. Quare si postea per te assero, structuram esse facultatem, in medio etiam assero: quod pluribus non demonstrabo, cum per se notissimum sit, & in calce cap. 22. huius loci mentionem facio, ut facile appareat, me reiecisse ad eum locum determinationem eius difficultatis. Diuerticulum hoc claudis alio diuerticulo, docens, quæ alibi sæpe docueras, quod cum placitis Galeni nec obsit, nec prosit, omittatur. Sic diuerticulis istis delectationem parasti, quam ego auxisse mihi persuadeo, cum in publicum protulerim innumerabiles tuos turpes, & ridiculos errores.

Di-

Digressio, in qua discutitur publici cuiusdam Artis medicæ professoris opinio negantis temperiem esse facultatem.

CVM in manus meas inciderint Dictata duorum celebrium professorum in Academiis Italicis, quibus illi multa librorum nostrorum capita examinant, quædam admittentes, quædam reiicientes, ea etiam in tyronum gratiam perpendere decreui; ut in audiendis quoque præceptoribus cautiores reddantur: nec statim omnia, quę ex eorum prodeunt ore, pro oraculis habeant: sed interdum eò vsque assensum sustineant, donec prouectiores facti, iudicare possint, an cum Galeni disciplina cõsentiant. Ego quidem (quod ad me attinet) etiamsi quędam nostra damnent, omnia potuissem, ac debuissem dissimulare; cum huiusmodi eorum Dictata impressa nõ sint: nec mihi, quidquid contra me asseritur, refellere in animo fuerit: nam hoc nihil esset aliud, quam muscas omnes uolantes captare, & Sisyphi saxum voluere. Ac fortasse æquum fuerat, hisce uiris non solum non reluctari, sed gratias potius agere, qui librum meum uix editum in manus sumpserint, deque eius decretis in publicis scholis disseruerint. Quod enim certius indicium esse potest, eum genium iam habere, & uicturum esse? Sed tamen cum eorum scripta uersentur in manibus multorum, atque hoc modo ferè sint publica, ob communem vtilitatem, neque potui, neque debui ab illorum confutatione abstinere. Itaque defendam nunc aduersus alterum, temperiem esse facultatem; quæ tractatio cum superiori disputatione De Constitutionibus, & Facultatibus maxime cohæret. Aduersus alterum locis opportunis agam. Doctissimus hic Professor in 12.13.& 14. Dictato cuiusdam suæ disputationis anatomicæ, tres humani corporis constitutiones, temperiem, compositionem, & vnitatem, quę librorum meorum De Morbis materia, & subiectum sunt, diligentissime enarrãs, in temperici explicatione damnat, quòd lib. 1. cap. 18. in Responsione ad septimam Argenterii obiectionem contra morbi definitionem a Galeno traditam dixerim, temperiem esse facultatem; sic autem ait. Vt temperatura sit principale orgãnum facultatis. Vnde idem Galenus 5. De Loc. Aff. cap. vlt. respjciens ad hanc necessitatem, dicebat, actionis causam esse facultatem; & addit. Porrò omnium facultatum essentiam in peculiaribus partium temperantiis consistere didicistis; vt aliqui, & satis infeliciter, & philosophiam destruentes crediderint,

temperaturam esse facultatem. Putauit ille, me per facultatem capere animæ facultatem: Quod si facerem, infeliciter uere, & contra philosophiam assererem temperaturam esse animam. Hoc eodem errore sciolus nescio quis mihi idem crimen apertius, & petulantius obiecit, scribens in quadam Epistola (vt a quibusdam amicis accepi) me asseuerasse, animam esse temperaturam, atque hoc modo fundamentum Epicurismi statuisse; quem quidem nihil miror non intellexisse, quæ euidentissima sunt; cum certo sciam eum nihil intelligere; sicuti certe non possum non ualde mirari professorem illū, quē fama est eruditissimū esse, tam oscitanter locum eum legisse, ut credi derit, me per facultatem, animę facultatem intelligere; cum id concepeis uerbis negem. Demonstrabo itaque primum, sed quambreuissime, ex eo loco remoueri omnem suspicionem, me asseruisse tēperaturam esse animam, cum asserui temperaturam esse facultatem: deinde quid per facultatem intellexerim: tum uero facultatem eo modo sumptam, non animam a medico, vt medicus est, considerandam esse; postremo uiri huius Dictata discutiam. Ad primum itaque aggrediamur. Cum temperaturam facultatem esse dixi, statim aperui, me per facultatem animam non capere; sic enim dubitaui, & dubitationem sustuli. Dices. Actiones omnes ab anima pro„ ueniunt; anima igitur erit temperies, compositio & unio; respon„ deo, has non esse animas, nec facultates animæ, sed fortasse instru„ menta. Quomodo planius dicere potuissem, temperiem non esse „ animam, nec animæ facultatem? nonne hæc uerba legit uir ille alio„ qui diligentissimus? cur me igitur tam acerbe accusauit, cum ipse etiam mecum asserat, temperiem esse animæ instrumentum? Sanè Erastus quancunque uel leuem me carpendi occasionem captans

76.A hanc non arripuit; imò uero sic scripsit. Adde, quòd temperiem, „ structuram, & unionem negat esse animas, aut facultates animæ, sed „ instrumenta concedere uidetur, licet dubitanter scribat, fortasse in„ strumenta esse. Profectò si temperiem tantum facultatem esse scripsissem, suspicari potuisset, me eos philosophos esse secutum, qui (ut Philoponus refert) animam temperiem esse senserunt; at cum compositionem, & unionem etiam facultates esse scripserim, quomodo cogitare potuit, me adeo sensuum omnium, & rationis expertem esse, vt crediderim compositionem, & unionem esse animas? Hæc de primo. Nunc quærendum, cur constitutiones illas facultates esse dixerim, si animæ facultates non sunt. Demonstro itaque ibidem ex Galeno, tres illas constitutiones esse causas actionum, unde se-

quitur

quitur esse facultates; cum actionum causæ, de Galeni sententia, facultates sint; quod præter locos tunc citatos Galenus asseruit etiam lib. De Pleni. cap. 1. & 3. vtrobique enim ait, facultatem causam esse effectricem. Verum si constitutiones hæ facultates sunt, & facultates animæ non sunt, cuius nam sunt facultates? atque hoc etiam eodem in loco aperio; assero enim temperiem esse facultatem partium similarium, à qua earum actiones prodeunt: compositionem instrumentalium: vnionem utrarumque; vt vno uerbo respondere possimus; tres illas constitutiones esse facultates, nō animæ, sed corporis; quod paulo latius explicandum est. Scribit Galenus 1. De Vs. Part. cap. 2. Platonem in primo Alcibiade secutus, corpus animæ instrumentū esse; ac cum animæ sint multiplices, & penè innumerabiles, prout uaria sunt, & penè infinita animalium genera, natura corpora fabrefecit uniuscuiusque animæ moribus, & facultatibus accommodata; per corpora intelligo, & integra ipsa corpora, & particulas omnes, ex quibus coagmentata sunt; exemplo manus id declarat Galenus; ut nos etiam ad eius imitationem fecimus lib. 4. cap. 2. Cū itaque data sit homini manus ad res omnes apprehendendas, & tactu discernendas, vt eo in lib. & 1. De Temper. cap. ultimo docet, ita fabrefacta, & constituta est, ut utrunque usum facillime, & commodissime exequi ualeat. Hæc aūt cōstitutio nihil ē aliud, quā dispositio, quæ ipsā aptā, & idoneā reddit ad munia sūt obeūda. Triplex aūt est hæc dispositio, & constitutio, temperies, cōpositio, & unio, per quas manus facile apprehendit, & discernit; His oculus aptus ad uidendum redditur: aures ad audiendum: crura ad ambulandum: uentriculus ad chylum: hepar ad sanguinem gignendum: ac tandem his partes omnes corporis munia sua, & imperata animæ exequuntur; vnde a Forliuiensi recte dicuntur principia instrumentalia, quia sunt principia, & causæ actionum ab instrumentis prodeuntium; recte etiam naturæ ab eodem uocatæ sunt, vt doceret, has esse corporis facultates, non animæ; ita enim corpori inhærent, ut ab eo separari non possint; animæ uero facultates a corpore separari possunt. Quòd aūt anima a natura distincta sit, patet ex eius definitione; cū sit actus corporis naturalis; patet & ex aliis multis, vt late docet Simplic. 2. Physic. 18. Dixi ego dubitanter, has facultates esse fortasse animæ instrumenta, quia uera & propria animæ instrumenta sunt partes ipsæ; cum tamen partes animæ imperata his perficiant, possunt & ipsæ merito appellari animæ instrumenta. Verum (ut tandem concludamus) rerum naturam, & proprietatem sequentes, dicamus, temperiem, & reliquas

duas constitutiones, uel dispositiones esse facultates non animę, sed instrumentorum animæ: & ad tertiam partem disputationis nostræ transeamus. Eodem loco demonstro, medico sensibus omnia subiicienti de aliis facultatibus, quam de tribus iam propositis, tractandum non esse; argumento Hippocratico a curatione sumpto: nam si perquiras diligenter omnia medici opera, inuenies, cum nihil aliud agere, nihil aliud moliri, quam ut tres illas constitutiones, aut conseruet, aut corrigat; unde colligi potest, tractationem de animæ essentia, deque propriis, ac ueris eius facultatibus non pertinere ad artem medicam; cum enim unaquæque scientia, & ars suum habeat subiectum, aut saltem finem, subiecti sui proprietates tantum, aut ea, quæ ad finem sibi propositum conducunt, tractare debet: nec transcendere ad alia genera, ne artium confusionem pariat. Cum itaque artis medicæ finis sit sanitas, ex iis constituenda est tantummodo, quæ sanitatem præsentem conseruare, absentem reuocare doceant; sanitas autem, & morbus locum non habent in anima, aut ueris animæ facultatibus, sed in facultatibus tantummodo instrumentorum animæ. Quare hæ a medico tractandæ sunt, ut medicus est; & ideo Gale-
„ nus 6. Epid. Sec. 5. comment. 5. Existimo, inquit, superuacaneam medi-
„ cis esse de animæ substantia notitiam, propterea quòd satis sit artem
„ medicam cum ratione tractantibus nosse, usque dum cerebri, ac spi-
„ ritus, qui eo continetur, naturalis temperies incolumis seruatur, ui-
„ uere animal posse. At si contentus spiritus, aut omnino corruptus sit,
„ aut a naturali temperatura cum ea, quæ in cerebro est, plurimum de-
„ flexerit, mortem sequi. Cum autem hæc medicus intelligat, semper
„ dabit operam, ut bona temperie perfruantur, atque permaneant.
„ Qua in re methodos eas sequetur, quæ a nobis in comment. De Va-
„ let. Tuë. & De Curatione Morborum scriptæ sunt. Hæc eadem latius prosequitur in lib. De Sub. Nat. Fac. quorum hæc est summa. Scire,
„ quæ nam sit animæ essentia, neque ad morbos curandos, neque ad
„ ualetudinem tuendam est necessarium. & 2. De Sympt. Cau. cap. 5.
„ scribit. Ipsius animæ substantiam, uel alio quouis opere definisse, for
„ tasse sit audacia; in eo uero, quod nunc proponitur, non solum audacia, sed etiam superuacuum. Neminem esse puto adeo a literis, & Musis auersum, qui cum audiat, Galenum tractationem de animæ essentia ab arte medica excludere, putet eum aut nullam esse animam censuisse, aut temperiem esse; utrūque enim statim ex se falsissimum esse inde patet, quia si putasset, temperiem esse animam, eam ita a consideratione artis medicæ explosisset, sicuti animæ essentiam explosit.

posit. Præterea non asseruisset, animæ essentiam sibi esse ignotam. Primum etiam falsum est; nam si nullam esse animam censuisset, frustra admonuisset eius inuestigationem medico esse superuacaneam. Quòd si quis arguat, Galenum testatum reliquisse, animæ essētiam sibi esse ignotam, ergo nullam esse sanxisse; respondet ipse in libr. Adu. Iul. cap. 5. licet naturæ, atq; animæ substantia ignoretur, non esse tamen negandum, animam, & naturam esse; cum ab ipsis multæ euidentissimæ actiones prodeant: sicuti nemo Solem esse negat, cum uideat eum quotidie orientem, & occidentem, etiam si eius substātiā perspectam, & cognitam non habeat. Si quis Galenum interrogasset, quæ nam sit Dei natura, atque essentia, id profectò se nescire respondisset; non negat tamen, Deum esse; imò uero summam eius sapientiam, potestatem, & bonitatem passim celebrat. Certe toti libri De Vsu Part. nihil aliud sunt, quam hymni pulcherrimi, quos in laudem sapientissimi, potentissimi, atque optimi Dei cecinit. Quare licet fateatur, se animæ essentiam ignorare, uidetur tamen credere, eam incorpoream esse, in corpus immigrare tanquam domicilium suum, & inde emigrare. Si negauit igitur animæ tractationem pertinere ad medicum, ideo negauit, quia impatibilis est, & morbis non afficitur, & ad altiores contemplationes, quàm ad medicas spectat; qua in re cum Aristotele mirum in modum consentit, asserente primo De Ani. 65. Animam esse impatibilem: pati uero quod eam continet. Senis uisus est obtusus, non quia anima consenuerit, sed quia oculus; vnde si senex oculum iuuenis sumeret, uideret, ut iuuenis. Læditur intellectus in ebrietate, phrenitide, & lethargo, non quia intellectus, sed quia eius continens afficitur. Id uero, quod continet, afficitur, cum eius constitutiones, siue dispositiones, siue facultates uitiantur; quæ cum tres sint, temperies, compositio, & unio, in his tantum ars medica uersatur. His absolutis, ad uiri celeberrimi Dictata accedamus. Cum hic nec opinionem meam, nec rationes, quibus eam confirmo, refutasset, ut faciendum esse docet Galenus 1. De Nat. Hum. Com. 5. sed magna cum grauitate, & mei contēptu pronunciasset, me infeliciter, & destruentem Philosophiam credidisse, temperiem esse facultatem, reddit ipse causam, cur Gal. 5. De Loc. Aff. cap. ultimo scripserit, omnium facultatum essentiam in peculiaribus partium temperantiis consistere, in hunc modum. Ita lo- "
quutus est Galenus insinuans, temperaturam ita esse præcipuum or- "
ganum facultatis, ut facultatis essentia (ut uidelicet debet operari, "
debet esse in actu secundo, non in primo) ita pendeat a temperatura, "

ut

» ut temperatura statuatur essentia facultatis, hoc est actus secundus. Horum uerborum (ne singula sigillatim perpendam) hic est sensus. Galenum ideo facultatis essentiam in temperatura collocare, quia facultas sine temperatura non potest agere; subdit in horum cõfirmationem. Vnde Gal. 1. De Præsag. Ex puls. cap. 4. dicebat, facultatis essentiam esse positam in commoda partium temperatura. Si eius consilium erat, stabilire suam illam Galeni interpretationem, locum aliquem Galeni producere debebat, in quo aperte scripserit, se ideo asseuerare, essentiam facultatum esse in temperie, quia facultates vtũtur temperie tanquam proprio, & præcipuo instrumento; at locus ab eo productus nihil huiusmodi continet; imò uero idem est cum loco ex 5. De Loc. Aff. unde locum habet eadem quæstio, cur dicat, facultatis essentiam in temperatura positam esse; subiungit deinde hęc Galeni verba; Vt si facultas sit temperatissima, strenue agat; quæ a Galeno sunt aliena; non enim ait, facultatem temperatissimam strenue agere: sed unamquanque partem strenue agere, ubi sit temperatissima; quare frustra laborat in eruendo uero sensu eorum uerborũ inuersorum; cum in ueris uerbis Galeni ex se sit apertissimus. Concludit tandem ex deductis; Vt necessarium sit colligere, temperaturã ita esse necessariam ad operationem, ut sit primum, præcipuumque organum facultatis operantis, sed residentis in similari parte. Quare ad eius quęsitum, cur Galenus dixerit, facultatum essentiam in partium temperantiis consistere, respondendum erit, quia temperatura ita est necessaria ad operationem, ut sit primum, & præcipuum facultatis instrumentum; quam interpretationem pro concessa sumit, & nullo vel exiguo lenimento comprobat. Atqui mirum est, Galenum millies id dixisse, & nunquam cur ita dicat, rationem ab hoc uiro celeberrimo excogitatam reddidisse. Quæ si quam uim haberet, possemus dicere etiam, manus essentiam esse positam in calamo, & gladio; quia sine calamo scribere, & sine gladio secare nõ potest. Ac (vt de naturalibus, & necessariis instrumentis loquamur) dicere possemus, facultatis uisorię essentiam esse in oculis, quia oculi sunt primum, & præcipuum eius instrumentum: facultatis auditoriæ essentiam esse in auribus, quia facultatis eius aures sunt primum, & præcipuum instrumentum. At hoc nusquam legi apud Galenum, aut alium probatum authorem, certum est. Verum hanc interpretationẽ rerum naturæ, & loquendi, ac scribendi usui repugnare, facile demõstrari potest. Scribit Galenus 3. De Symp. Caus. cap. 1. Facultatem concoctricem uentriculi per morbos ex intemperie lædi in propria

es-

esentia; quod uerissimum est; cum enim facultas illa concoquendi sit uentriculi temperies, quis non uidet, eam, si mutetur in intemperiem, lædi in propria esentia? & medicum remediis suis ut suo rursus officio concoquendi recte fungatur eam intemperiem corrigere? nihilq; de anima, atque agente primo esse solicitum? Si dum ita loquitur Galenus, euidentiæ, aut rerum naturæ, aut sibiipsi repugnaret, possemus interpretationibus alienis, & distortis eum ab eiusmodi erroribus uindicare. At cum euidentiæ rerum, naturæ, & decretis suis ad unguem consentiat, quid confugimus ad hæc somnia? Ac sanè mirum est, cur uir hic perspicacissimus in definitionibus constitutionum, licet satis infeliciter, & contra definiendi leges ab eo traditas, fateatur, eas esse actionum causas, & timeat facultates appellare: nam si actionum causæ sunt, facultates etiam esse, Galenus semper fatebitur. Dicat aliquis; hoc pacto facultas erit constitutio, & dispositio; at hoc falsum est, quia dispositio est in prima qualitatis specie: facultas, & potentia in secunda. Respondeo, Galenum per facultatem causam actionum effectricem intelligere. Nihil igitur obstat, quin facultas dispositio sit, cum & ipsa actionum causa sit efficiens; & licet nomina significantia naturalem potentiam, vel impotentiam, ueluti salubre, & insalubre, sint in secunda qualitatis specie, non inde sequitur, potentiam etiam ipsam in secunda specie qualitatis esse; imò uero potentia apud Aristotelem 5. Metaph. 17. in primo suo significatu, est in prima qualitatis specie; cum artem ædificandi, & artem medicam, aliasque artes, & scientias potentias esse constituat, motus principia, & causas effectrices. Nihil igitur repugnat, facultatem, & potentiam esse habitum, dispositionem, & constitutionem. Hactenus demonstratum est, temperaturam, & duas reliquas constitutiones esse facultates non quidem animæ, sed corporis: & has haberi in consideratione a medicis; satis uero impropriam, extortam, atque alienam rationem esse redditam ab authore Dictatorum, cur Galenus dixerit, facultatum esentiam in temperie esse collocatam. Nondum tamen expositum est, quibus, & quot incommodis urgeatur hæc interpretatio, ut penitus explodatur; quare id etiam demonstrandum. Quoniam uero hæc Dictata sunt obscurissima, & fortasse non intelliguntur ab aliis, quam ab ipso Dictatore, ut ea plana, & aperta reddam, apponenda est hic septima Argenterii obiectio, cuius antea meminimus. Eam nos libr. 1. cap. 12. sic descripsimus.
„ Falsum est, morbum primo uitiare actiones, ut ipsomet ex Galeno li-
„ quere potest, qui 1. De Fac. Nat. cap. 2. hæc tria sese inuicem conse-

qui

„ qui asseruit, facultatem, actionem, opus. A facultate proueniunt a-
„ ctiones: ex actionibus emergit opus. Non potest itaq; morbus uitia
„ re actiones, si non lædat prius facultatem; lædit itaque primo faculta
„ tem, non actiones. Ego, ut eam obiectionem diluerem, inter cæte-
ra asserebam, morbum non lædere facultatem, sed esse ipsammet fa-
cultatem læsam; unde sequitur, morbũ primò actionẽ lædere, ut tradi-
tum est a Galeno in morbi definitione. Ipse uero Dictator hac con
tempta, aliam solutionem magno cum apparatu molitur, & ait.
Constitutio est affectus secundum naturam, quẽ sequitur bona actio.
„ Sed notent, quæso, iuuenes, ut hoc arcanum intelligant; quod si ali-
„ qui moderni intellexissent, forte opuscula non edidissent, quemad-
„ modum uisuntur, & non essent controuersiæ. Cum bona actio sequa
„ tur affectum secundum naturam: & mala actio immediate sequatur
„ affectum præter naturam, diligenter animaduertant oportet, actio-
„ nem immediate sequi duas causas. Si uerum esset hoc pronuncia-
tum, actionem lęsam immediate sequi duas causas, caderet obiectio
Argenterii: solutio in opusculis meis contentis uana esset; & omnes
tandem controuersiæ sedarentur; nam actio a morbo primum læde-
retur, etiamsi primum a facultate lædatur; quia nihil prohibet, actio-
nem duas causas primò uel immediate sequi. Probaturus itaque
„ hoc pronunciatum, de eo prius dubitationem hanc affert; Quod di-
„ ctum quia uidetur aduersari Philosophię, & proinde rei naturæ, quia
„ unius effectus causa immediata non est nisi una; & tamen nos dici-
„ mus actionem immediate sequi duas causas; & propterea moderni
„ isti inuicem adhuc litigarunt, & litigant. Quoniam si nos considere-
„ mus actionem, ut prodit, ut procedit a facultate, non potest, ut a fa-
„ cultate procedit, immediate progredi a facultate, & ab alia causa,
„ hoc est a constitutione. His sic in dubium reuocatis contra id pro-
nunciatum, affert exemplum, quo uidetur uelle dubium comproba-
re, hoc est non posse eundem effectum a duabus causis primum pro-
dire: contrarium tamen colligit. Apponam uerba omnia, ex qui-
bus fortasse alii alium sensum elicient; Vt uerbi gratia propter iuue-
„ nes cum Galeno 3. De Sympt. Causis. cap. 1. mutatio cibi, quæ pro-
„ priissime uocari potest chylificatio, sicuti mutatio chyli in sangui-
„ nem est coctio, quæ potest uocari, sanguificatio. Hæc inquam chy-
„ lificatio fit a temperatura, fit etiam a facultate: & si recte intelligatur
„ Galenus, ab utraque immediate; quoniam sanitas est causa immedia
„ ta operationis; morbus est causa immediata operationis læsæ. Vn-
„ de sciendum est, dum consideramus, & facultatem, & constitutionẽ,

hæc

hæc debere considerari secundum propriam naturam. Quæ est, ut fa- „
cultas habeat rationem agentis principalis: constitutio rationem „
habeat agentis instrumentalis. Si igitur sermo fiat de actione, ut re- „
spicit agens principale, immediate sequitur facultatem, unde mor- „
bus est læsio facultatis, morbus est affectio; si uero capiamus actionē „
in respectu ad causam instrumentariam, vt procedit a causa instrumē „
taria, secundum hanc rationem immediate sequitur constitutionē, „
vt liceat asserere, morbus est affectus, non affectio immediate lædēs „
operationes; immediate, non ratione causæ principalis, quoniam „
hoc esset falsissimum, sed immediate, ratione causæ instrumentalis. „
His dictis statim se ad alia transfert, ac si obiectionem Argenterii funditus sustulerit; quod tamen non est assecutus; si demonstrasset una atque eadem ratione actionem immediate (ut cum eo loquar) a facultate, & a constitutione prodire: & una atque eadem ratione a facultate læsa, & a constitutione læsa lædi, & impediri, propositum assequutus esset; sic enim constaret, morbum primò actionem lædere; sed ipse diuersis rationibus id euenire ait, sumendo & facultatem sine constitutione; & constitutionem sine facultate: ac si a se inuicem separatæ actiones easdem celebrare, & impedire posfint; quod sanè rerum naturæ, & ueritati repugnat; neque enim facultas sine constitutione, neque constitutio sine facultate celebrare actiones potest, aut impedire. Hæc quidem satis esse deberent ad ea figmenta explodēda; sed presfius agamus, & cum ipse id aperte non expresserit, explicemus primum, quomodo obiectio Argenterii ex his suppositis corruat: deinde uana ea esse demonstremus. Si consideremus, inquit, actionem læsam, ut prouenit a primo agente, id est ab anima, & a facultate ipsa, morbus est facultatis læsio, & est affectio, id est passio, & res fiens; si uerò actio respiciat causam instrumentariam, tunc est affectus, res facta, & permanens, atque hinc duæ erigentur morbi definitiones; prior, morbus est læsio facultatis immediate lædens actiones; altera, morbus est affectus, uel constitutio præter naturam immediate lædens actiones; vtrouismodo morbum definias, semper primò lædet actiones; quare obiectio Argenterii summouetur. At hæc solutio statim ex se indicat, quàm uana sit; nam præterquam, quòd ea seiungit, quę seiungi non possunt, introducit duas morbi definitiones, easque repugnantes; cum in altera morbus sit passio: in altera dispositio. Atque hoc erat arcanum illud, quod difficultates omnes summouebat. Dicit ipse, arcanum nondum eruisti. Tentemus igitur, an eruere posfimus; si quid igitur hic attulit, quod apud

nullum alium inueniatur, id pro arcano habendum esse reor. Quare cum nec apud Galenum, nec alium quempiam lectum unquam fuerit, morbum esse læsionem facultatis, & passionem, hoc est arcanum. Licet itaque duas morbi proponat definitiones, videtur tamen vulgatam Galeni definitionem respuere: & solam suam arcanam admittere, cum sic in eius dictati principio dicat. „ Constitutio secun „ dum naturam nihil aliud est, quàm causa contentiua sanitatis. Nunc „ cognoscetis quid sit sanitas, quid morbus, quid causa contentiua. „ Omnium facilis est cognitio; vt cum constitutio secundum naturã „ sit causa contentiua sanitatis, sanitas sit affectio, sit quid in fieri depẽ „ dens a constitutione secundum naturam. Siquidem omnis causa con „ tentiua est causa illius rei, quæ ex necessitate est in fieri; ut mala con „ stitutio, constitutio præter naturam sit causa contentiua morbi; hoc „ memoriæ mandent iuuenes, morbi causam contentiuam nullam a „ liam esse, quàm constitutionem præter naturam. Ex his patet, eum admittere solam hanc morbi definitionem. Morbus est facultatis læsio immediate lædens actiones: & per læsionem facultatis intelligere læsionem non factam; sic enim in opinionem meam deueniret, quam spernit, sed quæ fit: & constitutionem præter naturam eius esse causam continentem; atque hoc pacto reiicitur obiectio Argenterii; nam per hanc definitionem morbus non lædit primò facultatem, deinde actionem, sed primò lædit actionem, cum morbus nihil sit aliud, quàm facultatis læsio. Licet hęc acuta, ingeniosa, & sublimia uideantur; contra ea tamen dubitabo, hæc pręfatus. Argenterius quidem, & Erastus libere Galenum oppugnant: & ideo neminem decipiunt. At dubito, magnum hunc Professorem machinis clã destinis, & occultis cuniculis Galeni disciplinam subruere; nam in tribus his Dictatis semper Galenum in ore habet: pro Galeno uidetur totum cum laborẽ subire, vt eum liberet ab accusatorum obiectionibus, attamen periculum est, ne hoc arcano totam Galeni disciplinam subuertat; Galenus statuit morbum esse rem factam, & permanentem; hic uerò passionem, & rem fientem; ille constitutionem præter naturam morbum esse ait: hic causam morbi; statuit ille, nullam esse in morbis causam continentem: hic in omnibus; Galenus præcipuam curandi indicationem a morbis elicit: hic non nisi a cau sa potest elicere; Galenus indicationem sumit a morbis causa caren tibus: at apud hunc indicatio illa erit superuacanea, cum per eum nullus morbus possit esse sine causa. Dicet ipse, quid hæc ad me, modo arcana mea sint uera? Hoc igitur iam discutiamus, proposi-

to hydropes exemplo. In hydrope est mala constitutio, intemperies videlicet iecoris frigida, quę morbi est causa continens, morbus autem est læsio facultatis sanguificæ: est demum sanguificatio læsa; quæ actio læsa est primò & immediate a morbo proueniens. Cæteris omissis, si læsio facultatis sanguificæ est morbus, quæro, quis nã sit morbus, intemperies ne, an mala compositio, an soluta unio: & nulla ex illis est, cum illæ sint causæ morbi, non morbus: illæ sint dispositiones, & in prima specie qualitatis: morbus uero passio, & in tertia specie; si morbus hic nullus ex illis est, morbus non est, cũ alia morborum genera non sint, nisi ad nouos Fernelii morbos cõfugiat; at ipse in his Dictatis mecum eum confutat. Respondebit fortasse cum Vega, & Erasto, morbum non esse quidem intemperiem, malam compositionem, aut solutam vnionem, sed ab illis tanquã a causis denominari; unde læsio hæc facultatis sanguificæ erit morbus oriens ab intemperie frigida. Licet in disputationibus contra illos uisum fuerit, quanta sit hæc rerum, & uerborum confusio, largiamur tamen. Quòd si quæram, quæ nam sit hæc facultatis læsio, cum proueniat ab intemperie frigida, nihil aliud respondere potest, quàm refrigerationem, quæ ab intemperie eo differt, quòd illa sit constitutio, & dispositio, hæc passio. At cum ipse per facultatem primum agens, & animam ipsam intelligat; nam si ita non intelligeret, non me reprehẽdisset, quòd temperaturam facultatem esse dixerim, & omnia eius uerba nihil aliud resonant, quàm primum agens; si anima itaque ab intemperie frigida refrigeratur, a calida incalescet, ab humida humescet, & a sicca exsiccabitur: in malis constitutionibus instrumentariis figura eius, & meatus uitiabuntur: superficies exasperabitur, & lenior, quàm par sit, reddetur: in numero, magnitudine, & situ uitiũ contrahet, ac tandem in soluta unione dissoluetur, atque hoc pacto patibilis erit, atque unà cum corpore alterabitur, ægrotabit, & corrumpetur. Quare hęc infelicissimè dicta esse, & totam artem medicã, nedum philosophiam destruere uidentur. Vrgetur hæc opinio alio absurdissimo incommodo; statuit enim uir hic celeberrimus (vt uidimus) facultatem esse primum agens: temperiem uero, & reliquas duas constitutiones primi agentis instrumenta. At in explicatione morborum contra prorsus statuere cogitur, constitutiones uidelicet esse primum agens, facultates vero constitutionum instrumenta: atque id exemplum propositum declarat; nam intemperies frigida iecoris est causa, & primum agens: læsio facultatis est eius effectus, & instrumentum, quo uitiosus sanguis producitur; serpere humi opor-

tet,& sensus duces sequi, Galeni dogmata perscrutantem, non in aerem sese attollere,& per nubes uagari. Ac sanè uir hic, ut sublimi, & elato est ingenio, uoluit artem medicam plus nimio nobilitare, subiiciens eius operibus animam impassibilem, atque immortalem: cuius natura, & substantia ab aliis scientiis medicinæ superioribus indaganda est. Quare mirum non est, si in hæc absurda incidit. Excusari potest, quod ex se ipso nouas istas morbi definitiones reiiciat; cum trium constitutionum explicationem in fine 14. Dictati, sic
„ claudat. Iam patet, quid intelligere oporteat per constitutionem,
„ ut omnis morbus ad tres reducatur constitutiones. Non possibile sit
„ imaginari morbum, qui non sit uel intemperies, uel mala composi-
„ tio, uel soluta vnitas: quia etiam constitutio secundum naturam, quæ
„ est organum facultatis, est tantum triplex. Est solum temperies, com-
„ positio, vnitas. Vnde ualeant, qui somniant morbos nouos; & deinceps Fernelium refutat. Sed hæc nobis sint satis ad demonstrandum, cum ex se ipso noua illa inuenta, & arcana respuere; unde hic morbus est constitutio, & affectus, non affectio, uel passio; hic constitutio præter naturam est morbus, non causa morbi: hic causa continens a morbis eliminatur; cum enim hic statuat, morbum esse affectum, & constitutionem: & ibi testatum reliquerit, causam continentem esse eorum tantum effectuum, qui sunt in fieri, sequitur, morborum causam continentem esse non posse. Perstat solum in eo errore; quòd inter morbos iterum animam commemoret; cum enim constitutionem secundum naturam facultatis organum esse dicat, per facultatem non potest intelligere nisi animæ facultatem; & licet in se hoc uerum sit, cum enim constitutiones hæ instrumentorum animæ constitutiones sint, possunt & ipsius animæ instrumenta dici; licet in quam id verum sit, cum tamen ad medicum non pertineat, solas corporis, non animæ facultates inter morbos commemorantem, pro errore habendum est, qui multis (ut uidimus) uexatur incommodis. Cum hęc considero, non possum mihi persuadere, uirum adeo acutum, & perspicacem tam aperte sibiipsi repugnare: & dubito aliquid reconditi in his Dictatis latere, quod a me non fuerit perceptum; aut ea non fuisse fideliter ab auditoribus excepta. Scimus autem, unius uoculæ mutationem posse multos errores parere. Atque hinc fit, cum ab initio statuissem alia multa proferre ex his Dictatis, quæ mihi non arrident, ut consilium mutauerim, ne fortasse aliquid reprehenderem, uel perperam a me perceptum, uel ab auditoribus perperam exceptum; obiectio uero, quam reieci, tanti erat momenti,

vt prætermitti non posſit. Illud vnum præterea eos admonebo,in quorum manibus ſunt hæc Dictata,ut conferant enarrationem mor borum ex ſoluta unione, cum libro meo quinto ;& præſertim cum cap. 19. a quo deſumpta eſt, & perpendant, an omnia, quæ ait, uera ſint,nobis & Galeno conſentanea. Verum cum ſatis ſimus euagati, ad defenſiones noſtras reuertamur.

DEFENSIONIS TERTIAE PARS TERTIA, *in qua demonſtratur, argumenta probantia conformationem, magnitudinem,numerum,& ſitum præter naturam, eſſe morborum cauſas. & non morbos,nulla eſſe.*

ATTVLISTI argumentum concludens,conformatio 83.B
nem præternaturalem,numerum, magnitudinem, &
ſitum non eſſe morbos, ſed morborum cauſas; cuius
minorem nunquam probaſti, quare nullum eſt, niſi
ea probetur. Cum autem argumento Vegæ,a me
refutato,ea probetur, nunc illud primum proponis,
deinde audacter commutas,& corrigis. Et quoniam olim cum Ve 88.A
ga egi, nunc tecum agam,ac (ut presſius agam) ſciendum eſt, Gale- B
num ſtatuere, quatuor illa uitia inſtrumentorum nunc enumerata
morbos eſſe: Argenterium,Vegam,& eius ſimiam,non morbos eſſe,
ſed morborum cauſas. Thuriſanus partes Galeni ſecutus,morbos
eſſe ſtatuit hac ratione,quia primò actiones lædunt. Et quia tota uis
eſt in hac Thuriſani ratione, eam ambiguam eſſe dicis, & indigere
explicatione. Eam itaque per tuas ſolitas ambages explicas, & ita 88.D
explicas,ut concluſio tandem ſimilis ſit principio, hoc eſt, uitiatam
figuram actiones lædere, & ideo morbum eſſe ;quare argumentum
tenet adhuc; ſed progreſſum tuum uideamus. Quæris immutata fi
gura quam actionem lædat,ſimilarem ne, an inſtrumentalem, & reſpondes,inſtrumentalem.Etenim figura,cum ſit qualitas inſtrumen- 89.A
talis,non ſimilaris,neceſſario actionem oblædit inſtrumenti, non ſi- „
milaris partis. Non exclamabo hic,te eſſe artis noſtræ opprobriũ, „
& uituperium,cum tantum tibi ſumas,& tamen ea ignores, quę omnibus nota,& apud Galenum uulgatisſima ſunt, & a me tam ſæpe de
monſtrata, ut uere aſinus ſit, qui non intelligat: ſed parcius agam,
& dicam, te aduerſari omnibus medicis illuſtribus, & Galeno, &
(quod deterius eſt) tibi ipſi, qui in hac tertia accuſationum tuarum

parte

parte bis attulisti locum ex 3. De Sympt. Cau. cap. 1. in quo Galenus asserit, facultatem alteratricem ventriculi a morbis organicis impe-
89. A diri. Morbi itaque organici primò, & per se impediunt actiones simi
B lares; quare vitiata figura non solum actionem instrumentalem, sed similarem etiam potest lædere. At calcitras, & hanc conclusionem „ sic vexas. Quod lædit actionem similarem, contrarium ei sit oportet, „ quod in sanitate easdem actiones edit. Sed actiones similares a tem- „ peramento manant, temperamento autem non uitiata figura, sed in- „ temperies contraria est. Quare si figura permutata partis alicuius a- „ ctionem lædit, instrumentalem lædit, non similarem. Respondeo, ma iorem esse falsam, quia constat, morbum instrumētalem lędere actiones similarium, & tamen morbus ille non est contrarius facultati similari eam actionem celebranti: sic uicissim morbus similarium lædit actionem instrumentalem; nec tamen est contrarius facultati instrumentali: nam contrarietas exigitur in iis, quæ sunt eiusdem generis; unde morbus in similaribus semper est contrarius facultati similari; & instrumentalis instrumentali. At vrges iterum; non admitto, morbos instrumentales lædere actiones similarium: aut morbos similares lædere actiones instrumentorum; imò uero inferius tuum
89. C hoc dogma redarguam. Belle quidem. Expectemus igitur id tempus. At durus es, & peruicax, quare ita constituis. In præsentia satis sit
89. D scire, contradictoria includere propositionem, quæ dicit, a morbo „ instrumentali per se lędi actionem partis similaris, quoad similaris „ est, illęsa permanente ipsius temperatione. Læderetur enim actio, di „ spositione, a qua primò editur, non offensa, quod omnino fieri non „ potest. Respondeo igitur, ex 3. De Cau. Sympt. apertum esse, morbos „ instrumentales lædere actiones similarium, & ideo propositionem il lam non includere contradictionem. Nec ratio, quam affers, ullius momenti est; nā apud Galenum tritissimum est lædi sæpe actiones partium, non offensa dispositione, à qua prodeunt illæ actiones; vnde in lib. De Diff. Morb. cap. 6. & 8. asserit, dispositiones partiū vsum tantum instrumentis prębentium morbos esse, si actionem lædant, non communicata offensa parti opifici actionis; quod demonstrauimus latius lib. 4. cap. 10. & 15. Sed hæc omittenda, de quibus ex proposito inferius agetur, cum ad hunc locum nihil pertineant. Cum enim tibi proposueris explicare propositionem Thurisani, quomodo uitiata figura actionem lædat, hoc quamprimum erat agendum;
90. A quod tandem aggredi uideris, cum scribis. Ponatur igitur apprehen- „ sio manus lęsa, cum sextus in ea reperitur digitus. Figura hæc manus

ap-

apprehensionem eius lædens in tota ne inest manu, an in parte eius „ aliqua, una, vel duabus? Quoniam uero rursus multis nugis distra „ his hanc dissertationem, ut ad rem ueniam; respondeo ad interrogationem, sextum digitum lædere actionem totius manus, cum lædat apprehensionem, quæ totius manus actio est; fateor etiam sponte, morbum esse totius manus; sed præcidi uolo, quid morbus sit hoc in loco; cum enim disputatio instituta a Thurisano esset de uitiata figura pro exemplo morborum omnium instrumentalium; tu inculcas sextum digitum, qui potius est uitium numeri, quàm figuræ. Dices, sextum digitum malam inducere figuram; vnde sequitur adesse hic uitium in numero, & figura: est ideo præcidendum, quis nam sit morbus, numeri ne, an figuræ; & hoc pacto statuendum est. Si mala figura primò apprehensionem lædat, morbus est, & numerus redundās eius causa; si contra numerus redundans primò apprehensionem lædat, morbus est, & uitium figuræ tunc erit symptoma consequens hunc morbum. Hęc uerissima sunt. Quòd uero ego sentiam sextum digitum esse morbum totius manus, patet ex uerbis meis a te citatis an te, quę in eandem sententiam, & apertius ita scripseram. Dico sextū 90.C digitum esse morbum manus, sicuti etiam defectus quinti digiti eius- " dem morbus est, & uterque est morbus, quia lædit apprehensionem, " quæ manus actio est. Sed his non acquiescis, & profers quædam, „ quibus a te uidear dissentire; eamque dissensionem summoues, & re 90.C cte summoues a me omnia desumens; quidquid enim ueri hic af- D fers, totum id meum est: tuum nihil habes, nisi errores, & mendacia. Affers tandem ex eodem loco cap. uidelicet 21. lib. 4. uerba hæc, in quibus apparet dissensio. Examinanda erit Vegæ opinio, & aliorū, " qui morbos istos, non morbos, sed morbi causas esse uoluerunt. " Nullus puto hęc scripsisset ita inordinate, præpostere, & ad propositam quęstionem inutiliter. Iam aggressus es disputare contra ea, quæ scribo in cap. 28. Iam contra opinionem meam argumentatus; iam produxisti Vegæ argumentum, immutasti, & correxisti; iam refel lere cæpisti, quæ ad Vegam refutandum attuli, & nunc laboras in demonstrando, me a te dissentire, perturbans, & confundens ordinem quæsitorum, & totam disputandi rationem. Sed cum propositionem Thurisani explicandam suscepisses, ex deductis eam tandem sic explicas. Si ergo Thurisanus eodem modo intelligi uoluit, cum mu » tatam figuram primò actiones lędere dixit: collaudabimus senten- " tiam; sin aliter accipi maluit, assentiri non possumus; sed in eodem " cum Montano errore, lutoque hærere eum audacter dicimus. "

Cum

affers rationem. Si enim illud ipſum corpus non eſt naturale, ſiue na „ turæ congruens,& utile,quomodo cogitabimus eius quantitatem ip „ ſi vſum aliquem præſtare? ac ſi morbus ſit diſpoſitio naturalis vſum „ corpori præbens,& non potius præter naturam,& actiones lædens. Niſi in verbis illis ſit hic ſenſus; ſi hoc corpus naturale non ſit,non co gnoſcemus, quem uſum quantitas eius afferat: quare cum ſuperau-cta erit hæc quantitas,cognoſci nõ poterit,quem vſum intercipiat: ac ſi cognoſcere non poſſit vnuſquiſque, ſextum digitum vitiare ma nus apprehenſionem, etiamſi ipſe naturalis non ſit, & nullum vſum præbeat; imò uero intercipiat; ac ſi phlegmone manus non poſſit v-ſum manus vitiare,& actiones corrumpere, quia corpus naturale nõ eſt,& vtile. Hæc abſurda ſequuntur,aut quid uolueris non intelligo. Poſt importuna ſuppoſita, poſt ineptas interrogationes, ineptioreſ-queˀreſponſiones,poſt repugnantias, poſt confuſas diſtinctiones, & turpiſſimos alios errores rurſum interrogas. Si morbus non eſt ad- 93.C uentitia hæc quantitas,quid ergo eſt? cum,de qua quantitate intelli „ gas,nondum aperueris:& in fine appareat,cum errores meos notas, te tumores præter naturam ſignificare uoluiſſe, ad imitationem tui Galeni,qui lucernam in tenebris a tergo geſtat,ſupponamus & nos, 94. B te ita intellexiſſe,ut facilius eruamus admiranda arcana, quæ cælas. Negas hanc quantitatem eſſe morbum ea pòtiſſimum de cauſa,quia non eſt in corpore,ut in ſubiecto, & niteris authoritati meæ, qui li. 1.cap.7.ſcripſerim; Qualitates cauſarum quantiſper in cauſis inhæ- 93.D rent,nec impreſſæ ſunt corpori,morbos non eſſe. Mirabilis hic ap „ paret imperitia tua; atque vt ea magis pateſiat, pro exemplo phle- „ gmonem ſumamus. Negas phlegmonem eſſe morbum,multis de cau ſis, quia non eſt quantitas uiuentis corporis: quia corpus eſt præter naturam: nullum uſum habet: non eſt in corpore tanquam in ſubie-cto; & qualitatem corpori non impreſſit; ſi hæc de excitata iam phle gmone enuncietur, falſa ſunt omnia. Nam ſanguinis influxus muſcu los,cutim,& alias partes manus extendendo in tumorem extulit: mu ſculi autem corpora ſunt uiuentia,naturalia,vſum afferunt; imò uerò actionibus præſunt; eſt hæc quantitas in corpore tanquam ſubiecto, & qualitatem corpori impreſſit: quia ſanguis mole ſua partes exten ſiores,& qualitatibus ſuis calidiores, & humidiores reddidit. Quare nulla ratione,ſed temeraria licentia negaſti,eam quantitatem aduẽ-titiam morbum eſſe: & cauſam morbi eſſe aſſeruiſti. Çum me-cum cogito,cur tot nugas fruſtra effuderis,& tot turpes errores com miſeris,id tantum mihi ſuccurrit, te præ oculis habuiſſe repugnãtias

meas, quas omni industria, & sagacitate uenaris; & ideo ad eas per
multa monstra properasti. Ac uti citius voti fias compos, sponte ti-
bi concedo, quod tuæ soppositiones non concedunt. Sit itaque
hæc aucta quantitas humorum moles in tumoribus contenta: hanc
negas esse morbum, & causam morbi esse pronuncias, meque idem
facis bis asserentem lib. 3. cap. 6. & 17. ut occasionem nãciscaris me
94. A notandi inconstantiæ. His notatis, statim infers; sed miserabilis
» est hominis istius conditio, cum rarò sibi constet, ac subinde contradi
» ctoria afferat. Atqui non est adeo constans contradictio, ut alibi di
cam, humores non esse morbos, sed morbi causas; alibi dicam, mor-
bos esse, & non causam; nam lib. 2. cap. 37. & 38. quos locos asseris re
pugnare duobus iam citatis, statuo humores causam esse materialem
morborum, nec absolute morbos esse pronuncio; imò uero cap. 38.
sic scribo. Ergo humor morbus non est; nam & nos fatemur, humo-
» res non esse morbum, non inde tamen sequitur, si morbus non sint,
» causam esse morborum efficientem, & continentem; ubi nam est hæc
contradictio? In 3. lib. assero, humores non esse morbos; sed causas
morbi. In secundo assero, humores causas esse morbi, & non mor-
bos; ac in 2. lib. loquor de humoribus tumorum; in tertio de humori
bus absolutè. Quare non solum mihi non repugno, sed fortasse nec
tibi, nisi in eo, quòd tu humores in tumoribus contentos morborum
causas efficientes, & continentes esse contendis: ego id nego, & cau-
sas materiales esse affirmo. Discutiendum est igitur, vter rectius
sentiat, quod in 2. parte fiet. Quare intempestiue eam litem nunc in-
tentasti interrupta proposita quæstione egressibus oratoriis. Vbi
sunt illa monstra contradictionum, quæ iactas? sanè icterico simi-
lis es, cui omnia flaua apparent, quia eum colorem oculis gestat; cũ
enim in intellectu, & cogitatione nihil habeas, nisi mera mõstra, quic
quid apud alios legis, monstrum tibi videtur. Quod sequitur cum
annexum sit controuersiæ, quàm in aliud tempus distulimus, differri
poterat & ipsum, sed ne effugere uideamur, nunc tractetur.
Cum statuerim lib. 2. cap. 37. Humores tumorum causam esse mate-
rialem, non efficientem, 38. diluo argumenta contra eam sentẽtiam
C allata; è quibus illud erat. Morbus est dispositio corporis uiuentis,
94. ergo in humoribus morbus esse non potest; cui tribus modis respon
deo. Duos primos inuadis; tertium non attingis, qui totam difficul
tatem summouet. Primus modus est, Galenum nunquam inseruis
se illam particulam morbi definitioni, quia superuacanea est; cum
enim præcipua definitionis laus breuitas sit, nihil illi addendum est

super-

ſuperuacuum. Cum igitur definitio morbi ab eo tradita indicet corpus humanum] neceſſariò viuum eſſe, cum in mortuis actiones non lædantur, ea particula a Galeno non additur, nec addenda eſt, licet Vega & alii addant; ſed quia omnino corpus morbo affectum viuens eſt; & humores corpora viuētia non ſunt, reſpõdeo ſecũdò quicquid ſit in viuo corpore, pro uiuo eſſe habendum. Fruſtra igitur me increpas, & adeo ſenſuum expertem facis, vt morbum in cadauere conſtituam. Hæc reſponſio ſimilis eſt reſponſioni Turiſani, quam deſcribo lib.4.cap.13. in morbis numeri præter naturam redundantis. Nam ſicuti calculus, pus abſceſſuum, lumbrici, & alia conſimilia, etiamſi partes corporis non ſint, partes tamen uidentur, quia in ſpatio uerarum partium continentur: ita humores, licet uiuentes nõ ſint, cum tamen a uiuentibus contineantur, pro viuis ſunt habendi. Verum, quia ſicuti eo in loco mihi plene non ſatisfacit Turiſani reſponſio, ita neque hic hæc ſecunda; ad tertiam veni, quam aut non vidiſti, aut finxiſti non vidiſſe, ſperaſtique neminem alium eam eſſe viſurum, aut in aliud tempus reiecisti, dum cauillum aliquem excogitares. Scribo itaque ſic. Quanquam dici poſſit & hic, temperiẽ hanc eſſe diſpoſitionem corporis viuentis; nam partes ſolidas alterat, &c. Contemplare & hic, an ulla poſſit in ſcriptis meis oriri uel minima ſuſpicio, morbum eſſe cadaueris diſpoſitionem? Hæc ad extergendam calumniæ maculam. Quantum verò ad rerum controuerſiam; nunquid humores tumorum ſint cauſa morbi efficiens, an materialis, licet alia multa commiſceas, & conculces, conſideremus quæ ſcribis. Sumis tibi examinandum cap.8. De Differ. 96.A
Morb. quem locum cum enucleate expoſuerim, non repetam, niſi quantum pertinet ad patefaciendos turpiſſimos, & non ferendos errores. Cum ibi Galenus enumeret quædam tam in numero redũdanti ex utili materia, quàm inutili; quorum quædam ſunt morbi, quædam morborum cauſæ: & morbos eſſe ſtatuat, quæ primò lædunt actiones, cauſas reliqua; tu nulla adhibita diſtinctione imperitiſſime, atque inertiſſime incipis: & quæris, an ſuffuſio, quam deſcribis eſſe humorem, ſeu vaporem obſcurum inter corneam, & cryſtallinũ ſubſiſtentem, ſit morbus; & negas eſſe morbum, quia non eſt diſpoſitio cor- 96.B
poris animati, & ſubſtantia eſt. Cum duo hic ſint argumenta probantia contra Galeni ſententiam, humorem illum morbum non eſſe: ex principiis meis ſecundum ita diluis; non humorem, ſed eius vitium morbum eſſe: vnde tolletur illud abſurdum morbum eſſe ſubſtãtiam. Vitium autem hoc opacitatem eſſe ſtatuis, & quæris, in quo ſu- 96.C

biecto sit, nunquid in proprio humore, an in ipso oculo, eiusve partibus, an in vtrisque, & ambigue ualde respondes; ex iis tamen, quæ sequuntur, colligitur, te negare, id esse in partibus oculi, & præcipue in humore albugineo, si recte intelligo: & eam adhibes rationem, quòd cum suapte natura humor albugineus sit tenuis, & pellucidus, sequeretur, si hæc opacitas in eo esset, quòd uno & eodem tempore esset pellucidus, & non pellucidus. Quis res magis alienas a ratione, & sensu vnquam protulit? Nunquam Paracelsus, etiamsi imperitior fuisset, quàm a te fingatur, tam fœde lapsus fuisset. Quis enim nõ uidet, humorem hunc ex pellucido opacum esse factum, si perfecta, & confirmata sit suffusio? quare tunc humor albugineus pellucidus dici non potest; si uerò suffusio incipiat, & unita non sit, erit pellucidus, & opacus, sed in partibus diuersis, ut apparet ex iis, quæ scripsi de duobus contrariis simul corpus occupantibus lib. 2. cap. 19. Sed omnino asserendum esse contendis, albugineum tunc seruare suam pelluciditatem, impediri uerò uisionem ob opacitatem humoris illius aduentitii, cum crystallini illustrationem intercipiat: sic aeris pars uaporibus, & nubibus obumbrata, non fit ex lucida non lucida, sed
96.D uapores, & nubes lumen solis arcent: sic album vinum rubeo permistum non recipit in se rubei colorem. Renouat magnus philosophus antiqua dogmata eorum, qui res non uerè esse, sed apparere asseuerabant; nam si uino albo rubrum permisceatur: album proculdubio rubro tingetur; vnde si dixero rubrum esse, dices me hallucinari, & rubrum non esse, sed rubrum apparere propter rubri præsentiam. Si etiam aerem nubilum & caliginosum, opacum, & obscurum dixero, falsum esse dices, & opacum apparere ob præsentiam nubiũ, & uaporum; sic humor albugineus uaporibus, & humoribus crassis imbutus opacus non est, sed ita apparet. Ratio autem, quæ tibi hæc somnia dictat, est, quia si diceremus humorem albugineum non lucidum, & aerem nubilum non lucidum, & uinum album non album,
96.C sequeretur, in eodem duo esse contradictoria. Quæ deductio nullam aliam absurditatem inuehit, quàm ingenii tui; nam (vt aerem nubilum, & uinum album rubro permistum omittamus) nonne humor albugineus suapte natura diaphanus, & translucidus cum sit, si occupetur vaporibus, & humoribus crassis, redditur opacus? non redditur, inquies, quia sic esset translucidus, & non translucidus; sed quid ita cogit? cum nunc sit opacus, & non pellucidus, sicuti ante erat pellucidus, & non opacus. Quare nec duo contradictoria, nec duo contraria simul sunt; quòd si adhuc aliqua pars sit pellucida, dicemus quidem

dem duo in eo esse contraria, sed in diuersis locis; atque hæc omnia, & alia consimilia possunt euenire: vt declarat Galenus 1. De Sympt. Caus. cap. 2. vbi enumerat symptomata uisus humoris huius vitio prouenientia. Sed demus vitium hoc non esse humoris tenuis, sed humoris crassi aduentitii albugineum humorem occupantis, vt videamus, quid inde inferas. Infers igitur. Si hoc vitium lędat actionem aliquã, 97. A
suam lædere propriam; sed cum hoc vitium non sit dispositio humani corporis, nec humani corporis actionem lędat, sed suam propriã, sequitur, morbum non esse; at ponitur, uitium hoc lædere visionem, quæ est actio oculi; quare si morbus non est, videndum est, quomodo lædat. Cum itaque artis principiis repugnet, actionem oculi impediri non læsa naturali oculi dispositione, sequitur, uitium huius humoris non posse actionem illam lædere, nisi prius lædat oculi dispositionem, a qua uisio emanat; nõ erit igitur morbus, sed causa morbi, qui erit mala oculi dispositio. Colligendum est hic, quæ nam vera, quæ nam falsa sint. Quòd igitur vitium illud sit humoris, & uaporis aduētitii, verissimum est; imò uerò aliter dicere non possumus, cum Galenus asserat, suffusionem esse morbum in numero redundante ex materia inutili: ita vero esse ob rationem a te productam, falsum est, quia quàm uana sit ea ratio, demonstrauimus. Verum est etiam, vitium huiusmodi impedire visionem. Quòd uero impediat visionem excitata mala dispositione in oculo, unde causa sit morbi, non morbus, contra Galenum est: qui cum animaduerteret, ex huiusmodi vitiis in numero quædam esse posse morbos: quædam causas morbi: statuit ea esse morbos, quæ primò actionem lædunt, ueluti suffusionem; est itaque suffusio de eius sententia morbus, & non causa. Vnde falsum est etiam tuum illud enunciatum, non posse lædi actionem alicuius partis, nisi eiusdem dispositio vitium contraxerit: & eius falsitas superius demonstrata est; nam cum visio actio proprie sit humoris chrystallini, læditur tamen plerunque, integra permanente dispositione illius humoris. Nec sermo ille de causis a me habitus lib. 1. cap. 7. tibi fauet; nam in morbis ex intemperie tantum solet euenire, vt causa corpori impressa morbus fiat. Cæterum cum videres Galeni locum tibi ex diametro repugnare, nolens aperte Galenum uellicare, ne in omnibus ei uidearis aduersari, tacitè uellicas sic scribẽs. Certius nihil est, quàm Galenum sibi contradictoria scripsisse, si ita 97. B
accipiantur eius uerba, vt sonant, utque intelligere ea uidetur Montanus. Probas deinde, me ita intelligere, vt sonant necessariò; de- C
" mum mecum trahere Galenum in infinitos errores, quos ante coar "
guisti.

guisti. Fateor ego me intelligere Galenum, ut verba sonant, quia author est dilucidus,& perspicuus, non perplexus, & ænigmaticus: nego verò vllum ex ea interpretatione errorem nasci; quòd si antea multos notasti, in omnibus ostendi te esse hallucinatum. Quare non huc iterum omnia transferenda sunt argumenta iam confutata.

Cum autem onus tibi incumberet alio modo exponendi ea verba, quàm sonent; pro noua expositione scribis. Malo palàm & inge-
» nuè fateri, me Galenum non intelligere, quàm tot absurditatibus eũ
97.C dehonestare. Niteris tamen demonstrare, eum aliter sentire, quàm
» ibi verba sonent: & non aduertis, dum fingis te eum defendere, nouam te illi addere calumniam, cum reddas ipsum sibiipsi repugnan-
57.C tem; sed hoc parum ad te. Tribus rationibus eum aliter sensisse
D probas, duabus primis tacitis, tertia expressa. Duas primas his pau
» cis absoluis. Quòd aliter senserit, vniuersa eius doctrina demonstrat.
» Idemque cap. 6. huius libri, si attente legatur, indicat. Primam rationem reor te subduxisse ex morbi definitione; cum enim sit dispositio corporis humani, sequitur, eam morbum esse non posse.

Secundam sic. Cum in illo 6. cap. De Diff. Morb. Galenus asserat, morbos instrumentales esse aut in parte actionis opifice; aut in vsum ei præbentibus, innuit, morbum in veris partibus corporis esse debere: at suffusio pars corporis non est, non ergo morbus. Si harum duarum rationum vim diuinaui, vtraque vana, & falsa est; quia minor propositio vtrobique falsa; in prima enim negas suffusionem esse dispositionem corporis; in secunda esse dispositionem partium oculi; quod vtrunque falsum est;& licet alias aliter responderim, nunc respondeo, suffusionem esse dispositionem corporis humani, & oculi ipsius: at quæ nam dispositio est? proculdubio in numero redundante inutilis materiæ; vnde sicuti sextus digitus est mala dispositio manus in numero redundante materiæ vtilis: sic suffusio est mala dispositio oculi: & sicut sextus digitus lædit manus apprehensionem: ita suffusio lædit visionem. Tertiam rationem deduxisti ex 8. cap. De
97.D Diff. Morb. Scribit eo in loco Galenus, vt scripserat de numero redũdante, ita de deficiente; eorum quæ deficiunt, alia esse morbos, alia causas: amputetur itaque integer digitus a manu; quæritur, an ille digitus resectus sit morbus,& dispositio,& negas esse morbum, aut dispositionem; nam quod non est, dispositio, & morbus non est; com-
98.A probatur id ex Galeno eodem in loco paulo post asserente, morbum esse partis superstitis, non eius, quæ amplius non est. Argumento hoc, nihil rudius excogitari potest. Certum est, digiti defectum

non

non esse morbum digiti deficientis; quis enim adeo sensuum exsors sit, qui ita sentiat? est igitur morbus, & mala dispositio totius manus; sed quæ nam est mala hæc dispositio? neque enim satis est dicere malam dispositionem, vt tu facis, cum asseris suffusionem lædere visionē per malam oculi dispositionem, aliis relinquens considerādum, quę nam ea sit; sed explicandum, quæ nam sit mala hæc dispositio; non enim res imaginariæ tractantur, sed sensatæ: ac vt in re aperta paucis agam, mala dispositio manus, est digiti defectus; cum enim digitis quinque indigeat, vno caret; hic itaque numeri congrui defectus est, & mala dispositio, & morbus totius manus; comprobatur hoc ex læsa actione. Cum enim manus actio sit apprehensio, ac manus, ita vt est formata, vt scribit Galenus 1. De Vsu Part. cap. 5. capere possit qualcunque moles tam maiores se ipsa, quàm minores: & quascunque etiam figuras, si abscindatur vnus è quinque digitis, non ita commode apprehendet, nec ita ualide. Huius autem læsionis nulla alia est causa, quàm digiti defectus. Digiti igitur defectus est morbus, & mala dispositio manus apprehensionem lædens. Ita etiam suffusio non est mala dispositio humorum, & vaporum alienorum, sed oculi ipsius: quia verè asserit Galenus partes actionum authores esse morborum subiecta: & sibi vndequaque consentit; & locus ille ex primo De Sympt. Caus. cap. 2. vbi asserit pterygium primò visionem lædere, ex hoc loco exponendus est, sed non modo tuo; nam vnguis est mala oculi dispositio, & morbus in numero redundāte; & primò visionem lædit. De te quidem non miror, sed de Vega, & Argenterio, quomodo non aduerterint huius opinionis absurditatem; cogūtur enim, pręter alia infinita absurda alibi demonstrata, & demonstranda, asserere, Galenum authorem vnum omnium dilucidissimum, & apertissimum alia dicere, alia sentire, perplexum, & obscurum esse. 97.A

Vt componas omnes difficultates propositas, sic tandem scribis. In 97.B.
morbis numeri ita obscurè locutus est, quia non habet proprium no- "
men aliud. Vocat igitur suffusionem morbum, sed intelligit per no- "
men hoc, oculi dispositionem læsam propter humoris lumen non "
transmittentis præsentiam. Ita dispositionem vesicæ, quæ propter la- "
pidis præsentiam alia est facta a naturali, cum nomine careat, causæ "
nomine appellat. Sic manus dispositionem, quæ propter amputatum "
digitum adest, cum proprio nomine destituta sit, defectum numeri, "
seu digiti vocat. Cur obscuritatem hanc in morbis numeri tātum "
constituis? nonne alii omnes morbi instrumentales obscuri sunt? vnde Vega, & Argenterius cautius, & prudētius omnes huiusmodi mor

bos

bos nomine causarum vocari asserunt; non aduertitis autem, quomodo peruertatis totam Galeni disciplinam; sic enim liber De Diff. Morb. erit De Causis; & liber De Causis non perscrutabitur causas morborum, sed causas causarum. Verum cum hæc plene confutata sint, non erimus nunc longiores. Ex diuerticulis in diuerticula, hoc est ex somniis in somnia, ex deliriis in deliria transgressus, repen
98.C te tandem ita concludis, quæ scripsisti ad argumentum Thurisani.
„ De ambigua Thurisani propositione, quam nobis Montanus veluti
„ Achillis clypeum obiicit, quomodo vera sit, aut non sit, satis dictum. Thurisani propositio nullam continet ambiguitatem; nam cum dubitasset, nunquid uitiata figura morbus esset, an causa morbi, constituit esse morbum hac ratione, quia primò lædit actionem; quare mens eius clara est; quòd vere ita sit, iam demonstrauimus, omnibus tuis nugis dissipatis. Cum itaque minorem propositionem tui syllogismi ex lib. De Caus. Cont. nunquam probaueris, nec Vegæ argumentũ, a quo probari poterat, confirmaueris, nec ab argumento Thurisani tutatus sis, sicuti tibi proposueras; transis ad defendenda ridicula quędam sophismata eiusdem Vegæ: & ferre non potes, me ea uocasse argutiolas; cum tamen ea confutem, non defendis: sed id tantum asseris, me eius argumentum non intellexisse. Quare denuo modo tuo
„ id construis, a Vegæ uerbis, & sensu alienum hunc in modum.
99.A Morbus est dispositio praua, quæ primò lædit actionẽ partis, in qua
„ est. Digitus abscissus non est dispositio manus. Non ergo lædit
„ actionem manus, nec etiam morbus est manus. Cum hoc argumẽtum nullam syllogismorum legem seruet, & eius conclusio siue recte, siue perperam collecta, nihil ad me pertineat, cum nusquam asseruerim, digitum abscissum esse manus morbum: sed potius ita asserentes reiecerim, intactum relinquam; conserues itaque tibi a me inuiolatum. In argumento sequenti cum Anatomem in libris meis exerceris: & totos eos perlustraris, miror te non recordari nunc quæ
99.B scripsi lib. 4. cap. 21. nam si recordareris, abstineres ab insulsis tuis argutioli de sexto digito. Declaro enim sextum digitum non esse morbum, vt digitus est; sed vt est mala manus dispositio in numeri excessu. Repetis iterum argumentum tuum ab Argẽterio desumptum, quod paulo ante confutaui, quando demonstraui tam defectũ, quàm excessum digitorum esse malam manus dispositionem, & morbum, & eius actionem lædere; vnde frustra quæris, quomodo digitus ab-
99.D sens possit esse dispositio manus? nunquam enim ego ea deliria pronunciaui, & nunquàm dixi, digitum deficientem esse malam manus dispo-

dispositionem: sed digiti defectum. Subdis deinde. Addit post pau 120.A
ca. Non figuram, sed inconcinnitatem eius, & incongruentiam mor »
bum esse. At digitus amissus nec, est figura, nec pars figuræ manus, nec »
inconcinnitas figuræ manus. Qua igitur ratione digiti amputati in- »
congruentiam manus morbum statuemus? Cum in superioribus, »
& hic confundas morbos numeri cum morbis figuræ, requiris, ut doceam, quæ nam inconcinnitas figuræ sit in digito amputato. Respondebo enim, digitum amputatum esse vitium numeri, distinctum a vitio figurę; vari autem, & ualgi sunt figurę vitia & morbi. Temere igitur, & inscite quęris a me, vt demonstrem morbum figurę in morbo numeri. In fine superioris responsionis collegimus summatim monstra, quæ totam Hippocratis, & Galeni doctrinam deuastabant. Hic verò illud tantum admonebo, quòd cum aperte dicere ausus sis, in morbis numeri Galenum aliud intellexisse, quàm eius verba sonent, atque hoc, quia qui Galeni verbis morbi sunt, non morbi, sed causæ sunt; idem in omnibus morbis tam similaribus, quàm instrumentariis pronunciasti. Vbique enim cum præceptoribus tuis Argenterio, & Vega, quos Galenus morbos esse statuit, eos nō morbos, sed morborum causas facis. Quare totam morborum disciplinā perturbares, nisi opinionem eam falsam, & falsis innixam rationibus demonstrassem; cum autem in hac vltima tertiæ Defensionis parte egeris de morbis organicis, mentionem nullam fecisti noui illius morbi conformationis, quem color præter naturam in oculo efficit, cum tamen te id facturum bis antea sis pollicitus.

DIGRESSIO CONTRA ALTERVM MEDICINæ professorem asserentem, morbum esse ad aliquid, & ex consequenti Galeni morbos morborum causas constituentem.

CREDO euidentissime demonstratum esse, Gale- 72.B
num rectissimè pronunciasse, morbos omnes esse 73.A
dispositiones præter naturam; & ideo qualitates primi generis. Exinde, quos ipse constituit morbos partium similarium, & organicarum, veros esse morbos, non autem morborum causas. Quare huic disceptationi finis esset imponendus. Cum tamen, vt supra quoque monui, ab initio mihi proposuerim in artis huius studiosorum beneficium hæc conscribere, sciam-

que non ex librorum tantum lectione, sed ex viua etiam præceptorum voce errores imbibi, alterius publici medicinæ professoris in hac difficultate assertiones ascribam: quibus mea sola reiecta, aliorum omnium opiniones amplectitur; vnde (ni fallor) magnũ errorum cumulum in vnũ congerit; vt hoc etiã pacto consulam iuuenum studiis, cum intelligent magis Galeno, quàm authoribus aliis, aut præceptoribus credendum esse. Nomini etiam huius professoris parcam, quia hæc ipse non edidit, sed ab eius auditoribus fuere excepta. Et quoniam planè, & perspicuè, quod neque Erastus, neque alter professor faciunt, rem totam sub oculos subiicit, omnia eius uerba adscribam, quę sunt huiusmodi.

De genere morbi, quod Galenus modò dispositionem esse ait, modò constitutionem, difficilis est controuersia, quę recentiorum medicorum animos diu, ac mirificè torsit, uolentium ad aliquod determinatum prædicamentum ipsum reducere; quod dum conantur efficere, in diuersas abiere sententias. Nam alii ad relationem, alii ad qualitatem, quidam ad vtrunque simul, nonnulli ad plura prædicamenta ipsum extendunt, ita vt etiam multa morborum genera sub substantia contineri velint. Causa dissensionis multiplex fuit, & primò quidem Aristotelis authoritas, qui inter primas qualitatis species morbos reponit, sub habitu scilicet, & dispositione; & qui in prædicamento Ad aliquid dispositiones ipsas collocat, manifestò indicat, morbum ipsum, qui sub dispositione continetur, in eodem prædicamento esse reponendum. Postea verò ipsa rei natura a quampluri-mis diligenter considerata fuit, vt ad alia etiam prædicamenta morbum extenderent, cum calculum, sextum digitum, lumbricos, tumores præter naturam, aliosque huiusmodi morbos, & substantias, & quantitates esse animaduerterent. Ego in tam difficili quæstione arbitror sic esse dicendum; quòd cum morbus formaliter, & propriè loquendo sit ametria, & mala quædam proportio, sic proculdubio in prædicamento Ad aliquid reponi debet. Sed cum relatio ipsa, sublatis terminis suis, àdeo paucam habeat existentiam, vt non defuerint inter philosophos, qui ipsam inter entia rationis putauerint esse reponendam, ob id medicus, qui sensum maxime sequitur, absque suis terminis, & vt ita dixerim, fundamentis eiusmodi relationem nõ cõsiderat; & ob id cum morbum dicit esse ametriam, simul etiam connotat, & intelligit ea, quorum est ametria, ut puta in similaribus partibus primas qualitates, in organicis verò numerum partium componentium, magnitudinem, formationem, ac positum, & in natura com

muni

muni vnitatem, ita vt nunquam ab ipso consideretur morbus, qui non includat ambo hæc, relationem scilicet, & terminum. Quando enim febrem, aut calidam aliquam intemperiem nominamus, duo per ipsam significamus, caliditatem scilicet tanquam terminum, & relationem ipsam, seu ametriam. Idem quoque de sexto digito, & aliis numeri morbis dicendum: substantia enim superaddita termini habet rationem, quem relatio, & ametria ipsa connotat; & quod de his diximus, de cęteris quoque est intelligendum. Vnum tamen est animaduertendum circa terminos huius relationis, quòd cũ duo necessariò existant, quorum vnus est res aliqua præter naturam addita, vt puta sextus digitus, vel caliditas excedens; alius verò est res ipsæ, quæ secundum naturam cuicunque parti inexistunt, nos cum dicimus morbum propriè importare ametriam ipsam, & relationem, & simul etiam connotare terminos ipsius, ita quòd secundum medicorum opinionem terminos dicamus includi in morbi essentia, illum solum dicimus esse accipiendum terminum, qui constitutioni naturali superadditus, ac præter naturæ ordinem corpori aduenięs, ametriam inducit. Cum verò hic terminus ad ipsam ametriam ita referatur, vt hęc sine illo nequeat consistere, non malè facturos arbitror, si qui dixerint, ipsum continentis causæ rationem habere.

His hunc in modum constitutis, dico, quòd cum relatio formaliter distinguatur ab ipsis correlatiuis, non malè faciunt authores, qui per eiusmodi relationem, morbum genericè definientes, dicunt ipsum esse ametriam. Quod genus si verum est, quemadmodum negari non debet, cũ ab Aristotele & a Galeno admittatur, nõ arbitror per dispositionem, aut constitutionem aliud sibiipsi voluisse Galenum, definitionem morbi afferentem, quàm hanc ipsam ametriam; ita vt dispositionis nomen non ad qualitates primæ speciei ita sit referendum, vt non possimus dicere aliquid esse morbum, quod non aliquam eius speciei qualitatem in se habeat: sufficit enim quòd sit modò substantia, modò qualitas primæ speciei, modò qualitas quartæ speciei, modò quantitas, quæ tanquam vnus ex terminis relationis, qui morbi essentiam constituit, ametriam illam efficiat, quæ formaliter & propriissimè est morbus, & quam Galenus vocat dispositionem; vel si quis philosophorum vocabula audire assuetus, non satis congruè dispositionem vocari putet, constitutionem saltem, aut alio quolibet magis appropriato nomine, vt cuique videbitur Galenus appellare permittit. Verumtamen sicuti in ipso morbo genericè explicando formalitas ipsa potissimum consideratur (licet non excludatur, quod

est materiale,& fundamentum, seu terminus relationis) ita quoque in singulis morbis sigillatim explicandis,materiale ipsum, quod est relationis fundamētum, a medico magis consideratur, ut potè quod sensui magis est obuium,& quod propriè indicat curationem, suiq; ablationem,cum ab ipso morbi essentia conseruetur, & foueatur. Hinc fit vt Galenus sextum digitum,calculum, lumbricum, superantem caliditatem in intemperie sine affluxu materiæ,& materiam supra modum calidam in ea quæ est cum affluxu,& magnitudinem auctam,& alia id genus morbos esse dicat; non quòd putet ista dispositiones, aut constitutiones,aut ametrias esse (quis enim sanæ mentis id asserat?) sed quòd sciat hanc ipsam ab illis proximè vitiari, esseq; ametriam illam,& relationem adeo tenuis (vt ita dicam) entitatis, vt à medico morbi curationem præcipuè intendente,& qui illam in morbo genericè definiendo,satis explicauerat,vix veniat attendendum. Atque hæc breuiter sunt præcipua meæ opinionis fundamēta; quæ si velim latius diffundere, operæ precium erit, singula, quæ in hac materia a diuersis scriptoribus allata sunt argumenta, sigillatim expendere,& aliorum confutatis solutionibus,meam,quæ ex supradictis fundamentis eliceretur,subiungere;quod cum nimis laboriosum sit,nec difficulter admodum ex his,quæ dixi, fieri posse existimem,ab hoc labore supersedebo, & illud tantummodo subiungam, quod non parum ad hoc negotium cōducere existimo; quòd scilicet Aristoteles,quādo in prædicamētis morbum in prima specie qualitatis reposuit,non simpliciter id protulit,sed iuxta eam opinionem, quam vel ipse sequebatur, vel vt ab aliis admissam ipse in sua philosophia inserit,cum morbum esse definit ametriam calidorum, frigidorumque, indicans se similarium tantummodo morborum notitiā habuisse,ideoque nil mirum,si inter primæ qualitatis species ipsum numerauerit.Addo insuper,quòd quemadmodum qualitatis nomē, quod præssius acceptum a reliquis nouem prædicamentis distinguitur,si latius accipiatur,ad omnia prædicamenta extenditur,cum dicimus accidentia omnia, & differentias ipsas substantiales prædicari in quale,ita quoque non inconuenit,dispositionis nomen, quod iuxta vnam significationem propriè dictę dispositioni, & habitui quoque accommodatur, ita interdum latè patere posse, vt ad relationē quoq; referatur,ad quā ipse etiā Aristoteles eam pertinere affirmat; idque tanto magis facere possumus,quando liberum facimus vnicuique, vt si dispositionis nomine relationem illam nolit appellari, aut constitutionem,aut alio quopiam nomine vocet. Illud præterea

non

non est prętereundum, quòd quanquam semper relatio distinguatur a terminis; nihilominus in quibusdam morbis adeo exigua, & adeo latens est huiusmodi differentia, vt ægrè a se inuicem vtraque hæc se iungi possint: idq́ue potissimum nascitur ex ipsa prædicamentorum natura: inde fit, vt ob maximam, & euidentem omnibus differentiã, quæ est inter substantiam, & ad aliquid, nemo sit, qui non agnoscat discrimen, quod intercedit inter ametriam, quam inuehit sextus digitus superadditus, & ipsummet digitum. Contra uerò in primis qualitatibus difficulter admodum distinguitur ametria ab ipso termino, hoc est a qualitate superante; vnde euenit, vt quanquam rei ipsius natura diuersitatem hanc nobis indicet, ipsam tamen sæpenumero medicus non consideret. Professor hactenus.

Licet autem ex libro De Morbis, atq; ex hoc tractatu omnia hæc iam refutata sint, vt funditus prauæ huiusmodi opiniones extirpentur, quædam repetere non grauabor. Vega primus recentiorum, vt declinaret argumenta Argenterii in Galenum intentata, scrupulos, & tricas has in artem inuexit; statuitq́ue sanitatem, & morbum esse ad aliquid, non qualitates; ea potissimum de causa, quia videt Galenum asserentem, sanitatem esse symmetriam, & morbum ametriã; quare vt quæsiti huius veritas elucescat, primum Galeni mens aperienda est. Hic in lib. De Morb. Diff. cap. 2. scribit, quidquid naturale est, moderatum esse: quidquid præter naturam, immoderatum; vnde colligit, sanitatem symmetriam, hoc est moderationẽ: & morbum ametriam, hoc est immoderationem esse: & quorum sanitas moderatio sit, eorundem morbum esse immoderationem; explicat deinde, quorum sanitas sit symmetria: & consequenter quorum morbus sit ametria; si itaque sanitas partium similarium, ex Methodicorum positione, sit meatuum moderatio: earundem morbus erit meatuum immoderatio; quod quomodo eueniat, docet cap. 4. his uerbis. Necesse est similarium quamlibet partium suum habere robur, cum meatuum moderationem obtinet: qua moderatione corrupta, a naturali dispositione digrediatur, oportet. Sed quoniam vnaquæque mediocritas duplicem patitur corruptionem, alteram exuperantiam; alteram defectum, liquet, quòd primæ passiones corporum simpliciũ duplices erunt; quarum alteræ ex ampliatione: alterę ex angustatione meatuum consistunt. Si verò ex Dogmaticorum sententia sanitas sit moderatio quatuor elementorum, calidi, frigidi, humidi, sicci: eorundem elementorum immoderatio morbus erit; quod quomodo eueniat sic docet. At qui elementa pati supponunt, mutuisq́ue inter

se

" se actionibus per se tota misceri, ac temperari, quocunque numero
" constare prima elementa supponunt, totidem primas esse ægritudi-
" nes necessariò fatebuntur. Age igitur sint prima elementa numero
" quatuor calidum, frigidum, humidum, & siccum; quibus inuicē mo-
" derate confusis, sanum sit animal: immoderate verò, ægrotum: erunt
" consequio ægritudines quatuor; prima caliditas, quæ naturalem ex-
" cesserit symmetriam: secunda frigiditas; tertia humiditas, & quarta
" siccitas. Quæ dicta sunt de morbis partium similarium, regula nobis
sint reliquorum omnium morborum, ne huc transferre cogamur totam de morbis tractationem. Si quæras, quomodo capienda sit hæc moderatio, & immoderatio elementorum, docet id Galenus primo De Tuen. Valet. cap. 5. Cum itaque eorum moderatio sit duplex, altera quæ sola potius cogitatione depingitur, quàm verè subsistat in animantium corpore: altera, quæ in sanis omnibus subsistit; hęc secūda tantum medico pensitanda. Sed cum corpora sana valde sint diuersa, diuersæ sunt & elementorum symmetriæ. Consideranda itaq; est symmetria, quæ secundum cuiusque naturam; & ametria, quæ præter cuiusque naturam est. Quæ diuersitas apparet etiam in partibus ipsis; alia enim symmetria est elementorum in corde, alia in cerebro, alia in ossibus, alia in carnibus. Cor calidum, cerebrum frigidum, carnes humidæ, ossa sicca; symmetria igitur elementorum in vnoquoque homine est, quæ vnicuique congruit: in vnaquaque parte corporis, quę vnicuique parti corporis commoda est; vnde ametria vniuscuiusque erit recessus a symmetria illi congrua; quod de partibus etiam dixeris. Qua de causa Galenus de hoc recessu uerba faciens in Arte Med. cap. 28. admonet, quòd unamquanque partem
" se ipsa vel calidiorem, vel frigidiorem, vel sicciorem, vel humidiorē
" dicimus factam, non alicui rei alteri comparantes, sed ad seipsam.
Et propterea 14. Meth. cap. 14. aggressurus curationem morborum
" numeri, & magnitudinis. Ea sunt inquit, quæ in numero, & magni-
" tudine conuenientem modum excedunt, tum quæ in ambobus his
" deficiunt. Dixi in hoc loco conuenientem, quòd si conferentem, vel
" conducentem, vel secundum naturam, vel vtilem alibi vsurpauero,
" eadem sermonis uis erit. Hinc patet, cum dicimus, sanitatem esse symmetriam, nihil aliud nos significare, quàm statum, & dispositionem naturalem, utilem, conducentem, & congruam corpori. Cum morbum ametriam dicimus, dispositionem corpori præter naturalem, incongruam, non conuenientem, inutilem, noxiam. Hinc etiā patet, cum quilibet homo suam habeat symmetriam, & vnaquæque

pars eius suam, qua actiones probè celebrantur, ametria recedens ab illa symmetria lædens actiones morbus erit. Hinc etiam patet, quod naturale est, symmetrum, quod præter naturam, asymmetrum esse. vnde sequitur, nos lib. 1. cap. 11. rectè statuisse sanitatem, & morbum esse qualitates, & ad aliquid referri; qualitates esse, vt dispositiones sunt: ad aliquid referri, vt moderatæ sunt, vel immoderatæ: moderationemque, & immoderationem referri ad subiectum dispositionum ipsarum. Nec Galenus considerauit symmetriam nudã, cadentem inter qualitates ipsas; nunquam enim constituit, temperiem cordis esse proportionem quandam inter calidum, & frigidũ, inter siccum & humidum: cum nuda illa proportio nullam habeat vim agendi, sed actiones omnes a qualitatibus ipsis emanent. Cum igitur cordis calidioris, quàm cordi conueniat, indicia tradit, magnitudinem respirationis, pulsus uelocitatem, & frequentiam, audaciam, & naturam promptam ad agendum, putas ne tu id a proportione, & relatione, an a caliditate excedente prouenire? haud negauerim adesse illas proportiones, sed cum uim agendi non habeãt, non spectant ad medicum considerantem actionum causas. Lege totum eum librum, non inuenies, Galenum harum proportionum indicia inuestigare, sed qualitatum ipsarum excedentium. Et propterea apud ipsum sanitas, & morbus uerè sunt primæ speciei qualitates; ut uerò sanitas corpori symmetra est, morbus contra, dicuntur etiam ad aliquid. Hæc est uera Galeni mens; a qua longè recedens uir hic celeberrimus, multos (ut mihi uidetur) commisit errores; quorum hæc fuit origo. Cum legisset apud Galenum, morbum esse ametriam quandam, putauit, ametriam in definitione morbi genus esse; & ideo pronunciauit, morbum in prædicamento Ad aliquid esse debere; cum autem videret, uocem ametriæ non plenè explicare morbi naturam, subdidit, ametriam connotare, complecti, includere terminos, & fundamenta, quibus innititur: quæ omnia Galeni definitio uana esse docet. Cum enim in ea dispositio uerum sit genus, & dispositio qualitas sit, morbus etiam qualitas est. Perfecta, & perspicua est Galeni definitio: nihil tacitè connotat; sed apertè exprimit tam relationem, quàm relationis fundamentum. Relatio exprimitur uerbis illis, præter naturam, quæ nihil aliud significant (ut in excursu nostro demonstrauimus) quàm ametriam, & immoderationem, cuius fundamentum est dispositio; nam dispositio præter naturam, & dispositio ametra, aut immoderata, pro uno, & eodem habentur a Galeno. Cum uerò separat terminum a relatione,

tione,& terminum relationis causam facit, multa Galeni dogmata uidetur euertere. Primum enim in morbi definitione erit includenda causa eius efficiens, quæ nullo modo includi potest, aut debet. Cum enim Galenus ait, morbus est dispositio præter naturam lædẽs primò actiones, ubi est hæc causa? certè ne excogitari quidem potest: addenda erit igitur; at inde sequetur, hanc Galeni definitionẽ esse mancam. Quòd si omninò addatur, hæc causa erit continens, ut ipse etiam fatetur. Habebunt igitur morbi omnes causam continentem, quod nullus unquam huius causæ assertor ausus est affirmare: Galenus eam certè ab omnibus remouit. Definitio Galeni rectissimè est instituta, & terminus in ea est genus: relatio uerò differentia; dispositio enim genus est, quod tam sanitatem, quàm morbum amplectitur: præter naturam est, differentia, quæ morbum a sanitate separat; sed per hunc uirum doctissimum dispositio esset causa: præter naturam, esset morbus: quo quid absurdius excogitari potest? Præterea si terminus est causa morbi, & relatio morbus, sequetur, relationem esse causam actionum, quod etiam ipse abhorret. Si uerò relatio non erit primò causa impeditarum actionum, sed terminus, sequetur aliud absurdum, causam morbi primò actiones lædere. Præterea falsum esset, quod Galenus scribit 1. Meth. cap. 8. Morbos sine causis esse posse; nam si terminus est causa continens relationis; terminus autem est causa; relatio morbus: morbus sine causa nunquam erit. Præterea locum habebit hic scitum authoris De Opt. Secta. Indicationes curatorias a solis causis sumi, a morbis nequaquam; nam sublato termino tolletur relatio. Sed alia, quæ restant, prosequamur; Ametriã genus in definitione morbi cõstituit; at quis non uidet, dispositionem esse genus; ametriam uerò differentiam? nam morbus est dispositio ametra, quod idem est, quod præter naturam. At, inquit, Galenus per dispositionem hanc ipsam ametriam significauit; & non aduertit, se uanum & nugacem Galenum facere. Nam si dispositio nihil aliud significet, quàm ametriam, & apud Galenum constat, quod præter naturam est, ametrum esse, definitio hoc pacto se habebit. Morbus est ametria ametra. Cum uerò repetit, In definitione morbi relationem connotare terminum, qui subintelligendus sit, si quæras, qui nam termini sunt subintelligendi? Substantia, inquit, qualitas primæ, & quartæ speciei, & quantitas; ut hoc pacto confirmet positiones Fuchsii, & Fernelii a me recitatas lib. 1. cap. 4. & tribus sequentibus refutatas. Ac sanè rationes, quibus tunc usus sum, ab hoc uiro clarissimo erant confutandæ, antequam absur-

das illas opiniones, & dogmata Galeni euertentes exsuscitaret; eas hic non adscribam, cum ab omnibus legi possint; & in hoc etiam tractatu demonstratum sit, Galenum in definitione morbi usurpare nomen dispositionis in suo antiquo significatu pro prima specie qualitatis, quia reuera morbus in qualitate est. Tacebo rationes illas, quas recitat in tradenda differentia definitionis genericæ morbi, & singulorum morborum explicationis; reuocant enim scita Vegæ, & Erasti, iterum, atque iterum a me explosa. Pariter omittam rationes nonnullas, quas ille reddit, cur Aristoteles morbum in prima specie qualitatis collocauerit, & illam inter cæteras, quòd ille partiũ similarium tantum morbos nouerit, cum apertè ueritati repugnet, & confutatione non indigeat. At omisso Aristotele, quid de Galeno dicendum est, quem certo certius constat, dispositionem pro qualitate primæ speciei semper usurpasse? Sed ad Erastum reuertamur, qui vtinam ordinatus, pressus, & perspicuus esset; quemadmodũ est uir hic ingeniosissimus, & doctissimus: minus enim laboraremus, & breuiores essemus.

DEFENSIONIS QVARTAE, PARS PRIMA,

In qua ante congressum multa confutantur ad causam continentem pertinentia.

ACTVRVS de causa continente, multa præfaris, in quibus me sæpe vellicas; quare antequam ad rem veniam, quædam ex hac præfatione retundam.

Cum mihi vitio das, quòd annos vigintiquinque (nõ pauciores enim fuerunt, vt verum fatear) in libr. De Morbis insumpserim, id tuo solito iudicio facis, vt semper quæ laudanda sunt, reprehendas, & reprehendenda laudes. Cito quidem totum id opus scripseram; sed diu apud me continui, & sæpe, ac sæpius legi: & quotiescunque legi, aliquod vitium occurrit: & quantamcunque adhibuerim diligentiam, multa adhuc me effugerunt, vt noua editio indicabit. Has Defensiones etiam paucis mensibus scripsi, sed hactenus quinquies, & diligenter legi; & in hac quinta lectione multa immutanda occurrerunt; sic enim fert imbecillitas humani ingenii, vt quod perfectum, atque absolutum est, aut nunquam, aut rarò, & magna cum difficultate inueniat: & ideò magis laudari solent, qui fœtus suos tardius, quàm qui festine edunt; sed

tu aliter iudicas non uerbis tantum, imò verò & re ipsa, cum plurimū contendas studiosis persuadere, te tuam hanc Anatomem præpropere confecisse; quod primum putaui te facere ad ostentandum ingenium; sed postea deprehendi, te id data opera fecisse, vt hæc festinatio turpissimorum errorum, quos commisisti, tibi esset excusatio.

102.B Quinquaginta uitia, quæ hactenus in fœtu meo notasti, si iterum enumerabis, multo pauciora inuenies; sed si tuorum numerum rectè sub duces, non pauciora, quàm quinquagies quinquaginta; nec mirum, cum quot de tuo sint sententiæ, tot sint errores, & plures etiam. Nec pauciores restant notandi, vt re ipsa, non verbis, & nugis demonstrabo.

102.C Cum asseris librum tuum De Cau. Cont. me in te præcipuè cōcitasse, id ego ingenuè, & liberè fateor; quia cum hoc solum ex operibus tuis cum aliqua attentione legissem, sperans ex titulo, & epistolarum pollicitationibus me esse inuenturum, qui litem luculenter a Leoniceno, Fuchsio, SchegKio, Valeriola, & aliis preclaris ingeniis agitatam, tandem sedaret; deprehendi te eos tantum pertinaciter imitari, qui deteriorem partem sunt sequuti. Quare mouit id mihi non parum stomachum, & indignationem; auxit hæc scribendi modus, quo nullum vnquam legi deteriorem; solent alii suppositis, & exemplis opportunis res obscuras illustrare: at tu frequenti inculcatione suppositorum, & exemplorum, quorum nulla est necessitas, res perspicuas obscuras, & obtenebras; materiam materiæ ita implicas, vt difficulter certa conclusio huius vel illius appareat. Taceo frequentissimas illas repetitiones eorundem argumentorum, quæ ingens etiam volumen deformarent: taceo inusitatas, & confusas distinctiones; ordinem scribendi prætereo, in quo scriptorē De Opt. Sect. familiarem tuum imitaris; cum enim totam iam quæstionem de hac causa scripsisses, tum demum nominum significatus explorasti. De portentosis positionibus nihil dicam; sed si fortè in earum quāpiam incidemus, eius turpitudinem patefaciemus. Verum, quod instat agamus. Transfers huc totam ferè secundam epistolam tractatus illius, vt volumen augeas, cum satis esset, demonstrare morborum causas esse efficientes, quibus positis morbi necessariò ponātur: summotis, summoueantur; nam de hac controuersia est; & de hac loquar, cæteris omissis. Cum cicatrices tuas refricas, & scribis, potuisse me præterire quæ lib. 2. cap. 11. & 12. scripsi contra te de dispositionibus partium similarium, earumque causis; quoniam ea nō

103.C produxisti ad probandam causam continentem; declaras, te uerè fluxam, & labilem habere memoriam. Vbi enim primum oculos ab eo

loco legendo sustulisti,oblitus es,quid tibi eo loci obiiciam; obiicio autem, quòd primas qualitates excedentes,causas morborum, non morbos esse constituas: cum etenim quæstio hæc ibi tractaretur ex proposito contra Argenterium, & Vegam, nolui eorum alumnum præterire;nec tunc portentum illud a medicina depuli propter causam continentem,sed propter seipsum.Quòd verò opinio illa valeat ad asserendam causam morborum continentem, indicasti tu in 3. Epist.illis verbis. Hoc modo omnis omnino morbus causam haberet coniunctam,quanquam iniecto aculeo, aufugias. Quòd neges " ea ratione te vti velle pro causa continente,imprudenter facis; nam si uerum esset delirium illud, causa hæc necessariò introduceretur. Cum verò negas te uti uelle hac ratione, quia non est animus tibi de hac causa accurate adeo,exquisiteque differere,;quod etiam in tertia illa Epistola asseruisti,mihi videtur,sicuti id tunc satis opportunè asserebas,nunc id te non posse asserere,cum in 2.parte Anatomes nihil aliud sis molitus, quàm vt non ambigue amplius, sed apertè iam a Galeno desciſceres, & monstrum illud in medicinam inueheres. Quare siue admittas,siue respuas rationem illam,ipsa tamen per seipsam causam morborum continentem astruit. Quòd causa continens sit, quæ præsens effectum producat: abiens secum auferat, id 104.B tanquàm Galeni dogma accipio. Quòd verò morbus huiusmodi causam habeat,ex Galeno constantissime nego;quia cum morbus sit dispositio,& res facta,causam huiusmodi non potest habere. Vnde cum asseris, Galenum abhorruisse nomen causæ continentis in hoc significatu,quo morbi, id est rei factæ causa dicitur, rem tamen non damnasse, nec damnare potuisse; ego totum oppositum sentio; & Galenum rem damnasse,& significatum non abhorruisse;quòd hinc 104.B facilè constare potest,quia causa morborum continens a medicis in- C troducta est ad Stoicorum imitationem,qui quidem aerem, & ignē, aquæ,& terræ causam continentem esse statuunt; quo significatu dictum est etiam ab Aristotele 1. De Ani.90. Animam continere corpus,hoc est unire;& 2.de Genera. & Corr.49. Terram in mistis ab aqua contineri,ut unita permaneat,& non dispergatur; cum itaque apud Stoicos tam continens causa, quàm contentum actu sint; & ideò res factæ,atque absolutæ; a causa pendeant; & medici suas causas continentes ad imitationem Stoicorum introduxerint, non potuit Galenus significatum primum respuere, si secundum admisit, cū primus propius accedat ad causam continentem Stoicorum; at uerò cum causam continentem admiserit in iis tantum, quæ actu non

sunt,sed fiunt,uidetur proculdubio rem damnasse potius,quàm signi ficatum: & ideò nullam huiusmodi causam admisisse. Cum vrges, Galenum 1.De Loc.Aff.cap.2.asserere,humorem uitreum fuisse causam doloris colici; idque probare ex definitione causę continentis, non appellare tamen eam causam continentem,sed antecedentem; vnde colligis, cum re ipsa causam morborum continentem admittere; sed eius appellationem auersari; respondeo Galenum in eo capite solum causæ nomen vsurpare,non continentem,non antecedentẽ addere, quia non tradebat causarum distinctiones, sed demonstrare uolebat, causas interdum affectus leues parere, qui cum causa cessãt; interdum graues, & stabiliores, vt remota etiam causa perseuerent: non potest itaque inde colligi,quod colligis. Quomodo verò locus ille sit intelligendus, videbimus in congressu,in quo hunc locum iterum producis. Ad locum Hippocratis ex lib. De Veteri Med. quẽ apud SchegKium potius obseruasti,quàm apud Hippocratẽ, possem respondere, dubium esse apud me, an liber ille sit veri illius Hippocratis,qui composuit librum de Nat. Hum. Causa, cur dubitem est; quia video,eum oppugnare principia Hippocratis tradita in libro illo; sic enim sentit quidam Paracelsicus uir,meo iudicio, & doctus, & ingeniosus,cum eius libri argumentum ad unguem perceperit; licet in 3.Antiparacel.nugis,& deliramentis eius sententiam refellere coneris. Sed nolo,quantum mihi per te licebit,a proposita altercatione digredi. Quisquis sit author ille,dico eum ibi loqui de fluxionibus,quæ ad fauces decumbunt, quæ si salsæ, acres, & mordaces sint,inducunt raucedines,anginas,erysipelata, & peripneumonias; quòd si in aliam temperiem mutentur, morbi cessant. Hæc sanè ieiunè, & indistinctè sunt prolata,quare enucleanda,& distinguenda. Hæ igitur fluxiones,aut intemperiem nudam excitant,aut tumorem etiam: si solam intemperiem,dico,remedia illa, quæ corrigunt intẽperiem causæ, corrigere etiam morbum ipsum; quare mirum non est,si morbus cum causa cessat; si verò tumor adsit, qui magnitudine non lædat, potest & hic cum alteratione causæ alteratus,simul cum ea summoueri; sed si magnitudine læderet,difficile est cogitare, quo modo alterata tantummodo causa, sedari posit, cum potius causa euacuata sedetur. Si igitur fluxiones morbum permanentem excitarunt,& ad earum correctionem morbus cessat, alio modo esse non potest, quàm diximus; sed quia locus Hippocratis mentionem facit alterationis, non euacuationis; & ideò non plenè comprobat positionem tuam, sic scrupulum eximis. Qui morbos propter mutatam

qualitatem causæ mox solui concedit, multo magis eosdem ablatis „ causis, solui concedet. Sed hoc falsum esse apparet ex demonstratis; „ nam etiamsi alterata causa, morbus tollatur, non tamen sequitur, euacuata causa, eum necessariò tolli, ut colligitur ex regula Galeni tradita in Art.Med.cap.88.ex qua patet, causa euacuata, & sublata, morbum adhuc remanere posse. Idem probas ex Aristotele 2. Poste. 106.B
56.& 57. ubi asserit quasdam esse causas, quæ semper sunt cum suo effectu; ueluti interpositio terræ cũ Lunæ defectu; nam cum fit Lunæ defectus, ob interpositionem terræ fit: cum factus est, ob terræ interpositum factus est: cum futurus est, ob terræ interpositum fiet. Locum affers arduum, & obscurum, cum in eo exponendo magnum sit dissidium inter ueteres, & recentiores expositores; Themistius, Philoponus, Eustratius, & Auerroes statuũt, Aristotelẽ ibi loqui de causa formali, quæ semper est cum suo subiecto, & negant id posse affirmari de causa efficiente. Quorum sententia, si uera est, non solum non cõprobat sententiam tuam, sed penitus infirmat; alii uerò aliter. Sed ne me auoces ab instituta materia, concedam Aristotelem agere ibi de causa efficiente; sed licet de causa efficiente intelligat, non intelligit tamen de effectu facto, sed de eo, qui fit, & in motu est, ut exempla declarant; nam defectus Lunæ nihil aliud est, quàm priuatio luminis, quo a Sole solet illuminari. Videamus itaque, quomodo se habeat causa illuminationis, & apparebit, quomodo se habeat causa priuationis. Illuminatio itaque est actio Solis, quæ semper in motu est, & in successione: quare rectè dicitur Sol esse causa efficiens, & continẽs huius illuminationis; cum enim Sol Lunam respicit, eam semper illuminat; & cum Luna a Sole respicitur, semper illuminatur; sicuti cum adsunt tres causæ pulsuum arteria semper pulsat, & cum arteria pulsat, semper adsunt illæ causæ; at quis non uideat, istas esse actiones, & motus? Priuationes uerò actionum, & motuum, licet nõ sint actiones, aut motus, ad eas tamen reuocandæ sunt, ut patet in morbis; nam sicuti sanitas est causa continens actionum omnium corporis humani, ita morbus earum est deprauatio, & ablatio. Exempli gratia, sanitas oculi est causa continens uisionis; nam si oculus sanus est, probe uidet; & si probe uidet, sanus est; sed si morbus exoriatur, ueluti suffusio, oculus uisione priuatur; suffusio igitur est causa huius priuationis; & sic omnes morbi lædunt, impediunt, & deprauant actiones, & deprauatarum actionum causæ sunt continentes; & licet nullus tunc adsit motus, nulla adsit actio, morbus tamen causa earum priuationum est continens. Idem dicendum est cum lumen Solis, cau-

sa

sa sit continens luminis Lunæ,quæ actio quædam est;ita interpositus terræ est causa continens priuationis huius actionis; vt illa interpositio sit ueluti morbus quidam. Et propterea locus ille Aristotelis intelligendus est de causis efficientibus adhuc,non quæ iam effecerũt. Sed dici etiam potest, exempla eo in loco ab Aristotele tradita esse definitionis causalis,quæ explicat quod quid est definiti, & cum suo definito conuertitur; quia reuera idem sunt definitio, & definitum. At causa morbi continens a te inuecta,neque est definitio morbi, neque cum morbo conuertitur. Sed contemplemur causas, ob quas &
107.A hic,& in tract. De Caus.Cont. ais,Galenum abstinuisse ab huius causæ appellatione. Prima quidem ualde est friuola; nam si Galenus ab usu eius nominis abstinuit ad euitandam ambiguitatem, cur nomen id usurpauit in causis pulsuum, & aliarum rerum, quæ in motu sunt,qui significatus minus erat in usu,cum omnes ferè causam continentem de causis morborum usurparent? Quare si abstinuit ab ea, non ob significatum abstinuit, sed quia rem abhorruit. Nec mi-
107.B nus friuola est secunda; imò uerò & falsa; multi enim præter causam euidentem,& antecedentem addebant continentem; ut patet etiam apud Dioscoridem in procemio libri sexti. Præterea inter causas pulsuum hanc reposuit, & reposuit, quia locum in illis habebat; inter causas morbi non collocauit,quia in illis locum non habet. Tertia etiam falsa est, quia Galenus nunquam abhorruit a uocibus usitatis,etiam si barbaræ essent,ut patet de synocho. Quare si qua esset morborum causa continens,eam non prętermisisset.
107.C Quarta causa est contra præcipuum Galeni institutum, ueritatem cæteris rebus omnibus anteponendi. Præterea magis incursurus erat in sectarum reprehensionem, confundendo causam antecedentem cum continente, quàm distinguendo utraque nomine suo uocata. Nec locus a me sumptus positionem tuam confirmat. Excuso enim ego Galenum, quòd in gratiam sectarum earum eundem morbum in uariis generibus collocabat, modo id arti curandi non repugnaret; at tu cum excusas non de hac uarietate, sed quòd omiserit causæ continentis appellationem, in cuius omissione non potuit effugere reprehensionem saltem sectarum,quæ eam usurpabant. Nec uideo, quomodo potuisset effugere rixas cũ Sophistis, si ita indistinctè causam antecedentem pro continente etiam usurpasset.Ex eo enim patet,Galenum quidem rationem sectarum habuisse,modò id in ægrorum detrimentum non uergeret.Sed si abstinuit à mentione causæ cõtinentis morborum,quæ sectis quibusdam erat in usu, hæc fuit causa

potius earum in ſe odium concitandi, quàm conciliandi gratiam. Cum uerò ſcribis; Nolo dicere iam quàm belle Galenum excuſet; „ res eſt mira, te eum locum produxiſſe ad confirmandam quartam illam excuſationem: eundemque taxaſſe; nam dum taxas, detrahis illi de authoritate ad confirmandam poſitionem tuam. Excuſatio autem illa ſiue bella, ſiue turpis, a te redditur turpior, dum uerba mea mutas, vt in aliis multis locis doloſè facis. Non enim dixi, ſi repugnātia ſcribere deprehenſus fuiſſet, ſed ſcribere uideatur; aliud eſt ſcribere repugnantia: aliud ſcribere uideri; nam quædam repugnantia uideri poſſunt, quæ non ſunt; unde ſtatim ibi demonſtro, quæ uidebantur in Galeno repugnantia, repugnantia non eſſe. Quinta excuſatio tota putida eſt; nam propter Methodicorum odium debuit potius eam cauſam uſurpare, quàm omittere. Sic enim in eos odium exercuiſſet, cum eorum ſecta cauſam eam reiiceret, vt ſcribit in lib. De Sect. cap. 7. & in Apologia Hippocratis contra Iulianum. Facilè, inquis, non loquebatur cum Methodicis: ſed ſi legiſſes libros Methodi ſaltem ut legi debent, vidiſſes, quàm frequenter cum eis loquetur, & altercaretur. At cur non loquebatur? ne quis ſuſpicaretur eum aliter ſentire, quàm ſentiret. At cur hęc ille uerebatur, quem de omnibus morbis aliter loqui, aliter ſentire paulo ante aſſeueraſti? Præterea aliud eſt loqui, aliud ſcribere: & Galenus, ſi quis alius, in ſcribendo non temporum ſuorum tantum rationem habuit, ſed poſt futuras ætates reſpexit. Quare ueritatem ſemper eſt amplexatus. Poſtrema cauſa ordine, ſed non dignitate indicat, omnes ſine dignitate eſſe, cum ipſa indignisſima ſit, & abſurdisſima. Nam ſi uerum eſt, 137.D 138.A cauſam continentem fuiſſe prætermiſſam, quia non erat in omnibus morbis, ut in 2. Epiſtola De Cauſ. Cont. aſſeruiſti, prætermittere debuit etiam antecedentem, cum in omnibus morbis non ſit. Pręterea ſi antecedens tranſit in continentem, cur omiſit continētem potius, quàm antecedentem, ut confuſionem euitaret? At perpende & hic tua illa uerba. Poteſt res calefaciens intemperiem corpori ſic in „ figere, ut ipſa recedente, non amplius ſoluatur altius impreſſa iam ca „ liditas; vocas hic caliditatem impreſſam intemperiem, & morbum; quod quidem uerum eſt: at poſitionibus tuis ualde repugnat. Nec credo, te conſilio, ac iudicio aliquo partem ueritatis tandem eſſe confeſſum, ſed temere, & imprudenter, ut omnia. At quæ nugę ſunt hæ? Nonne ſatis erat, ſemel deſipuiſſe in eis ſcribendis, niſi & iterum eas inculcaſſes? certè Iuliano ſimilis es, quem ſæpe in ore habes, qui non niſi nugas effundebat, nullumque ex ſe probabile

bile argumentum promebat. At cur non admonuit aliquando lecto rem Galenus, ſe appellationem illam prætermittere, rem tamen admittere?

DEFENSIONIS QVARTAE, PARS SECVNDA, In qua argumenta pro cauſa continente refelluntur: & contraria defenduntur.

IN hoc congreſſu (vt ſuperuacanea, quantum in me eſt, recidam) ad rem ſtatim ueniam, & ordini tuo inſiſtam. Cum itaque ſeptem argumenta mea, tuo modo constructa, & diſtributa recenſeas: deinde rationes tuas in medium proferas ad aſciſcendam in morbis cauſam continentem; tandem argumenta mea confutes: ego primum rationes tuas diſcutiam; deinde ad argumenta mea defendenda veniam. Quantum itaque ad primum, cum aſſeris, conſtans eſſe non in medicina ſolum; ſed in omni natura, cauſas inueniri, quæ ſua præſentia effectum producant, ſua abſentia auferant, uerum eſſe fateor; cum infers; ergo & in morbis ſunt huiuſmodi cauſæ, id nego de efficientibus. Cum probas ex 1. De Loc. Aff. cap. 2. Vitream pituitam, quę dolorem in inteſtinis excitauit, cauſam morbi fuiſſe continētem, axiomate illo; Quo tangente, &c. Fuchſius Valeriolæ eundem locum obiicienti, reſpondet, morbum illum non fuiſſe, ſed paſſionem: quare non eſt mirum, ſi pituita cauſa eius continens fuit; at ſi morbum fuiſſe contendas; verbi gratia, intemperiem frigidam, nego, pituitam eius continentem cauſam fuiſſe; quod facilè demonſtrari poteſt ex regulis a Galeno traditis in Arte Med. cap. 89. Cum itaque tunc in inteſtinis eſſet intemperies, aut facta erat, aut futura, aut in fieri; non facta, quia cauſa aderat: non futura, quia iam a cauſa excitabatur; erat igitur in fieri. Cum autē quæ ſunt in fieri partim facta ſint, partim futura; ſi quid erat facti, non dependebat amplius a pituita. Inſtabis; euacuata illa pituita ſtatim ſummotam fuiſſe intemperiem, tam quæ erat in fieri, quàm iam factam, quod apparuit ex doloris ceſſatione. Reſpondeo, quod factum erat tam exiguum fuiſſe, ut natura id per ſe ſanauerit, ſicuti ex eo Galeni loco colligitur loquentis de affectibus aliis exiguis, & inſenſibilibus. Ait enim. At uerò huiuſmodi affectus, qui ſunt adeo exigui, ſe-
„ paratis cauſis facientibus, illico finiuntur, natura uidelicet ipſos ſa-

nare.

nante; & ſanè verba hæc mihi videntur explodere ſuſpicionem omnem cauſæ continentis omnibus, qui non ſint prorſus obtuſo ingenio; nam etiamſi ſummota cauſa, leues illi affectus ſummoueantur, remotio tamen cauſæ non eſt præcipuus author totius huius liberationis,cum concurrat etiam natura,& ſi quod reſtat facti morbi veſtigium,id per ſe deleat. Cum verò afferat ibi, pituitam fuiſſe cauſam mali infeſtantis,ſicuti ignem vſtulationis,& gladium ſectionis, videndum eſt,quomodo hæc comparatio progrediatur. Proculdubio ignis dum vrit,vſtionis,gladius dum ſecat, ſectionis cauſæ ſunt, & continentes; cum verò ceſſant, ſi quid vſti,aut ſecti remanſit, cauſa amplius non ſunt; ita pituita dum refrigerat inteſtinum,cauſa quidem eſt,& continens frigiditatis: vbi verò educta eſt,aut aliquid frigoris relinquitur,aut nihil: ſi nihil,hæc pasſio fuit,non diſpoſitio; ſi relinquit,huius cauſa non eſt amplius; id verò aut magnum eſt, aut exiguum; ſi magnum,aliis indiget remediis: ſi exiguum,a natura ſanatur: quare omninò morbi cauſa continens nō eſt. Quid ſi dixero, clyſtere ex oleo rutaceo vno, & eodem tempore pituitam eduxiſſe, & frigidam intemperiem remouiſſe? quod non ſolum Galeno tunc contigit,ſed in artis operibus cotidie experimur. Quantum ad authoritatem meam citatam ex lib.2. cap. 32. reſpondeo, verè pituitam vitream fuiſſe cauſam illius intemperiei frigidæ, & continētem quidem,ſi in generatione tantum erat. Alterum tuum argumentum in lib. De Cauſ. Cont. & in tertia etiam Anatomes parte inculcatum,& a me refutatum omittam; illud ſolum tibi in memoriam reuocans, te eius argumenti minorem propoſitionem nunquàm probaſſe,& minus probare poſſe,cum apertè a me fuerit demonſtratum, vitia ſtructuræ,& compoſitionis veros eſſe morbos, non morbi cauſas effectrices. Repetis tertium argumentum ſumptum ab authoritate Ariſtotelis,in quo adeo intumeſcis,& criſtas tollis, vt ſolus ſapere videaris,cum tamen tantam in te arguat inſcitiam,& fatuitatem, vt de ea iam Paracelſici exultare,& triumphare posſint; ſed cum in prælu dio argumentum hoc ſit reiectum,hinc auolemus. Cum extra omne propoſitum altercationis noſtræ increpas me, quòd ieiunè nimis lib. 1. cap.30.de definitione αἰτιώδη tractauerim: & ſuſpicaris, me inſtar pſittaci de ea fuiſſe loquutum, declaras iudicii tui leuitatem: nam ſi latius de natura huius definitionis diſſeruiſſem, id nihil aliud fuiſſet,quàm inanis oſtentatio,tranſitus de genere in genus, & diſciplinarum confuſio,quod tuum eſt peculiare vitium. Nonne tu nudum nomen definitionis illius & hic, & antea,& poſtea etiam oblo-

Margin notes: 111. A.B (beside "contigit … Quantum ad au-"); 112. A. 83.B (beside "Alterum tuum argumentum …"); 112. C. (beside "Ariſtotelis, in quo …"); 112. D. (beside "inſtar pſittaci …")

queris,cum tamen partes tuæ fuissent demonstrare, quomodo definitio causæ morborum continentis solo situ a demonstratione differat. Tribus his argumentis lutulentis confirmata causa morbo-
112.D rum continente,subdis. Quod ad Galenum attinet,ex responsione
» ad sophismata puerilia Montani satis elucescet,quid senserit.
» Possum gloriari, dum Galenum defendo, idem mihi euenire, quod Galeno eueniebat; argumenta mea a rei essentia,vt plurimum sumpta,sophismata a rudissimo omnium sophistarum vocari; nam quòd idem Galeno eueniret,ipsemet in lib.De Plen.cap.3. sic testatum re-
„ liquit.Si aliquo incommodo vrgeantur,id totum in ea reiiciunt,quę
„ nos proposueramus; quin etiam aduersus eos, a quibus interrogati
„ sunt,indignantur,quasi nimis importuni illi sint,atque Sophistę; est
» enim hoc positum in more medicorum huius temporis, vt de maxi-
» mis decretis audacter statuant: cumq; redarguuntur, ægre ferant,
» eosque à quibus sunt reprehensi, Sophistas vocent. Sed iam videamus,quomodo mea tractes sophismata. Argumentis meis prę ponis hypothesim quandam,a te nomine meo confictam, vt de falso
109.B possim tibi crimen intendere; est autem hæc. Si humores in tumo
„ ribus præter naturam contentos constet morborum causas non esse;
„ sed ipsos morbos,vel morborum partes, certũ quoque fore, causam
» continentem morborum nullam esse. Nego hanc hypothesim meã esse,& eam,si mea est,repudio; arguerem ne ego hoc pacto.In tumoribus præter naturam non est causa continens, ergo in nullo morbo est causa continens? Te decet id argumentandi genus, qui deterius etiam soleas argutari. Diuinare profectò uoluisti mentem meam, & ex cap.36.libri 2. commentus es illam hypothesim. Quòd diuinaueris, declaras in argumentorum confutatione: antequàm enim id
113.A facias,repetis hanc hypothesim hoc pacto.Leonicenum negare scri-
„ bit,humores in tumoribus conclusos tumorum causas esse. Vnde in-
„ ferre videtur voluisse, continentem causam debellatam esse, si obti-
» neri hoc placitum Leoniceni posit.Nonne ex illis verbis? vnde inferre videtur voluisse,apertè indicas,te diuinasse;at perperam,& falso diuinasti; hypothesis tua est; ipsam igitur quantumuis pessunda, exulta,& triumpha: nihil enim repugnabo, & ueniam ad sophismata:quorum cum ordinem a me constitutum perturbaueris,te sequar:
109.C verbis tamen meis, non tuis recitabo. Primum sophisma libr. 2.
113.C cap.36.sic habet. Si humores in tumoribus contenti non essent mor
„ bus,vel pars morbi,vel de essentia morbi,sequeretur, distinctionem
„ morborum partium similarium a Galeno traditam, vanam esse,& su

perua-

peruacuam, cum dicitur morbos partium ſimilarium eſſe ex intem- „
perie uel ſola, vel cum affluxu ſubſtantiæ: nam ſi affluxus ſubſtantiæ „
morbus non ſit, reſtabit ſola intemperies; ſola autem intemperies a „
ſola intemperie nihil differt; ſi nihil differt, vana igitur, & ſuperua- „
cua illa differentia. Nec refutatio huius argumenti, nec defenſio „
percipi poſſunt, niſi legatur cap. 9. lib. 2. in quo ex Galeno, morbos
partium ſimilarium in nudam intemperiem, & cum affluxu ſubſtan-
tiæ diſtinguo & cap. 32. eiuſdem lib. in quo doceo, morbos ex intem
perie cum affluxu ſubſtantiæ eſſe tumores præter naturam.
His poſitis ad argumentum redeo; quod cum videres a natura rei de
ductum eſſe, & neceſſariò concludere, nec iam tibi ſatis eſſet, tot, &
tam præclara Galeni dogmata peruertiſſe, hoc etiam peruertere co-
naris; & negas diſtinctionem illam veram eſſe diſtinctionem, & con-
ſtituere aliquam morborum differentiam: & ratio eſt, quia non tra-
ditur diſtributio generis in ſpecies contrarias: nam intemperies ca 113 D.
lida ſine materia non eſt contraria intemperiei calidæ cum materia. „
Quòd hæc ſit diuiſio in veras differentias, vel ſpecies intemperie-
rum, & ita ſtatuerit Galenus, inde patet, quòd in lib. De Diff. Morb.
vbi morborum differentias indagat, eam diſtinctionem adhibuit.
Dico igitur hanc diſtinctionem veriſſimam eſſe, & genus, quod eſt
intemperies, in ſpecies oppoſitas diuidi. Ad argumentum tuum
igitur dico, intemperiem calidam cum materia eſſe verè oppoſitam
intemperiei calidæ ſine materia; non ratione quidem caliditatis, ſed
ſuperadditę differentiæ: quanta verò ſit oppoſitio hæc, inde patet,
quòd eſſe cum materia, & non eſſe cum materia contradictoria ſunt,
& ſimul non poſſunt eſſe; ſicuti rationale & irrationale, ſenſile, & in-
ſenſile, corporeum & incorporeum, nunquam erunt ſimul, & aptio
ra ſunt diſtinctionibus, quàm contraria, atque ea præſertim, quæ me
dium habent. Cauſæ deinde, quas ſcribis Galenum impuliſſe ad
hanc tradendam diſtinctionem, non tollunt, eam eſſe diſtributionē
in veras, & oppoſitas differentias; imò verò confirmant, cum diuerſi
tatem inter eas indicent, non conformitatem; quare eas admitto, cū
mihi, non tibi faueant. Non poſſum tamen tacere quę falſa ſunt,
etiamſi mihi faueant; ſicuti enim prima differentia a te notata, quòd
intemperies cum affluxu ſubſtantiæ ſit euidentiſſima; nuda verò ob-
ſcura, niſi cum plurimum a naturali habitu receſſit, veriſſima eſt, & 114 A
ex Galeno deprompta; ita ſecunda a te confecta falſiſſima eſt, intem
peries ſine materia inherentes eſſe pertinaces, & factas: quæ cum ma
teria ſunt, leuiter inſediſſe, & eſſe in fieri; cum utraque & leuiter, &

constanter insidere possit. Non longè abieris; intemperies quæ à causa extrinseca abeunte inducitur, leuis potest esse, & momẽtanea, phlegmone verò grauis, & pertinax, vt scirrhos taceam. Sed interim aduertas velim, quàm diligenter dogmata tua serues; cum hic affirmes, intemperies a materia pendentes, quantisper ab ea pendent, leuiter insedisse, & adhuc fieri; nam si hoc est, non sunt morbi, sed passiones, te ipso sic in 1. Epist. statuente; vitream tamen pituitam paulo ante, morbi causam continentem esse asseuerabas, qui sublata pituita sublatus est; at si leuiter insidebat, & adhuc fiebat, nondum dispositio, & morbus erat. Tertia etiam tua differentia purum est figmentum; neque enim dispescit hanc ab illa intemperie; cum tam nuda, quàm cum affluxu, facta, & fiens, cum causa, & sine causa esse possit. Præterea in utraque sumis tanquam explorata, & concessa ea, de quibus inter nos altercatio est. Interim cum
118.B tam facilè de intemperaturis istis enuncies, quæro, quid per intempe raturas intelligas, excellentes ne qualitates, an malam illam tuam, & præceptorum tuorum proportionem inter eas: si de hac intelligis, dogma tuum retines; at qualitates ipsæ causæ erunt continentes, non humores, ut demonstrare niteris: si qualitates ipsas excedentes dixeris, ut apertè innuis, iam dogma prodis; & præterea fateris, has curandi rationem indicare, quod tam enixè superius negasti.

Finem nunquam facerem, si colligere uellem omnia deliramenta, & repugnantias, quæ ex paucis uerbis tuis oriuntur. Adsunt & hic
114.B quædam, quæ non satis percipio, veluti propositio illa. Non potest omnis morbus causam habere, vel non habere, sicut intemperies: quam, cum tam egregie contexta sit, iterum repetis hoc modo.
118.B Non potest omnis morbus modo absque, modo cum sua causa subsistere. Primum non intelligo vniuersalis ne sit, an particularis, dein-
114.B C de quid significet. Confirmas ex Galeno distinctionem illam adhibendam fuisse; in qua confirmatione licet multa sint errata, summa tamen tota a me est. Dum Galeni progressum recitas, memoriæ teneas (si qua in te est) te hic apertè fateri, Galenum in lib. 7. Metho. tradere curationem intemperiei sine materia in una tantum cor poris parte: in sequentibus libris, eius etiam, quæ cum materia est:
114.C Paulo enim post impudentissimè, & dolosissimè asseris, Galenum in
118.C eo 7. intemperiei tum nudæ, tum cum materia coniunctæ curandi methodum docuisse. Vix coniecto telo, errata mea tanquam spo-
115.A lia magno cum fastu colligis, & trophæum erigis. Primus error est, quòd constituerim tumores morborum similarium differentiam, qui

cum

cum tertio errore est idem: at tu, ut numerum augeas, duos cõstituis; nos de hoc in 3. disputabimus. Secundus error est, quòd putem, vanam esse Galeni distinctionem, si humores pars morbi non sint; nam vera non fuit illa distinctio, sed ad id tantum utilis, vt constitueretur ordo in curanda intemperie cum materia, & sine materia. At iam demonstraui, distinctionem illam per oppositas differentias tradi, & ideo absolutè esse necessariam: & quæcunque affers, eius necessitatem confirmant; quapropter humores tumorum de morbi essentia esse necesse est. Tertius error (ut dixi) idem est cum primo. Cum enim tumores pro intemperiei specie obtrudere tentarim, si id verum sit, Galeni diuisio erit huiusmodi; omnis intemperies est vel nuda intemperies, vel tumor præter naturam; quòd pro monstro habes; & monstrum esse probas, quia de sententia Galeni tumores præter naturam sunt morbi instrumentarii, nullo modo similares. Preterea humores tumorum intemperiem faciunt, at nec ipsi, nec tumor sunt intemperies. Scripsi ego cap. 32. quomodo intemperies cum materia nihil aliud sint, quàm tumores præter naturam. & cap. 33. quomodo tumores isti diuersis rationibus possint esse morbi ex intemperie, & instrumentales. Quare debebas hæc prius considerare, proponere, & refellere: tum demum errores colligere. Ex his locis a te non examinatis facilè diluuntur, quæ obiicis: vnde dico, diuisionem Galeni hoc modo proponendam esse. Morbi partium similarium sunt aut nudæ intemperies, aut cum affluxu substantiæ: quæ licet sint tumores præter naturam, cum tamen tumor præter naturam interdum contineat etiam morbum instrumentalem, ideò diuisio modo tuo non traditur. Cum addis, tumores esse morbos instrumentales; respondeo id esse verum tantum, cùm magnitudine lædunt; sed si magnitudine non lædunt, similares sunt, & intemperies. Cùm addis, humores intemperiem facere, non tamen esse intemperiem; respondeo, etiamsi intemperies non sint, constituere tamen speciem intemperiei eam, quæ cum affluxu humorum, materiæ, & substãtiæ est. Quartus error idem ferè est cum secũdo; sed cum iam demonstratum sit, distinctionem illam sumptam esse a natura, & essentia rei, & diuisione generis in species, apparet, te falso eam damnare, & perperã interpretari, intemperiem aliquam a causa pendere, aliquam causa carere; nam materia illa causa non est, nisi materialem esse dicas, vt postea demonstrabo. Absolutis quatuor illis erroribus, quædam subdis adeò perplexa, vt difficile sit mentem tuam percipere: non effugies tamen, sparso atramento, quin te corripiam. Inepta quadã 115.A B

occa-

115.D occasione citas Galenum 14.lib.Meth.cap.1 hæc scribentem. Ac di-
» ctum quidem nonnihil fuerat in febrium curatione, inter cęteras ea
» rum causas etiam de phlegmone: & ex hoc loco me prorsus sterni as
seris; nam cum faciam tumores intemperiei species, Galenus hic cau
116.A sas esse affirmat: ex quo loco etiam colligis, si tumores sunt febrium causæ, humores etiam putridi erunt causæ; vnde infers contra me, Galenum per intemperiem cum affluxu substantiæ non solos tumores intelligere, sed humores omnes quocunque modo intemperiem corpori inuehentes. Id ex Galeno confirmas, qui affirmat se lib. 9. 10. & 11. Methodi, docuisse curationem intemperiei cum materiæ
116.B confluxu, licèt nullius tumoris, præterquam phlegmonis, sed ferè putridorum duntaxat humorum mentionem fecerit. Ex his me aberrasse infers, cum lib. 2. in fine cap. 32. negaui, Galenum in Methodo tradidisse curationem intemperiei cum materia: hęc nunc taxas: alia in aliud tempus reiicis. Non possum inter tot ineptiarum, & deliramentorum molestias interdum a risu abstinere; nam certè quæ nunc obiicis, risu essent prætereunda potius, quàm confutãda. Cum enim asseris, phlegmonem esse causam contra me, qui morbum eam esse pronuncio, videris negare eam, & cum ea tumores omnes morbos esse, quod nullus vnquam negauit, nec tu negasti, imò verò concessisti semper, tumores esse morbos. Quid igitur cogitabas cum hæc scripsisti? Dices; Galenus eo in loco phlegmonem ait causam febrium. Respondeo licet phlegmone, & reliqui tumores interdum sint febrium causę, non ideò morbos non esse. Quid enim prohibet, morbos aliorum morborum esse causas? Nec minus ridiculum est, quòd infers, humores putridos, quia febrem faciunt, & quoscunque alios humores intemperiem facientes esse intẽperies cum materia: & non aduertis, humores istos tuos esse causas intemperiei, & morbi, non morbos. at intemperies cum materia morbus est. Cum id cõfirmas ex Galeno tradente curationem intemperiei cum materia 9. 10. & 11. Methodi, planè inscitiam tuam demonstras, cum quæ sensui repugnant, affirmes. Falsum enim est, Galenum in illis libris tractare curationem intemperaturarum cum materia: cum de his agat duobus postremis libris tantummodo; & licet agat de febribus cum causa, aliud est agere de intemperie cum causa, & sine causa: aliud de intemperie nuda, & cum affluxu: hæ enim sunt morbi tantum, illæ morbi cum causa, & sine causa, ut apertè declaraui in 2. lib. & postea declaraturus sum. Sed quis te diutius ferat, quartam legens obiectio
116.B nem? Negaui ego Galenum in 7. Methodi tradidisse curationem

intemperiei cum affluxu:at tu obiicis,me omnes libros Methodi fuiſ „ ſe complexum. Verba mea ſunt hæc. Cum in calce noni Methodi aſ- „ ſerat, ſe in 7. egiſſe de intemperiebus, quæ ſolis alteratis qualitatibus „ proueniunt, declarat apertisſimè, etiam ſi egerit in eo lib. de fluore „ etiam materiæ, eum fluorem non pertinere ad conſtituendas differẽ „ tias morborum ex intemperie;ſed potius ad cauſas. Quid planius eſt „ uerbis his? nec negare potes te ea legiſſe, cum ipſa tranſcripſeris; quomodo igitur abſtruſa intelliges, ſi tam plana, & manifeſta non . 117. intelligis? Cum ſcribis. In præſentia illud ſolum reprehendimus, C.D. quòd tam confidenter negat, quod Galenus affirmat: & re ipſa, ope „ req; præſtat; non rectè percipio quid reprehendas, niſi fortaſſe id, „ quod paulo ante me negaſſe ſcribis, Galenum in Methodo tradere curationem intemperiei cum materia: at id de 7. tantum libro negaui, vt iam dixi, citato 9. libro Methodi cap. vltimo, in quo declarat propoſitum ſibi eſſe in quatuordecim illis libris tradere rationem curandi tria genera morborum. Vrges adhuc; ſi Galenus in ſex primis libris tradidit perfectam curandi morbos ſolutæ unionis methodum; & in duobus vltimis tradit curationem morborum inſtrumentalium, quis credat, eum in tertio genere morborum ex intemperie id non præſtitiſſe? Certè hæc aduerſus me intentantur, quando ne- 117.C gaui Galenum in Methodo tradidiſſe curationem morborum ex in- D temperie cum materia; ſed cum iam purgatum ſit hoc crimen, & oſtenſum, me id negaſſe a Galeno fuiſſe factum in 7. libro, non in cæteris, nihil aliud ſupereſt. Proſequamur tamen deliria tua. Cum me coarguiſſes; vt Galenum oſtendas mancum non eſſe, ſed omniũ intemperierum curationem tradidiſſe, protuliſti febres putridas; vnde ſic colligis: Quocirca uelit nolit, Montanus concedere cogetur, 118.A Galenum intemperiem cum materia hic nominauiſſe febrem a pu- „ tredine, ſiue cauſa pendentem: Ac, ut quæ confuſè tradis, in ordi- „ nem redigam, demonſtras Galenum tradidiſſe curationem omnium intemperierum. Cum itaque intemperies ſit nuda, aut cum materia; & vtraque aut totum corpus occupet, aut partem aliquam, aſſeris Galenum 7. libro egiſſe de particulari intemperie tam nuda, quàm 118.D cum materia: de nuda vſque ad cap. 10. de altera ab eo, uſque ad fi- 117.A nem libri. Idem etiam eum feciſſe de utraque totum corpus occupante uerisimile eſt: quare de nuda egit in quibuſdam ephemeris, & hecticis: de materiali in putridis. Hic quot uerba, tot ſunt mẽdacia; & quoniam hæc omnia ſumpta ſunt ex calce libri 9. Methodi, ad eum locum confugiendũ: quem tu deprauas, nec fideliter citas;

tas; vnde impostoris, & veteratoris crimen incurris, sed insulsissimi, & impudentissimi, cum apertam illam falsitatem, & codicis deprauationem, ex qua somnia tua contra me confirmas, sperasti latere posse; nisi id crimen ita propulses, quòd uerba Galeni non protuleris, sed uerborum sensum, in quo deceptus es; utrumuis ex his criminibus delige. Ego interim Galeni uerba ascribam, atque ea solum, quorum sensum non percepisti. Ergo, inquit, cum in operis „ huius libro 7. intemperies eas, quæ, alteratis tantum qualitatibus, in „ partibus proueniũt, pertractarim, in duobus deinceps libris ad eas, „ quæ in totum se animal extendunt, uenientibus, primum agere de fe„ bribus placuit. En quàm apertè Galenus affirmet, se in 7. lib. tradidisse rationem curandi intemperiem nudam tantummodo uni parti, id est uentriculo inhærentem: quod & tu confirmasti, cum nondum perceperas, hunc locum somnia tua prorsus dissipare. Scribis

114.B itaque sic; Cum pollicitus fuisset Galenus, se in Methodo omnium „ morborum curationem tradere uelle, in fine libri noni repetens di„ stinctionem intemperiei cum, & absque materia, addit se in 7. de ea, „ quæ sine materia est, & in partem unam aliquam incidit egisse. Ex hoc loco multi errores tui patefiunt; nam certum est, Galenum asserere, se in 7. Methodi egisse de nuda intemperie partis unius: ex eo uero 7. colligitur intemperiem hanc nudam posse esse cum causa, & sine causa. De intemperie sine causa agit usq; ad cap. decimum, unde ipsum sic claudit. Atque hoc loco finem habeant uentriculi „ intẽperies, quas scilicet extrinsecus nullus alit superuacuus humor. „ De intemperie nuda cum causa agit ab undecimo cap. usq; in finem „ undecimi; unde caput illud sic exorditur. Deinceps ad eas, quæ ex „ huiusmodi quapiam occasione fiunt, stylum conuertam.

Hinc etiam colligitur contra tua monstra, aliud esse intemperiem nudam, & intemperiem sine causa: & aliud esse intemperiem cum affluxu substantiæ, aliud intemperiem cum causa: nam intemperies nuda potest esse, tam cum causa, quàm sine causa, ut liquido patet ex illo 7. Methodi; & intemperies cum affluxu substantiæ eodem pacto potest esse cum causa, & sine causa. Cum causa est, quando influxus perseuerat: sine causa, cum fluxus desiit; unde falsum est, quod asseris, febres putridas esse intemperies cum affluxu substantiæ: nam intemperies cum affluxu substantiæ tota est morbus: febris uerò putrida est morbus cum causa, quando adhuc putredo adest, quando uero abest, est sine causa. Hæ distinctiones oriuntur ex rei natura, & ex Galeni scitis, & omnes scrupulos, & difficultates remo-

uent;

uent; & ideo non cogimur quærere, an idē sit intēperies cū affluxu, & 118.
intēperies cū causa, & in respōsione infinita monstra contra rei natu- A.B
ram, & Galenū parere, vt tu facis; quæ non persequar, cum omnibus notissima fore sperem, veritate percepta. Ex his percipitur verus pro gressus Galeni in reliquis Methodi libris; nā a principio octaui libri ad finem vsque vndecimi, agit de intemperie nuda corporis totius, cum in 7. egisset de intemperie partis vnius; sed sicuti in 7. egit prius de intemperie nuda sine causa, ita in illis libris agit prius de intempe rie nuda totius sine causa; veluti de quibusdam ephemeris, & hecticis: posterius de intemperie nuda totius cum causa, ueluti de febribus putridis. Sed restat scrupulus a te iniectus; hoc pacto methodū curandæ intemperiei esse mancam; non enim tradit curationem in temperiei cum affluxu, si febres putridæ non sunt huiusmodi; eximi tur hic scrupulus, & facilè, si dicas in duobus vltimis libris traditam fuisse hanc methodum. Dices, Galenus agit ibi de morbis instrumen tariis; respondeo declarasse me iam in 2. lib. & in 4. etiam, tumores præter naturam, si magnitudine non lædant, esse intemperies cum affluxu substantiæ, si magnitudine lædant, morbos instrumentales: siue autem magnitudine lædant, siue non, eadem methodo curātur. Quare huiusmodi intemperierum curatio in illis duobus libris perfe cte traditur. Concludis tandem ex perperam deductis, non solum humorum influxum tumores excitantem, sed eum etiam, qui tumorem non excitat, intemperiem cum materia efficere; at fundamentū tuum iam dirutum est. Asseris tandem, influxum materiæ tumorē 119.
excitare, qui semper non sit morbus, idque ex Galeno probas his uer B.
bis. Numerat Galenus cap. 5. De Diff. Morb. etiam uitiliginem inter „
tumores, quæ certè ob nullam auctam quantitatem læditactiones, „
ex quo facilè subodorari debuit Montanus, quid sibi vellet. At „
respondeo, me nunquam asseruisse, tumores istos quantitate sua læde re actiones; imò uerò cum quantitate lædunt, esse morbos instrumen tales, vt demonstraui cap. 33. Si statuis aliorum dogmata confutare, ea prius intellige, ne tot ineptias magna tua cum infamia effutias. Est itaque uitiligo tumor quidem, quæ licet magnitudine sua non lædat, est tamen morbus ex intemperie cum affluxu.

Quæris, cur tumores sint potius intemperies cum materia, quàm in- 119.C
fluxus sine tumore; quod ipsum magnam indicat ignorantiam, cum id ex rei natura pateat; cum enim intemperies cum materia morbus sit, sicuti intemperies nuda, cui contradistinguitur, morbus est; ideo tumor est intemperies cum materia, quia totus morbus est: alter in-

fluxus vero morbus non est, imò verò causa a morbo distincta; vnde & amoueri potest, remanente adhuc morbo, & intemperie, quam induxit: at tumore sublato, totus morbus est sublatus. Quare hallucinaris, cum asseris, probabilius secundum hunc influxum esse intemperiem cum materia, quàm priorem, quia prior est morbus instrumentalis; hoc enim falsum est, ut ante demonstraui; nam tumor, quando est intemperies cum materia tantum, magnitudine non lædit. Taceo, te ex hoc tuo delectu iudicare, morbos ex arbitrio nostro posse constitui, sicut nomina; atqui morbi sunt res, & ex natura rerum constituuntur, non ex arbitrio nostro.

STABILIUNTUR ARGUMENTA CAP. XXXII. Quibus demonstratur, solos tumores præter naturam esse intemperies cum materia.

CUM ex primo argumento appareret, intemperies cum materia esse tumores: contraque hoc decretum institeris, insistis nunc contra rationes, quas protuli cap. 32. pro dogmate eo stabiliendo; quas derides, & pro nihilo habes. Vnde primum argumentum ex multis Galeni locis deductum, deprauatis, & inuersis Galeni uerbis, more tuo, consti-
120.B tuis, & confutas in hunc modum. Mirabilis factus es argutator, Ga-
" lenus ait, in tumoribus contineri humorem, qui in partibus, in qui-
" bus consistit tumor, intemperiem ingenerat; & hanc intemperiē non
" esse nudam, sed cum materia iunctam. Argumentum hoc sic a te
" constitutum sic eludis; ex his infers tu, solos tumores præter naturā
" esse intemperies cum materia: & è contra intemperiem materiatā
" tumorem esse præter naturam. Deinde niteris demonstrare consecutionem hanc non esse necessariam, quod facillimum est demonstratu, si Galenus eo modo loquatur, ut fingis. At uera Galeni uerba consecutionem hanc ueram esse demonstrant; tradita enim distin-
" ctione intemperiei, quòd altera sit nuda, altera cum affluxu, Secundū
" quidem modum, inquit, ex quo tumor aliquis corporibus aduenit, nemo ferè medicus ignorat. Describit hic secundum modum intemperiei, duasque illi attribuit conditiones; priorem, ut ex eo tumor excitetur: alteram ex priore orientem; quod modus hic sit omnibus medicis notus; ex his legitimis Galeni uerbis patet, consecutionem

tionem hanc ueram & neceſſariam eſſe; intemperies eſt cum affluxu ſubſtantiæ,ergo tumor,& hoc mihi ſatis eſt nunc; Nam an retro cõmeet,eſt tumor præter naturam,ergo intemperies cum materia,poſt videbo. Cum quæris,ubi id Galenus dixerit,miror admodum, cũ multos citauerim locos,quos uidiſti; ſed in loco nunc excuſſo apertè id dicit,ſi non deprauetur,vt tu deprauas. Cum aſſeris febrem putridam , & vitream pituitam doloris colici cauſam eſſe intemperies cum affluxu,id paulo ante iam falſum eſſe demonſtratum eſt, ne millies eadem repetantur. 120D 121.A Cum ſubiungis tumorem ad inſtrumentarios morbos referri, cum intemperie nihil habere cognationis, licet ex cap.33.De Morb.lib.2. & ex antea demonſtratis pateat,quantum aberres,id tamen repetam. 121.B Dico igitur ex Galeno libro De Diff.Morb.cap.12. tumores magnitudine non lædentes,intemperies eſſe cum affluxu; ſi magnitudine lædant,præter intemperiem, adiunctum illis eſſe morbum inſtrumentalem; ſcribit enim ibi; Si ulceri adiuncta ſit inflammatio,membrum tripliciter naturæ modum egredi, cum ob ulcus unitatem partium amittat, ob inflammationem, calidius,& humidius reddatur: quòd ſi tumor adeo ſit auctus, ut ſua etiã magnitudine lædat, quartus additur morbus auctæ magnitudinis, qui inſtrumentalis eſt. Hinc patet, quantum hallucineris, cum inficiaris tumorem eſſe intemperiem, quando tumor actiones non lædit, nam & tunc morbus ille intemperies eſt cum ſubſtantiæ affluxu,& intemperies lædit actionem, cuius tumor eſt ſymptoma pathognomonicum,ut demonſtrauimus cap. 34. Vrges adhuc, ſi pars ægra afficitur (ſic enim legendum puto) intemperie cum materia, 121.C non a tumore, ſed ab humore influente ui alterandi prædito: & intemperies cum materia dicitur non propter tumorem, ſed ob humores tumorem conſtituentes,ſequitur,ſi humores intemperiem inducant non excitato tumore, eam etiam eſſe intemperiem cum materia. Confutauimus hæc antea,cum eodem genere argumenti es vſus; ſed iterum reſpondeo,etiam ſi tumor intemperiem non importet,& ſymptoma ſit neceſſariò , tamen ſequitur ſemper huiuſmodi intemperiem cũ materia, & eſt ſymptoma eius pathognomonicũ, quia cum huiuſmodi intemperie oritur,& cum ea recedit; influxus verò ſine tumore non poteſt eſſe intemperies cum materia; nam ſeparari poteſt ab intemperie; quare cum ſeparatus erit humor, non erit illa intemperies amplius cum materia, & ex conſequenti non rectè contra diſtinguitur intemperiei nudæ; quia intemperies nuda ſemper eſt talis: & intemperies cum affluxu ſemper talis.

Cum hactenus sit demonstratum, omnem intemperiem cum materia esse tumorem præter naturam: si quæras, an vicissim omnis tumor præter naturam sit intemperies cum materia; respondeo; reciprocationem hanc non fieri absolutè; quia cum tumor magnitudine lædit, morbus est instrumentalis; dicendum tamen est, hanc reciprocationem sequi; nam licet tumor, cum magnitudine lędit, morbus sit instrumentalis, adiunctam tamen habet intemperiem; unde tres sunt morbi, vt patet ex iam citato cap. 12. De Diff. Morb. Atque hæc pro defensione primę partis capitis illius 32. Sed cum postea quæsiuissem, an influxus non excitans tumorem sit intẽperies cum materia, vt sensit Auicennas, & visus est sentire Galenus quibusdam in locis, idque negassem, reiectis omnibus, quæ contra allata erant, eius
121.B disputationis summam colligis; & in ea proluuium errorum esse affirmas; sed totum id proluuium in hoc loco, vt in aliis, statim in caput tuum refundetur, vt obruaris. Cum itaque sic exaggerando interrogas, quo in loco, aut quo tempore dixit, scripsit, docuit Galenus,
" solos humores in tumoribus contentos intemperiem suscitare; nihil alienius potuisses a proposita difficultate interrogare; nunquam enim ego id asserui; imò verò in eo cap. 32. ex Auicenna, & Galeno affirmo, influxum humorum tumores non excitantem intemperiẽ facere: nego solum, eam esse intemperiem cum materia. Præterea si vnquam hoc mendacium Galenus pronunciasset, potuissem quidem inuenire locum, vbi pronunciasset, tempus verò nequaquam;
121C tibi autem curiosissimo eam curam reliquissem. At opportunius
" aliquanto sic rursum interrogas. Aut vbi negauit, humores, qui intẽ-
" peratam reddunt partem aliquam absque eo, vt tumorem in ea præ-
" ter naturam efficiant, constituere intemperiem cum materia? Con-
" trarium nos docuimus verum esse, dum ipsummet affirmantem pro-
" duximus se in Meth. Ther. curationem nos docuisse intemperiei cũ,
" & sine materia a lib. 7. vsque ad 13. vbi nihil de tumoribus egit.
Loco a te adulterato insistens, in eodem coeno volutaris. Locus ille integer citatus a me ante, & expositus, demonstrat, quot hic mendaciorum sis author. Declarauimus enim ex calce noni Meth. in 7. agi de nuda intemperie, quæ esset sine, & cum causa: & eam, quæ cum causa sit, gigni, & foueri ab humorum influxu; sed cum intemperies nuda sit, intemperies cum materia esse nõ potest; repugnat enim esse intemperiem nudam, & cum materia. Quot alios errores cõmittas in exponendo Galeni progressu in libris illis, iam satis apertè declaratum est antea. Refugis tandem ad sacram illam tuam con-

tradi-

traditionum anchoram asserens, me aliis in locis statuere, humores esse morborum differentias, aut partes: alibi causas, & non morbos, quod obiecisti etiam ante vt vidimus in tertia Defensione. Quare summatim respondebo, me statuisse, humores esse morbos, vbi morbi sunt; causas vbi causæ. Quòd sicubi anceps, & dubius sũ, hoc inde prouenit, quia nondum satis constitueram, an humores obstructionum, & tumorum essent pars, aut causa morbi: & diu causã, non partem esse censui: & hac de re contra Fuchsium disputauerã: demum, re maturius considerata, in contrariam sententiam abii; non ita tamen, quin multæ difficultates mihi sese obiicerent; vnde quandoque hæsitationis meæ indicia dedi, vt tu etiam alibi annotasti. Nunc verò, licèt adhuc dubitem, certior tamen sum, quàm olim fuerim, humores tumorum esse morbi partem; humores itaque in partibus tumore affectis contenti qualitatibus suis partes continentes alterant adeò, vt vna, atque eadem sit intemperies continentium, & cõtentorum, quæ tamen originem trahat a contentis. Non longè abeas; cum phlegmone sit intemperies calida, & humida cum affluxu substantiæ, proculdubio intemperies illa sanguini insidet, & per totas partes continentes diffunditur. Cum itaque interrogas, an humores tumorum humores non sint, dico esse humores, & esse partem morbi, cum materia illa sint, cui intemperies insidens, partesque continentes alterans, cõtradistinguitur nudæ intemperiei. Nec ideò assero, partium temperiem a tumore mutari; sed a qualitatibus materiæ, a qua etiam tumor excitatur, symptoma necessariò consequens intemperiem cum materia; neque hæc mihi repugnant, quòd dixerim, causarum qualitates non esse morbos, si corpori non communicentur; nam in tumoribus materiæ qualitates corpori communicantur; vnde una & eadem est intemperies continentium, & contentorum, & est hęc intemperies morbus corporis uiuentis, verbi gratia, musculi, cum eius actiones lædat. Quod verò subdis, singularem arguit fatuitatem. Negas, humores contentos in partes continentes suas qualitates posse transfundere; nam sic qualitates migrarent de subiecto in subiectũ. Hoc absurdo quid inferas, non video; nam si sentiam ego, sanguinem phlegmones transfundere caliditatem suã in musculum, & sibi non retinere, quid consequar pro meo dogmate? nihil sanè, imò inde sequeretur, nudam illam esse intemperiem. At ego assero, sanguinem sua caliditate, atque humiditate musculum plus nimio eisdem qualitatibus afficere; sic enim tradit Galenus cap. illo 5. De Diff. Morb. Duæ sunt, inquit, in partibus similaribus ægritu-

dinum

123. A

123. B

„ dinum differentiæ, cum videlicet nonnunquam ſolis qualitatibus al
„ terantur: nonnunquam verò ad eaſdem partes aliqua confluente
„ ſubſtantia,in qua eædem ſunt qualitates. Quare cum ita aſſero, nec me ipſum confuto,nec humorem eſſe cauſam morbi efficientem aſſero.Licet enim eius qualitates partes continentes alterent, veluti in phlegmone caliditas ſanguinis contenti calefacit partes continentes,vt apparet ex lib.De Inæqu.Intemp.cap.3.vtraque tamen caliditas vna eſt, atque eadem intemperies: ſicut caliditas accenſa in humoribus eadem eſt cum ea ,quam accendit in cordis partibus ſolidioribus;& ratio eſt,quia hæ intemperies ſunt cum materiæ affluxu, & per eius affluxum a nuda intemperie diſtinguuntur; quam diſtinctionem vidimus eſſe per oppoſitas differentias, & neceſſariam in morborum differentiis,& curatione eſſe: & ſanè phlegmonem nunquàm dixeris ſolam caliditatem partium ſimilarium, ſed & hanc, & ſanguinem contentum cum ſua intemperie; qua de re agendum etiam erit inferius. Subiungis alia, quę iam bis ſaltem confutata
123. C.D. ſunt.Dicam tamen quædam de oedemate. Si conſtat, & demonſtratum pluribus eſt, intemperies cum affluxu ſubſtantiæ eſſe tumores præter naturam; certum eſt,omnem intemperiem frigidam,& humidam cum ſubſtantiæ affluxu eſſe oedema,niſi alius tumor reperiatur frigidus & humidus, qui oedema non ſit: at ſi oedema non erit, oedematis naturam ſapiet: cumque Galenus cap. illo 5. De Diff. Morb.enumeret inter intemperies huiuſmodi oedema, quid aliud dici poteſt? Aduertendum eſt autem,me non dixiſſe, oedema, cum eſt intemperies frigida & humida cum materia, magnitudine ſua lædere,ſed ab omni huiuſmodi intemperie magnitudinem ſemper excluſiſſe: nam cum tumores hi magnitudine lædunt, morbi ſunt inſtrumentales. Aduertendum eſt hic etiam, te rerum naturas peruertere; non enim intemperies frigidæ, & humidæ cum materia naſcuntur ab oedemate,ſed contra potius oedema ab illis. Quan-
124A tum ad locum ex 1.De Loc.Aff.cap.3. multis modis peccas; ac primũ magnam oſtendis oſcitantiam, & inſcitiam, cum aſſeris, Galenum concedere,breuem affectum paſsionem nominari, & fixum morbũ; ac ſi breuis affectus morbus eſſe non poſſit,& fixo ac permanenti opponatur,non diuturno,& longo,vt a me diſcere potuiſti lib.1.cap.15. in reſponſione ad quartam obiectionem Argenterii, qui eodem in errore fuit. Deinde eadem oberras chorda; cum intemperiem excitatam ab humoribus citrà tumorem,intemperiem cũ materia pro certo conſtituis. Taceo monſtruoſas illas diſtinctiones intemperiei

cum

cum materia, quas Spudastes in mei defensionem fingit, quibus non 24.B
indigeo. Cum verò statuis, locum eum temere a me productum C
fuisse, & ad difficultatem, de qua agitur, nihil pertinere; doceo te delirare, & locum eum opportunè fuisse productum. Dixeram, influxum humorum tumores non excitantem non pertinere ad morborum differentias, sed ad causas; idque ostenderam ex quibusdam Galeni locis, quibus & hunc addidi, cum exemplum accommodatũ valde subministret; nam bilis influxus in ventriculum non est intẽperies cum materia, nec morbus; sed causa tantummodo. vnde ventriculus hunc influxum excipiens non dicitur ægrotare, nisi influxus eius alteret temperamentum, aut eum exulceret, aut in eo tumorem excitet; addo nunc, si temperamentum alteret, si ventriculum exulceret, influxum illum adhuc esse causam, si uerò tumorem excitet, facta erit iam intemperies cum affluxu materię. Atque hinc elicitur, influxum illum intemperiem cum materia esse non posse: nam intemperies cum materia morbus est: hic uerò influxus morbus esse non potest, cum uentriculus morbo affectus non sit, nisi influxus morbũ efficiat. Est igitur causa tantum, & causa, quæ a morbo separari potest: at influxus tumorem excitans statim est intemperies cum materia: statim est cum morbo, & à morbo diuelli non potest.

Quod addis de febre putrida, prætereibo; cum abundè ante sit demonstratum, eam esse nudam intemperiem: cum scribis, in intemperie cum materia, materiam illam esse causam efficientem, & continentem morbi; ad essentiam pertinere: & in definitione partem essentię 124D
esse; propè accedis ad ueritatem, & ego id demonstro in ultimo argumento cap. 36. cum assero, tumores hosce non posse definiri, aut cognosci sine materia. At non plenè ueritatem es intuitus, cum essentiam illam rei causam efficientem statuas; quis enim unquam dixit, causam efficientem esse de effectus sui facti, & permanentis essentia? Quantum ad Aristotelis locum tertio obtrusum, iam dictum est, causas illas esse rerum fluentium, & fientium. Cum subdis, Qua fronte 125A
scribere ausus sit, Galenum in 89. Art. Med. febrem putridam pro e-„
xemplo simplicis intemperiei adduxisse, ipse viderit. Ego sanè si in „
tali crimine deprehensus forem; oculos porrò attollere non facilè „
auderem. Si febrem putridam simplicẽ intemperiem dixissem ad „
compositæ distinctionem; fortasse aliquid dixisses, cum ipsa habeatur pro intemperie composita; licèt enim quandoque ponatur pro exemplo intẽperiei calidæ totius corporis, cũ tamen ignea sit, siccitatẽ adiunctã habet, ut apertè indicat Aphorismus ille, Victus humi-

dus febricitantibus,&c. & Commētum adhuc apertius; sed cū simplicem pro nuda capias, sicut & ego cœpi, dignus es tu reprehensione, cum audeas affirmare, febrem putridam esse intemperiem cum materia. At hoc antea abundè discussum fuit. Verum si tantum horres errorum notā, cum Defensiones hasce meas leges, timeo ne oculos tibi eruas, ne inscienter eos quandoque attollas, aut in latebras te cō-
125.B das, vt lucem, & hominum conspectum fugias. Errores Vegæ, & tuos plenè iam antea confutatos prætetibo. Præteribo etiam quæ blateras de intemperie facta, & æquali, cum perplexè admodum, & sine distinctione loquaris, & parum ea ad me pertineant. Cum pro Auicennæ opinione quosdam Galeni locos produxissem, eosq;
125.D in capitis fine ad verum sensum redegissem, nihilque ad hos tibi dicendum esse statuas, a me etiam prætermittantur. A calce capitis 32. ordine tuo consueto ad initium reuerteris: & loci ex cap. 5. De Diff.Morb. cuius verba, & sensum ab initio extorsisti, nunc sensum ite
126A rum extorques. Cum enim Galenus scribit, Ex secundo modo intem
" periei tumorem quempiam corporibus euenire, interpretaris, Gale-
" num tumorem nominasse, vt euidentioribus exemplis rem declara-
" ret, non autem dixit in solis tumoribus hanc intemperiei differentiā
" esse positam. Certè nihil insulsius legi potest, cum eo in loco nulla nota apposita sit, quæ solent apponi, cum exempla producimus, vti, veluti, sicuti, quemadmodum, & consimiles. Præterea describens secundum intemperiei modum, ex eo tumorem corpori ait euenire, quæ propositio vniuersalis est; nam si non esset vniuersalis, non ita indefinitè pronunciasset; sed dixisset, aliquando tumorē prouenire; prætetea intemperiem hanc euidentem esse ait propter tumorem, vt postea multorum tumorum exemplo declarat. Cum itaq; vniuersalis esset illa propositio, quid opus fuit addere intemperiem illam esse in solis tumoribus positam? Sed cum demonstrauerimus iam euidentissime, omnem intemperiem cum affluxu substantiæ esse tumorem præter naturam, non sunt ea repetenda. Sic itaque primum argumentum meum, quod iactabas te disiecisse, & in fumū dissipasse, stabilitum est, & firmius, quàm antea redditum.

Argu-

Argumentum secundum confirmatur.

ARGVMENTVM, cui secundum locum adscripsisti, est in cap. 36. & est huiusmodi. Si materia tumorum cau- » sa esset morbi, non morbus, Galenus negligens, & » mancus fuisset in explicandis morbis ex intemperie » cum materia; cũ possit alio modo materia fluere ad » partes, quàm tumores excitando, siue extrinsecus al- » luat, siue intro se condat. Nec possumus alio modo vindicare Gale- » num ab errore, quàm si dicamus, in aliis fluxionibus materiam vere » esse morbi causam: in tumoribus verò esse morbum ipsum. »
In refutatione huius argumenti facis me accusatorem Galeni, teq; eius defensorem egregium. Ac licet nihil dicas in huius refutatione, quod non sit plenè reiectum, percurram tamen iterum ineptias tuas. Summa igitur tuæ refutationis est, quòd humorum influxus tumorem non excitantes, sint & ipsi intemperies cum materia; & cũ Galenus dixit, in hac intemperie excitari tumores, cum tumores pro exemplo attulisse; unde ita verba accommodas, vt appareat tumores esse exempla secundi modi intemperiei; sic enim scribis. Cũ 127 A dixit, intemperies aliquas absque omni materia consistere in corpo- » re; alias a materia aliqua foueri, vt a tumoribus præter naturam. » Certè tam apte verba concinnasti, vt tumores hic non tantum appareant, sed etiam sint exempla. At non te pudet, tam sæpe inuertere, deprauare, & adulterare verba, & sensa tam ineptè, vt vnicuique falsitates hæ possint esse conspicuæ? Addis, tumores non posse constituere aliquam speciem intemperiei, quia tumor, & intemperies genere differunt; sed & hoc antea reiectum est, cum ostendimus intemperiem nudam, & intemperiem cum affluxu esse oppositas differentias; quod inde apparebit, si dicemus; intemperies aut materialis est, aut immaterialis, & intemperies, aut est cum tumore, aut sine tumore. Sed vrges; Tumor est morbus instrumentalis, non ergo ad intẽperiem pertinet. At hoc etiam sæpe confutauimus, cum diximus, tu- 127.B morem, si magnitudine actiones lædat, morbum esse organicũ; si nõ, intemperiem cum materia. Quare tua hæc excusatio, & tres sequentes, cur Galenus apertè non dixerit, humorum influxus tumorẽ non excitantes, esse & ipsos intemperies cum materia, similes sunt iis, qui bus eum excusas, quòd nomen causæ continentis tantum in morbis, non rem abhorruerit; commentitiæ, ineptæ, & absurdæ.
Sed secundam videamus. Cum Galenus lib. De Cau. Morb. reddens

Z cau-

causas intemperierum cum affluxu, tumorum tantummodo præter naturam causam reddat, eum excusas, quia ex tumoribus dedit intelligere alios etiam influxus, qui tumorem non excitant; cum eandem vim alterandi habeant humores liberi, quàm inclusi. At fateor ego vtrosque eandem vim alterandi habere, nego tamen liberos, esse intemperiem cum materia, cum apertè, & non tacitè id neget Galenus etiam in calce lib. 9. Methodi. Iure igitur eos omisit, & in libro De Diff. Morb. & De Caus. Morb. & tua non excusatio, sed accusatio Galeni est, cum eum & rerum naturæ, & sibiipsi repugnantem facias. Tertia excusatio falsissima est; nusquam enim Galenus hæc scripsit, & minus in calce noni Methodi, quem locum adulterasti, vt antea non semel demonstratum est. Quarta etiam excusatio superuacanea est; quia intemperies hæc uerè est dispositio corporis uiuentis: ueluti phlegmone, in qua caliditas, & humiditas est intemperies musculi, sed materiam habet annexam, id est sanguinem, qui tumorem excitat.

De tertio Argumento.

VENIO ad tertium argumentum: in quo nescio, vtram in te accusem, inscitiam ne, an malitiam; inscitia fuit, si non cognouisti, argumentum illud non fuisse constructum ad probandum morbos ex intemperie cum affluxu substantiæ, esse solos tumores præter naturam, sed esse refutationem quandam tacitæ obiectionis, quam afferre possent aduersarii ad argumentum ante propositum; malitia est, si ipsum delegisti ad risum, & plausum concitandum. Quanquam apud eruditos hæc satis essent ad plausus tuos explodendos, pro rudioribus tamen planius explicabo. Ad demonstrandum humores in tumoribus contentos esse de morbi essentia, & non morbi causam; produxeram cap. 36. argumentum, quod apud te primum est ordine, cuius summa est; si humores in tumoribus contenti non essent de morbi essentia, sed morbi causa, vana esset Galeni distinctio morborum ex intemperie in nudam, & cum affluxu. Respondi pro aduersariis, etiamsi humores tumorum sint causæ morbi, non de essentia, non tamen distinctionem illam esse uanam; nam intemperies cum affluxu causam adiunctam habet, & necessariò: nuda verò intemperies adiunctam non habet. Hanc responsionem duo-

bus

bus modis reieci: quorum ſecundus continetur in hoc argumento, quod pro tertio produxiſti; ſic itaque reiicio; quòd adhuc diſtinctio illa uana eſſet, quippe cum etiam nuda intemperies cauſam interdũ habeat adiunctam, & ab ea foueatur; ueluti in dolore colico intemperies frigida inteſtinorum a uitrea pituita; hæc enim intemperies inteſtinorum nuda eſt intemperies, & non cum affluxu ſubſtantiæ; quod probo uerbis illis ultimis, cum tumor præter naturam non adſit, ut ante eſt demonſtratum; patet argumento hoc probari intemperiem frigidam inteſtinorum habere cauſam adiunctam, non eſſe tamen intemperiem cum affluxu, quia tumor non adeſt; iam enim in cap. 32. demonſtratum fuerat, intemperies cum affluxu ſubſtantiæ eſſe tumores. Quare hoc argumentum non probat, intemperies cum affluxu eſſe tumores, ſed ex ante demonſtratis ita eſſe ſupponit. Diſce igitur rectius intelligere, ne toties te exſibilandũ obiicias.

Argumenti Quarti Defenſio.

ARGVMENTVM quartum erat huiuſmodi; ſi uoluit Galenus, humores iſtos eſſe tumorum cauſas, cur non quandoque id dixit? 128. C.D pro cuius confutatione producis Galeni locos circiter decem, in quibus aſſerit, humores interdum producere, facere, conſtituere tumores: interdum tumores ab humoribus, aut ex humoribus fieri, interdum tumores humorum ſoboles eſſe. Produxi & ego cap. 35. multos huiuſmodi locos, in quibus etiam nominatim aſſeritur; humores tumorum eſſe cauſas; quibus locis quomodo ſit reſpondendum doceo cap. 38. quarum reſponſionum fundamentum traditur cap. 37. ibi enim demonſtro; humores cauſas eſſe materiales tumorum, non efficientes, contra quod caput diſputas. Quare prius uidendum eſſet, quid ei obiicias, & quid ego reſpondeam; ne tamen ordinem tuum inuertam, ſummatim ad ea reſpondebo, quę quarto argumento obiicis. Si igitur Galenus ait, humores eſſe tumorum cauſam, dico cum cauſam materialem intelligere, non efficientem, uel de humoribus influentibus id pronunciare, non de iis, qui iam fluxerunt. Atque ita generatim reſponſum ſit his locis; quas reſponſiones inferius ſtabiliemus. Ex me tandem etiam probas, humores non eſſe morbos, ſed cauſas; 131 D qua de re ante etiam diſputatũ eſt. Ac cum in hac difficultate anceps diu fuerim, & eſſem adhuc, cum

scribebam, vt indicaui lib. 2. in principio cap. 35. & quæstionem logicam etiam esse iudicaui in calce capitis 38. nunc confidentius assero, quàm antea; humores tumorum causam esse materialem, non efficientem. Quòd si quandoque visus sum pronunciare cum Fuchsio; humores istos cum fluunt, & nondum impacti sunt, causam esse efficientem, nunc assero, & influentes etiam causam esse materialem,
132. C.D. quod suo loco declarabo. Cum instas, locum humorum speciem non mutare; respondeo, in humoribus istis non solum esse mutationem in loco, sed in modo, & quantitate; quantum ad modum, nõ paruum est discrimen inter influxum sine tumore, & influxum cum tumore; quantum ad quantitatem etiam, si multitudo sit magna, vt actionem lædat, morbus est organicus; si magnitudo actionem non lædat, morbus est ex intemperie; quare si loco tantummodo differrent hi humores, fortasse aliquid diceres; sed cum alia accedant discrimina, inde euenit, vt varient species. Ad locum, quem ex me affers, fateor, malos humores causas esse maligni vlceris: & nunquam negaui humores esse causas morborum, sed negaui esse intemperies cũ affluxu, si tumorem non excitent.

Defensio quinti Argumenti.

133A ARGVMENTVM quintum verbis meis sic se habet. Ne-
133B » mo philosophus, aut medicus tam stupidus inuenitur,
» qui res factas causam adiunctam habere dicat, cum ea
» tantum sit in rebus, quæ fiunt, & in motu sunt. Hic nul-
» lam causæ continentis mentionem facio, sed causæ efficientis absolutè; vnde causam adiunctam habere, aut non habere, apud me est, esse & non esse cum causa efficiente; quod planius etiã explico, cum tumores factos interpretor, id est causa carentes; idem indicat, quod per ea argumenta demonstrare mihi propono, & est; humores tumorum non esse causam eorum efficientem: quare Spudastes tuus causam adiunctam pro coniuncta, vel continente sumẽs, maiorem propositionem inuertit, & deprauat; neque hoc contentus, illi subdit minorem quandam a mente mea alienam, & etiam falsã, & est ea. Cęterum tumores sunt res factæ; at quomodo dicam ego tumores esse res factas, cum ibi asseram, Galenum sumere indicationes curandi tumores, a tumore, qui adhuc fit, & qui iam factus est? ex qua Galeni authoritate patet, minorem illam propositionem esse falsam.

sam. His addidit etiam errorem alium, quòd cum argumentum il lud esset pars argumenti præcedentis, nec rectè posset percipi, & discuti, non discusso toto argumento, ipse tamen seiunxit: huic alterũ etiam de suo subdit argumentum, quod sic se habet. Si humores in tu „ moribus contenti, sunt eorum causæ, sequetur necessariò, eos habere „ causas continentes, sed non habere eos causas continentes demon- „ stratum est. At vbi, & quando id demonstraueram? Quare cum hæc „ ludibria tibiipsi confinxeris, ex iis quantamuis delectationem cape; sanè pro iis, quæ mea non sunt, pugnandum mihi non est.

Quòd si quintum illud argumentum, vt a me prodiit, in syllogismos redigendum est, in duos redigi potest, & prior erit. Res factæ causam efficientem non habent. Tumores, quibus nihil amplius influit, facti sunt. Ergo tumores huiusmodi causam efficientem non habent. Alter est huiusmodi. Vera curatio est morbi, non causæ. Euacuatio humoris ex tumore facto est vera curatio. Ergo euacuatio humoris ex tumore facto est morbi, non causæ curatio.

Hæc sunt argumenta mea; sed ad te venio. Vbi satis elusisti argumentum tuum monstris verè, & portentis plenum, sic ei respondes. Neminem adeo stupidum inueniri, ais, philosophum, aut medicum, 135C qui rerum factarum concedat continentes esse causas; nisi me meus „ fallit animus; uoluisti dicere, res nullas factas causas habere antece- „ dentes; factum esse, & antecedentem causam habere, quatenus actu „ per motum aliquid facit, pugnant; sed factum esse, & continentẽ cau „ sam habere minime pugnant. Si rectè omnia considero, verba hęc „ ludibria fortasse mihi a Spudaste tuo attributa dissipant, sed argumẽta mea confirmant; ut hinc etiam appareant inscitia, & ineptiæ tuæ. Ego enim nihil aliud demonstrare statuo, quàm tumores factos causam non habere efficientem. Quando itaque dicis. Factum esse, & antecedentem causam habere, quatenus actu per motum aliquid facit, „ pugnant; nonne sententiam meam confirmas? statuis enim & tu, „ quod factum est, & non fit amplius, causam efficientem non habere; „ sic enim statuit & Aristoteles, cum 5. Metaph. 3. & 2. Phys. 37. asserat, causas actu, & singulares, & ea, quorum sunt causæ, simul esse, & non esse; nam si ædificator domum ædificat, domus ædificatur: si ædificare cessat, domus etiam cessat ædificari, & uicisim, si domus ædificatur, ille ædificat; si domus ædificari desinit, ille etiam desinit; desinit autem ædificari, cum absoluta, & ædificata est: & ille desinit ædificare domum, cum iam domum ædificauit, & absoluit: quod non tantũ in rebus artificialibus, sed in naturalibus etiam euenit. Vnde idem

Ari-

Aristoteles 1.de Gene.& Corrupt.55. asserebat, præsentibus habitibus,motum ad generationem cessare. Aristotelis authoritati accedit & Galeni authoritas,qui 4.Meth.cap. 3.& alibi sæpe, sed præcipuè in Art.Med.cap.89. statuit,morbo facto solam deberi curationem,cum causam non habeat. His sic se habentibus,conclusiones meæ confirmatæ sunt; possemque ego dissimulare,quę scribis hic de causa continente: quædam tamen etiam de hac dicamus, quantum satis sit ad reiicienda, quæ pro ea asserenda hic affers. Verùm non
133.D possum ego dispicere, quomodo causam antecedentem rebus factis abneges,quatenus aliquid actu per motum facit; continentem concedas,cum per continentem efficientem intelligas; nam & hæc aut actu aliquid efficit,aut non; si efficit, idem sequetur absurdum, quod ex antecedente; si non,efficiens non erit, & frustra aderit.

At rursus Aristotelis authoritatem opponis negantis,res plurimas factas sine causa ὁμωνύμως esse,ac definiri posse; respondeo vt antea,quę proferuntur ex Aristotele non esse res absolutè factas, sed fieri adhuc: & ideo a causis suis pendere; sic pulsus apud Galenum,cum a tribus causis continentibus pendeat,usu,instrumentis, & facultate,sine illis esse,aut definiri non potest. Exempla,quæ affers, sunt potius causarum uere efficientium; & effectuum non factorum, sed qui fiũt.
134.B Cum enim eclypsis sit passio Lunæ,in motu, & in fieri est. Præterea cum sit priuatio actionis,sicut causa actionis erat causa rei, quæ fit: ita etiam eiusdem actionis priuatio; vt morborum exemplo antea declarauimus. Quantum ad glaciem, dicatur, frigus, ut colligitur ex Aristotele 4. Meteor cap.6.& sensu etiam patet, esse ueram causã glaciei,dum extinguit aquæ congelandæ calorem; frigus igitur ambientis erit causa uerè efficiens: extinctio caloris in aqua, aquæ passio,quæ impedit eius actionem,quę fluxus est. Quare & hic perinde euenit,ut in sanitate,& morbo corporis, ut superius etiam de eclypsi diximus. Quamobrem cum actionum celebrandarum causa,causa continens sit: causa,quæ eas intercipit, continens etiam sit necesse est; quod patet in omnibus morbis, qui semper causæ continentes sunt impeditarum,& interceptarum actionum,licet nullus adsit motus,nullaue actio.Atque hinc possumus colligere, frigus causam antecedentem esse extincti caloris in aqua: extinctionem caloris esse aquæ passionem, quæ eius impedit fluxum: ueluti morbus actionis humani corporis. Quare extinctio caloris uerè est causa continens concretionis aquæ, ut morbi etiã causæ sunt continentes impeditarum actionum; dixi frigus ambientis esse ueluti causam antecedentẽ extin-

extinctionis caloris; qua in re aduertendum est, causas antecedētes, authore Galeno Aduersus Iuli. cap. 6. non solum ortus, sed incremen ti etiam causas esse: & ideo 4. Meth. cap. 7. & passim alibi, causas istas generationis, & incrementi morborum esse ait. Sic igitur & frigus non solum causa est extinguendi calorem in aquis, sed augendi etiā illam extinctionem; quod apparet, vbi magnum est aquarum conflu uium; nam earum prius superficies concrescit, deinde partes propinquiores, donec tandem vsque ad aquæ fundum extinctio perueniat; vnde fieri videtur hæc extinctio successione quadam; hac autem extinctione caloris totius aquæ absoluta, frigus nihil facit amplius, cum faciendum nihil restet; quare etiam si præsens sit, causa ta men efficiens non est, cum nihil efficiat. Dices, cum summouetur frigus, reuocatur aquæ calor, vnde eius concretio dissoluitur. Quare si præsente frigore calor extinguitur: absente, calor reuocatur, frigus etiam causa est continens huius extinctionis. Respondeo, non satis esse absentiam frigoris ad reuocandum calorem, sed desiderari præsentiam calidi; vnde quotannis videmus, etiamsi frigora remittātur, non dissolui gelu, sed cum aer tepescere incipit, tunc dissolui, asserē te Aristotele eodem in loco, Quę frigore concrescunt, calido dissolui; quidquid sit, satis mihi est, res factas integrè, & absolutè non fieri, & ideò causas efficientes non habere, siue eas antecedentes, siue con tinentes voces. In exemplis apoplexiæ, & epilepsiæ petis principium; nam sicuti controuersia est de humoribus tumorum, an sint cau sæ tumorum efficientes: ita etiam de humoribus obstruentibus; at tu sumis hic tanquam concessum, humores obstruentes esse causam; quod hic discutiendum non est, cum proprium habeat locum. 134 B
Quantum ad febres putridas, proculdubio ita est, vt dictū est ex cap. 88. Art. Med. quasdam esse factas; quasdam futuras; fientes quasdam; & factas causam non habere, & ideò solis indigere alterantibus.
De uitrea pituita dolorem colicum inducente ad facietatem inculcata, dictum est antea; & quod de ea dictum est, dici potest & de lethargo, ex euacuatione humorum pituitosorum eum sanari, quia remedia euacuantia vim etiam calefaciendi, & exsiccandi habeant. Dices, Galenus eos oxyrhodino repellit 13. Meth. cap. 21. Respōdeo id fieri ab initio, cum humor intemperiem in cerebrum adhuc non impresit; quare repulso humore, sedatur symptoma, quia nondum cerebrum refrigeratum, & humectatum. Lib. 2. cap. 28. dixi intemperiem inæqualem factam esse, & adhuc fieri, & augeri; factam itaque negō cum Galeno a causa pendere. Ad ea, quę de dolore, ac volu 134 D

ptate

ptate obiicis ex Aristotele 10. Eth. Respondeo, si uoluptas sit terminus,& perfectio actus: dolor verò imperfectio, non habere causas efficientes: si verò sint generationes,& motus, habere; vtrunq; autem asserit Aristoteles. De adolescente, qui vomitu bilis æruginosæ liberatus fuit febre,& conuulsione, non negabo, eum humorem fuisse causam continentem conuulsionis;: cum conuulsio actio deprauata,& motus sit, non dispositio,& morbus. De febre dicendum est, & eam fuisse scheticam,& in fieri; nam si vera dispositio fuisset, non ita statim euanuisset; quanquam, si fidem alicuius codicis mihi patrocinantem haberem, non dubitarem, febrem ex eo loco expungere; videtur sanè Galenus eam rem commemorare tanquam a se alibi scriptam: & indicat 12. Methodi in calce, quo in loco conuulsionis tantum mentionem facit; & cum in eo 5. Aph. Commento 1. sermo esset de conuulsione, videtur mihi febris nomen in eum locum temere irrepsisse. Hactenus comprobatum fuisse puto, res factas non fieri,& ideo non habere causam efficientem,& omnia refutata esse, quę aliter demonstrant.

Sexti Argumenti Defensio.

135.B SExtum argumentum hoc syllogismo comprehenditur. Symptomata pathognomonica oriuntur a morbo. Humores tumorum pariunt quædam symptomata pathognomonica. Ergo humores tumorũ sunt pars morbi. Minor plana est, & a te conceditur: maior uerò negatur; neque enim uerum esse ais, symptomata exoriri a morbo tantum, si de morbo non in abstracto, sed uero,& corpus huius, vel illius infestante loquamur, uerum a causis etiam morbi,& a locis affectis, ut apparet in tumorum symptomatis pathognomonicis, quorũ quædam oriũtur ab humoribus, qui tumorum causæ sunt: quædam a loco; nam si inflammatio sit in membrana succingente, læditur respiratio; si in oculo, visio: si in aure, auditus: si in crure, incessus. Cum hæc sic se habeant, inde constat, sicuti non possumus colligere ex symptomatibus orientibus a loco affecto, locum affectum morbi esse partem; ita etiam non possumus ex symptomatibus, quæ a causis proueniunt, colligere, causas esse morbi partem; quod inde etiam patet. Febris putridæ caloris mordacitas symptoma est, quo distinguitur a non putrida; huius symptomatis

causa

causa est uapor putridus;non est autem ideò dicendum,uaporem putridum non esse putridæ febris causam,sed partem. Ad hæc respõdeo cum ibi demonstrauerim ex multis Galeni locis, maiorem propositionem esse ueram, id prius tibi fuit confutandum: deinde demonstrandum, humores non esse partem tumorum, sed causam efficientem.Non considerata itaque demonstratione illa, sumis tanquā concessum, humores esse tumorum causas, de quo inter nos controuersia est; sed quoniam putas,symptomata exoriri etiam a loco,vnde sumis argumentum pro causis, dico, hoc prorsus falsum esse. Capiamus insigne symptoma,quod actio lęsa est,quia semper hæc morbum consequitur; ais tu,actiones lęsas oriri a loco,vnde si adsit phlegmone in pleura,læditur respiratio; si in oculo,visio; si in crure, incessus; præterea phlegmone in pleura affert dolorem pungentem; 136A
in crure pulsantem; respondeo, phlegmones symptomata sumere quandam diuersitatem a locis,non a locis tamē oriri,sed a phlegmone: cum enim phlegmone sit morbus primò actiones lædens, phlegmone est,quæ actiones lædit,& eas lædit,quę a loco affecto,cui insidet,celebrantur; vnde difficultas respirandi non oritur à pleura, sed ab offensa pleuræ; ea autem offensio phlegmone est: difficultas etiā incessus non oritur a crure, sed ab offensa cruris; quæ offensa phlegmone est cruris; excitatur in pleura dolor pungens,in musculo pulsans,non quia musculus,aut pleura dolorem pariant, sed quia phlegmone in musculo dolorem parit, & pulsantem, quia in eo sunt arteriæ;in pleura pungentem,quia caret arteriis, & sensus est acerrimi; & propterea Galenus 1.Meth.cap.8. dicebat, phlegmonem affectū esse præter naturam; ipsam uerò læsam phlegmone laborantis particulæ functionē, morbi insigne symptoma: ueluti pedum quidem, in gressum;oculorum,visum; aurium,auditum.Quare argumentum il- 136C
lud tuum ductum a symptomatis loci ad symptomata causarum, nullum est,cum a locis non oriantur symptomata,sed a morbis. Ideoque omne fundamentum collabitur,cui illa tua positio inhærebat, quòd humores tumorum sint causæ.Quamobrem cum certum sit, ab huiusmodi humoribus oriri multa symptomata pathognomonica tumorum,& iam a me demonstratum fuerit,hæc symptomata a morbo oriri,confirmatum est, humores morbum esse,& non causam morbi. vnde Galenus passim & 3.Epidem.præsertim Sect.3.Comment.34. meritò asserit,symptomata pathognomonica affectuum essentiam constituere. Verissima igitur est maior illa propositio,Symptomata pathognomonica a morbo oriuntur;vnde cum minor a te concedatur,

conclusio etiam vera est; humores tumorum esse morbi partẽ; quod quomodo sit intelligendum, in aliis argumentis discutietur. Nec argumentum sumptum a mordacitate caloris in febre putrida obstat: neque enim symptoma eius pathognomonicum est: cum Galenus lib. De Const. Art. cap. 15. scribat, huiusmodi symptomata morbum necessariò consequi, & ita vocari, quia eius cognitionem afferant; quo fit, vt simul cum morbo inuadant, vt asserit primo de Cris. cap. 5. Hinc euenit, mordacitatem caloris non esse symptoma pathognomonicum febrium putridarum, cum simul cum febre non inuadat, vt testatur Galenus 1. De Diff. Feb. cap. 7. a quo loco argumentum desumpsisti; quare non est hoc symptoma inseparabile a febre putrida; imò uerò nec proprium est, cum in hecticis etiam appareat, authore Galeno eodem lib. cap. 9. & in ephemeris etiam ex tristitia, ut tradit in primo ad Glauc. cap. 2. Quare multis modis errauit Franciscus Valesius uir doctissimus, cum exponens locum illum Galeni ex
„ primo De Diff. Febr. ita scripsit. Themisonem reprehendit, quòd ca-
„ lorem mordentem, more acris medicamenti, inseparabilem esse ab
„ omnibus febribus putauerit, cum tamen is calor putredinis soboles
„ sit, eoque in solis putridis appareat; sitque putridarum indicium ma-
„ ximè proprium, & inseparabile. Quòd non sit inseparabile, & proprium, iam demonstratum est; neque id dixit Galenus, sed solum maximum esse indicium; neque Themisonem ibi Galenus reprehendit, sed eius tantum opinionem recitat, eiusque examinationem in locũ opportuniorem reiicit. Nec opinio Themisonis fuit, mordacitatem caloris esse signum proprium, & inseparabile omnium febrium, sed caliditatem ex penitioribus partibus tarde se efferentem, vt planè colligitur ex Galeni verbis: & planius adhuc ex compẽdio De Pulsi. cap. 15. vbi sic scribit. Hoc autem solum satis magnum argumentũ
„ Themisoni fuit ad cognoscendum febre iactari hominem, si calor è
„ profundo se extulisset. Si ex constitutis patet, mordacitatem caloris non esse symptoma inseparabile, & proprium febrium putridarum, quomodo inter pathognomonica symptomata cõstituere audebis? Illud addo amplius; etiamsi proprium, & inseparabile esset, vt alia quædam eodem in loco descripta, pathognomonicum non esset; pathognomonicum nascitur ab essentia morbi, eamque indicat; at signa ibi descripta non essentiam febris indicant, sed differentias. Quàm diuersa autem sint symptomata indicantia morbi essentiam, & indicantia morbi differentias, morem, & magnitudinem, declarat luculente Galenus in eo lib. De Const. Art. Repugnas itaque Gale-

no,& rerum naturę, cum aſſeris, mordacitatem caloris eſſe ſympto-ma pathognomonicum febrium putridarum. Non negauerim, ſymptomata, differētias febrium indicantia, pathognomonica eſſe, ſi ab eſſentia febrium oriantur, vt ſitis inextinguibilis, & calor exurens, & moleſtiſsimus in cauſo.

Pro argumento ſeptimo.

ERAT ſeptimum argumentum; Tumores præter naturam non poſſunt definiri, neque dignoſci abſque materia, ex qua conſtant; quod inductione patet; nam phlegmone ſine ſanguine: eryſipelas ſine bile flaua: elephas ſine atra: oedema ſine pituita definiri non poſſunt; Si itaq; per materiam definiuntur, & materia non poteſt eſſe cauſa eorum efficiens, quippè cum tumor ſit diſpoſitio, id eſt res facta, & permanēs, cuius cauſa efficiens non eſt, relinquitur, eam eſse de eſſentia, & partem tumorum. Tu huius argumēti vim haud percipiens, ipſumque aliter deducens, quàm deducendum ſit, in reſponſione admittis eius concluſionem, ſed eam cauſæ 128. C.D
continenti accommodas, ſic ſcribens. Fatemur nos, cauſas continentes eiuſmodi eſſe, quibus ſine res nec intelligi, nec definiri poſſint: ac proinde in talium rerum definitionibus, partes eſſe definiti; & nō aduertis ex argumento deduci, humores illos cauſam efficientem eſſe non poſſe, cum morbus, habitus, & diſpoſitio ſine cauſa efficiente poſſint definiri, & reuera definiantur; vnde reſtat, humores eſſe partē morbi: cauſam verò efficientem non eſſe; cū ſine ipſis tumores definiri non poſſint. Alium hic committis errorem, cum aſſeris, cauſas continentes partes eſſe definiti: nam licet ad definiti eſſentiam pertineant, eius tamen partes non ſunt. Atque id patebit, definitionē aliquam per cauſas continentes traditam proponentibus; nec accōmodatior medico poteſt occurrere, quàm pulſus definitio, a Galeno tradita 4. De Diff. Pulſ. cap. 2. Pulſus, inquit, eſt actio cordis, deinde arteriarum per dilatationem, & contractionem a facultate vitali, quò caloris natiui mediocritas retineatur, & in cerebro ſpiritus animalis generetur. In hac definitione pulſus eſt definitum; inſtrumentum, facultas, vſus, tres ſunt cauſæ continentes. Si dices, has cauſas eſſe partes pulſus, dices etiam facultatem, inſtrumentum, & vſum 131 D
eſſe aut dilatationem, aut contractionem; cum dilatatio, & contra-

ctio cum suis quietibus verè sint pulsus partes. Præterea si causæ pulsuum continentes immutentur, immutantur & pulsus; quare immutatio causarum est causa continens & ipsa mutatorum pulsuum; cum ab hac mutatione pulsus immutentur, & ab eius cessatione cesset pulsuum immutatio. Mutetur vna ex tribus causis, veluti vsus, & vrgeat propter insignem caliditatem adeò, vt reddat pulsum frequẽtiorem, velociorem, & maiorem, quàm par sit: audebis ne tu hic affirmare, vrgentem calorem partem esse huius uelocitatis, frequentiæ, & magnitudinis? Hinc apparet causas etiam verè continentes non esse partem definiti. Aliam affers responsionem, qua uideris nega-

137. B.C. re, quod iam concesseras; quæ ingrediuntur definitionem esse partẽ definiti; scribens hunc in modum. Quod pars est in definitione pro-
" prietatis alicuius, non statim essentiæ eiusdem partem esse, dum ex-
" tra definitionem consideratur. Egregium sanè est hoc pronunciatum. Dixi ego, vel intuli, Phlegmone est tumor præter naturam, ex sanguinis influxu constans, & collegi, sanguinem illum esse de phlegmones essentia; tu verò hoc reiicis, quia si sanguis hic consideretur extra definitionem, non est pars essentiæ phlegmones; qua responsione nihil absurdius audiri potest; si enim alium sanguinem, quàm eum, ex quo phlegmone constat, consideres, fatebor, eum non esse partem, & de essentia phlegmones: sed si sanguinem ipsius phlegmones consideres, siue in definitione, siuè extra definitionem, semper erit de essentia, & pars phlegmones.

137C Probas reconditissimũ id
„ decretũ hoc exẽplo. Simitatem absq; naso, cuius est proprietas, non
„ definieris vnquã, licet non sit nasus pars essentiæ simitatis; qui enim
„ fieret subiectum, & substantia pars eius, quod in ipso inhæret, seu ac-
„ cidentis? Vt hæc facilius discutiantur, simitatis definitio est afferenda. Simitas (ut definitur ab Aristotele) est nasi curuitas; si dixisses, nasum esse partem huius definitionis, simitatis verò partem non ésse tolerari fortasse posset: sed cum dicas, nasum esse partem simitatis in definitione, extra definitionem non esse, quis risum teneat? Nasus neque in definitione, neque extra, pars est simitatis; an verò nasus sit de simitatis essentia, tam in definitione, quàm extra, non cõtendam, cum parum ad me pertineat. Definitio symptomatis nihil ad rem, cum sit definitio rei fientis, non factæ; vnde fatentur omnes, morbos symptomatum causas esse continentes. Nos autem loquimur de definitione rei permanentis, & de re determinata; nunquid scilicet humores tumorum sint causæ efficientes, an materiales tumorum; sed cum efficientes esse non possint ob rationes traditas,

relin-

relinquitur materiales esse. De definitione defectus Lunæ,& gla
ciei iam diximus,non esse res factas,sed actionum priuationes.
Quantum ad apoplexiam, dico humores crassos, & lentos causam 137D
esse materialem obstructionis ventriculorum cerebri; qua de re la-
tius inferius disputabitur. Cum opinionem tuam confirmas,quia
ego meam hæsitabundus pronunciem,fateor (vt antea quoque testa 138A
tus sum) me sanè dubium,& ancipitem fuisse, & mutaturum senten-
tiam, si quid allatum contra me fuisset consideratione dignum; sed
cum somnia tantum,& nugas legerim, & rem magis,& magis consi-
derauerim, pro explorato iam habere incipio, me parti veriori
adhæsisse.

Pro alio Argumento, quod erat pars quinti, & potest hic pro octauo poni.

POST luculentam, & memorem mendaciorum tuorũ
enumerationem,quæ hactenus in quarta accusatione 139.
protulisti,aliud argumentum,cuius quintum iam a te B.C
oppugnatum pars erat (quod cur diuiseris,non disqui
ram,cum mihi legem imposuerim,ordini tuo insisten
di) inuadis,nihil tamen aliud obiiciens, quàm quæ egomet mihi tũc
obieceram,& diluerami;quare,qui conferet cum iis,quæ tunc scripsi,
quæ nunc mihi obiicis, ea iam refutata esse inueniet; iterum tamen
ea discutiam. Cum collegissem ex Galeno,curationem morbum
spectare: præseruationem causam; collegissem præterea euacuatio-
nem humorum, ex quibus tumores constant, esse curationem,non
prçseruationem; inde etiam collegi, hos humores esse de essentia tu
morum,non autem causam efficientem. Non considerabo nunc,
quemadmodum argumenta mea inuertas, & tuo modo construas;
sed statim ad ea veniam, in quibus tota uis ueritatis est. Si itaque
demonstratum erit,euacuationem humorum,ex quibus tumores cõ
stant,ueram esse curationem,quæ solum morbũ spectat, demonstra-
tum erit,humores illos esse de morbi essentia citra omnem contro-
uersiam; quòd si id non demonstrabitur,sed colligetur,hanc non es-
se veram curationem, sed habere etiam in se præseruationem, quia
causa efficiens adest,ut tu sentis,concedã, humores istos causam esse 139C
efficientem. Obieceram egomet mihi Galenum 2.Aph. Commẽ.
22.asserentem,sub curatione subintelligi etiam prçseruationem: cui 141C

loco tu quoque inniteris,& 4.Meth. cap.3. & in ea heres pertinacia, quòd euacuatio humorum illorum sit sublatio causæ, nec considerasti,quæ ego scripsi tunc ad eam remouendam obiectionem; nam si ru dior etiã,& durior esses,uidisses,sententiã meã esse uerisimã,& nõ verbis Galeni tantum, sed etiam rerũ naturæ inniti. Sic itaque scri " bo.Respõdeo, nolle me de nominibus altercari, & parui apud me es " se discriminis, siue curationem, siue præseruationem appelles eua- " cuationem plenitudinis tumores constituentis: res autem ipsas, ea- " rumque naturas me potius considerare. Cum itaque uideam Gale- " num per totum 13.& 14. Methodi,in curandis tumoribus præter na- " turam,sumere indicationem curandi,& a tumore,qui adhuc fit,& qui " iam factus est, non possum aliter decernere,sic ipso docente, quàm " tumorem,qui iam fit,adiunctam habere causam: factum causam ad- " iunctam non habere.Sed si tumores isti facti, id est causa carentes,cu " rantur per euacuationem humoris tumorem constituentis, vt palã " docet cap.2.& 6.libri 13. quis est tam cæcus,qui non uideat, humo- " rem illum non esse tumoris causam,sed morbum ipsummet?

Ostendo in duobus locis Galeni citatis ex 13.Methodi ita præcipi,vt ego exposui.Cap.itaque 2.post commemoratas antiquorum multo- " rum de ortu phlegmones opiniones,sic scribit. Quo fit,vt etiam cura " tionis scopus omnibus sit communis, nempe uacuatio redundantis, " in particula phlegmone obsessa,sanguinis. Quòd hic de phlegmones factæ uera curatione,quæ solum morbum,& non causam spectat, " sit locutus,indicant, quæ statim subdit. Phlegmones verò, quæ in " generatione adhuc est, duplex est scopus, veluti in reliquis morbis " omnibus,qui in gignendo adhuc sunt, nec dum absolutionem sunt " nacti,ostendimus; nam quod generatum eorum iam est, id medicæ " artis parti,quę morbos curat,subiicitur; quod in generatione adhuc est,parti,quæ futurum morbum præcauet. Cũ hic doceat,quid agendum in phlegmone,quæ adhuc generatur,certum est, cum ante egisse de genita iam;quod confirmatur ex initio cap. 6. sic enim scribit. " Nunc ad sermonem de phlegmone reuersi dicamus, communẽ om- " nium phlegmonarum curationis scopum esse uacuationem; quæ ue " ro adhuc in generatione sunt, in iis prior uacuatione est confluẽtis " ad affectum locum sanguinis inhibitio. Cumque causas fluxionis ex " plicasset;sic conclusit. His igitur omnibus æstimatis,quæ phlegmo- " næ adhuc in generatione sunt,earum causas prius abscindes; quæ ve- " rò iam factæ sunt,has vtique curabis solas. Ex his duobus locis habetur,sanguinis,ex quo genita est phlegmone, euacuationẽ,verã, &

pro-

propriam eſſe curationem: & ex conſequente, ſanguinem illum eſſe de morbi eſſentia, non cauſam; influentem verò, cauſam eſſe. At inquies, Galenus ſub curatione ſubintelligit etiam præſeruationem; reſpondeo, hanc ambiguitatem locum habere in morbis, qui fiunt tantummodo; nam cum pars facta curanda ſit, eius, quæ fit, cauſa abſcindenda, in his duplex ſe offert ſcopus, alter morbũ ſpectans; alter cauſam; at in morbis factis nulla eſt dubitatio, quin vera, & ſola eorum curatio ſit. Sed mirum eſt, quomodo ex 1. Præſag. Comment. 31. eliciam ego humores tumorum eſſe partem tumorum; tu 140.
contra eſſe cauſam efficientem. Videamus igitur, vter rectius ſentiat; ego naturam rei, & regulas Methodi Galeni ſecutus, cũ videã D.
eum ibi differere, omnes tumores curari, ſi diſſiciantur humores, a quibus orti ſunt, euacuatis iſtis humoribus, qui fluxerunt, iam morbũ curari meritò cenſeo. Tu verò, quia tumores ab his humoribus fieri legis, cauſam eſſe efficientem tumorum eos putas; ſed & antea demonſtraui, & poſtea demonſtraturus ſum, hunc loquendi modum ad cauſas materiales etiam pertinere. Quòd verò humorum eorum diſcuſſio, ſit morbi ipſius diſcuſſio, declarat idem Galenus inferius Cõment. 37. cum humorum diſcuſſionem tumorum diſcuſſionem vo- 142 A
cet. Reſtant loci a te citati ex libro Galeni aduerſus Iulianũ; ſed 159 C
de his opportuniori loco diſputabimus. 160 B

Ad obiectiones factas contra caput 33. ac demonſtratur, tumores præter naturam diuerſis rationibus eſſe morbos ex intemperie, & organicos.

SCribis deinde caput 33. chimeras, & Africana mõ 143 A
ſtra continere, quia dixerim, tumores præter naturã morbos eſſe tam ſimilarium, quàm organicarum partium; ſimilarium, cum magnitudine actiones non lędunt; organicarum, cum lædunt; atque ex his quatuor colligis errores, quos antequam diluo, declarandum eſt, quomodo ea pronunciauerim. Cum oſtendiſſem cap. 32. intemperies cum materia, de Galeni ſententia, eſſe tumores præter naturam (id quod in hac quarta Defenſione, reiectis obiectionibus tuis, iterum confirmatum eſt) cap. 33. ſuſtuli difficultatem, quæ ex eo dogmate oriebatur; cum paſſim Galenus aſſeueret, tumores præter naturam eſſe morbos magnitudinis; & propterea organicos; at ſi organici morbi ſunt,

quo-

quomodo intemperies? ſuſtuli eam difficultatem facillimè ex Galeno,qui lib. De Diff.Morb.cap.12.ſic ſcribit.Exulcerata,atque vnà in" flammata membra tripliciter naturę modum egrediuntur: cum ob" ulcus quidem unitatem ſuarum partium amittant: ob inflammatio„ nem verò calidiora,atque humidiora reddantur, quàm naturalis e„ xigat habitus; namque qui in ipſis eſt tumor,ſi ad tantam magnitudi» nem attollatur, ut ob hoc ipſam actionem impediat, tunc iam mor» bus eſt exiſtimandus: ſi autem membrum ex hoc nullam patiatur in" actionibus iacturam,accidens tantùmodo, & paſsio ipſe cenſebitur," veluti & dolor. Ex his luce meridiana clarius patet,ſi vlceri ſuperueniat phlegmone,in membro ita affecto tres eſſe morbos:primũ ſolutam vnionem;alterum intemperiem calidam: tertium intemperiẽ humidã.Hinc eluceſcit dogma capitis quinti eius libri quinti,phlegmonẽ eſſe intemperiem calidam,& humidam cum ſubſtãtiæ affluxu. Nonne & hinc eluceſcit etiam,quæ tu monſtra,& chimeras putas,eſſe uerisſima Galeni decreta? in phlegmone,quando eſt duntaxat intemperies,tumorem morbum non eſſe, ſed ſymptoma; ſed ſi tumor adeò increſcat,ut magnitudine lædat, morbum eſſe, non aliquem ex tribus iam dictis,ſed organicum? Vnde hoc pacto quatuor ſunt» morbi, quod ſtatim docet Galenus cum ſubdit.Omnia igitur,quæ ſi» mul ulcerata, & inflammata ſunt corpora, tres quidem neceſſariò," nonnunquam verò & quatuor ægritudines patiuntur. Tres ſunt neceſſariò,quando phlegmone magnitudine non lædit; quatuor quando magnitudine lædit.His poſitis,clarum eſt, phlegmonem eſſe intẽperiem calidam, & humidam cum affluxu ſubſtantiæ neceſſariò: interdum verò adiunctum habere morbum auctæ magnitudinis,qui organicus eſt.Quare phlegmone, & quicunque alius tumor,ſemper eſt intemperies cum affluxu ſubſtantiæ: interdum verò magnitudinis morbus,quando influxus illius ſubſtantiæ adeò attollitur, et increſcit,ut magnitudine actiones lædat. Fuſius expoſui locum illũ Galeni,ut posſis eum percipere,cum ante non perceperis; nam ſi perceplſſes, tam præclara dogmata nunquam monſtra, & chimeras eſſe iudicaſſes; quòd ſi tunc addidiſſem, tumores iſtos, cum morbi ſunt organici,neceſſariò morbos etiam ex intemperie eſſe, ut apertè hic ex Galeno colligitur,proculdubio monſtrum id omnia monſtra ſuperaſſe dixiſſes. Sed fugatis monſtris, quatuor etiam errores a te tam ſubito,& tam diligenter enumerati euaneſcunt. Euaneſcit primus ſtatim,cum declaratum ſit,tumores uere eſſe intemperies cũ materia,quod & tu antea conceſsiſti,ſed ſolos negabas; hoc ſequitur

hic

hic vllum absurdum, quòd morbus organicus sit similaris, quia tumor tunc non morbus, sed symptoma est; vnde verus est morbus ex intemperie, quæ tamen materiæ inhæret, vt declarauimus antea. In hoc errore notando, incidis tu in errorem adeo insignem, vt vere monstrum possit appellari; nam si monstra contra naturam sũt, quid magis contra naturam est, quàm morbo attribuere, quod sanitatis est? describis intemperiem hoc modo. Intemperies inest in primarum qualitatum certa quadam consensione; omitto antiquum erro- 143.C
rem, ad quem redis, tanquam sus ad volutabrum, cum iam explosus sit; In hoc nouo repugnas Galeno, & naturæ, & (quod tu ægrius feres) Argenterio, Vegæ, & tibi ipsi. Certum est sanitatem esse symmetriam, morbum ametriam; at tu intemperiem, quæ morbus est, symmetriam facis; cum in primarum qualitatum consensione eam colloces: consensio verò, & symmetria idem sunt: sicuti contra dissensio, & ametria idem. Quoniam verò inieci scrupulum viris quibusdã eruditis, negans hic, tumorem esse morbum, cum tamen alibi perpetuò asseram intemperies cum affluxu esse tumores: intemperies autẽ morbi sunt; ut scrupulum eximam, dico, cum enunciamus, intẽperies cum affluxu esse tumores præter naturam, tunc capere nos per tumores totum aggregatum ex intemperie, & materia, & sic tumores morbos esse: cum verò negamus, tumorem esse morbum, tunc capimus tumorem pro vno ex symptomatis totius illius aggregati; vt declarauimus lib. 2. cap. 33. Non minor in secundo errore apparet inscitia; nam tumor cum intemperies est, non lædit actiones quantitate, 144.B C.D.
sed qualitatibus; cum organicus est morbus, quantitate lædit. Quare paruum tumorem, & magnum ex æquo tumores esse fateor; at paruũ intemperie tantum lædere, cum in magnitudine is non sit excessus, qui actiones possit lædere: cum enim recessus a sanitate late pateat, antequam in morbum erumpat, morbus esse non potest, nisi adeò sit insignis, vt actionem lædat; quare in paruo tumore non est ille excessus, qui lædat actionem: in magno est: atque id exemplo tuo confirmatur; nam exigua bilis causa morbi non est: aucta verò, per te, fit causa morbi; licet utraque bilis sit; sic licet paruus & magnus tumor tumor sit, hic tamen est morbus, ille non est. Fateor, me alibi cum Galeno decreuisse, morbos similares eandem habere essentiam, cũ parui, & cum magni sunt; intemperies enim semper sunt; sed quid hoc ad rem, cum tumor magnitudine lædens dissimilaris sit, non essentia quidem a paruo tumore differens, sed quia ille non lædit actiones, hic lædit? vnde parui tumores sola intẽperie lædunt: magni & intẽ-

perie,& magnitudine. At ad tertium errorem uenienti libet hæc præfari. Si hæc Anatome ab aliquo uiro docto prodiisset, sperarem, libros meos a quacunque labecula expurgatos esse, tam diligenter, tam anxie ex omni angulo (ut tecum loquar) quæris, quid reprehēdas; quod & sæpe alibi,& nunc in hoc notando errore fecisti. Nam uelut delirus floccos carpens, ubi non sunt, ita in meo syllogismo quodam festucam uenaris; qui error te in alios grauiores errores impellit; sed proponatur syllogismus hic uerbis meis, non tuis. Scribo igitur lib. 2. cap. 33. in hæc uerba. Cum ex iam deductis constet, intēperies cum affluxu substantiæ esse morbos partium similarium: & intemperies hæ sint tumores præter naturam. In hac secunda propositione notas ingens flagitium. Cum enim tumores præter naturā, ad rectam syllogismi formam constituendam in prima figura, subiectū esse deberent, prædicatum sunt; vnde dicendum erat. Et tumores præter naturā sint intemperies hæ; ac si peritus artis disserendi a situ, nō a natura sua, subiecta, & prædicata interstinguat; quod si non faceret, quot errores committerentur in percipiendis argumentis Aristotelis eo modo sæpissime argumētantis? at si situs ille ambiguitatē aliquam in ea propositione parit, nonne conclusio statim sequens eam adimit? quæ ita se habet. Sequitur necessariò, tumores præter naturam esse morbos partium similarium. Cum enim in hac conclusione tumores præter naturam subiectum sint, quis non uideat, in minori etiam propositione subiectum esse? si nudos hic tres terminos proposuissem, nonne exercitatus in Aristotele, qui in tribus elementis A.B.C. eos proposuisset, syllogismum facilè confecisset? dum floccos istos uenaris, interim non aduertis, me non produxisse argumentū illud, ut statuerem, omnem tumorem esse morbum similarem, sed potius, ut id reiicerem, & inde occasionem sumerem distinguendi, qui nam tumores sint morbi similarium, qui nam organicarum partium, ut ex progressu eius loci unicuique patere potest. Quæ cum haud intellexeris, in alium incidisti errorem, cum asseruisti, me ubique affir-
145 D mare, phlegmonē, & tumores alios sine talis, aut alia limitatione intemperiem esse cum substantiæ influxu. Nam (nisi fallor) planius, & distinctius explicari non potuit, quando tumores sint intemperies; & quando sunt morbi organici, quàm ego fecerim.
145 D Sed hos erro-
146 A res errorum sentina excipit. Obiicis, si soli tumores parui sunt intēperies cum affluxu, rarò ei congruet hæc appellatio, cum non sæpe absque læsione organi alicuius phlegmone consistat. At hæc obiectio non aduersus me procedit, sed aduersus Galenum ita statuen-

tem,

tem, quem tamen fingis te sequi. Cæterum etiam si raro, aut nunquã appareat absque læsione organi, nonne vidimus iam ex Galeno ibi etiam inesse intemperiem cum affluxu substantiæ, & diuersos esse morbos? Præterea his declaras, vt aliis omnibus, te nullum vidisse ægrum: aut si vidisti, ita morbos cognouisse, vt te authore cognosce bat Paracelsus. Quoties enim occurrunt phlegmone, & erysipelata in vulneribus præsertim sine insigni tumore? Obiicis deinde non mi nus inepte; si tam in maxima phlegmone, quàm in minima sanguis 146 A
est de essentia phlegmones, nonne est & ipsa intemperies cum afflu- "
xu? At ex iam suppositis, & declaratis patet in maxima etiam phlegmone subesse intemperiem, & præter intemperiem excessum etiam magnitudinis. Sanè cum legissem Hippocratem, Platonem, Aristotelem, & Galenum opiniones quorundam antiquorum ridiculas, rationi, & sensibus repugnantes proponere, & condemnare, ueni quandoque in suspicionem, omnia illa mera fuisse figmenta: neque enim mihi persuadere poteram, hominem bonarum literarũ amatorem, tam ab omnibus literis alienum inueniri posse; at postquam tua cœpi legere, apud me constitui, nihil tam absurdum excogitari posse, quod mentes humanas ignorantia, & superbia oppressas non occupet. Deliriorum, & portentorum tuorum dedisti hactenus innumerabilia indicia; sed in obiectionibus ad cap. 33. te ipsum superasti. Scribis in illud caput, ac si diuines, & nunquam ipsum legeris; quod ex his patet. Accedit hoc quoque, quòd Galenus cum exẽpla 146A
affert intemperiei cum affluxu humorũ tumores quoslibet excitan- B
tium, nunquam vel vnico verbo monuit, tum solum pro exemplis ha "
bendos esse harum intemperierum, quando magnitudine sua non "
lædant instrumenti generationem. Quinimò contrarium eum sensis- "
se, facilè perspiciet, qui obseruare uolet; quo enim maiores sunt, tan "
to promptius partes, quas occuparunt, alterant. Nonne ego Galeni verba citaui ex lib. De Diff. Morb. cap. 12. quibus docet, quando tumores magnitudine non lædunt, esse intemperies cum affluxu substantiæ tantum: cum magnitudine lædunt actiones, morbos esse ex intemperie cum affluxu simul, & organicos? Locus ille labirinthos tuos omnes explicat; nam facilè patet, quomodo vnus, atque idem 146.B
tumor interdum duplex morbus sit, similaris, & organicus diuersis rationibus. Quare frustra repetis tertium errorem meum; cuius hunc 146.B
titulum feceras. Tertius, quòd vnum tumorem duos morbos facit, 143 A
qui unus cum sit, nihilominus in diuersis generibus continetur. De- "
claraui enim iam ex Galeno, quomodo id sit intelli gendum. Nec mi "

146B nus uana sunt ea. Humores tumorem efficientes contendit ad essentiam tumoris pertinere, & speciem intemperiei constituere: causas nec tumorum, nec intemperiei existere. Cum enim in hac Defensionum parte a cauillis tuis sim tutatus septem argumenta, quibus ea decreta stabiliuntur, a labyrinthis tuis explicata sunt. Constitui & ego, humores tumorum mole sua tumorem: qualitatibus intemperiē excitare, tanquam causas materiales: aliter enim non procederet intēperiei distinctio in nudam, & cum affluxu. Quare temere iactas, me
146C frustra distinctionem illam attulisse, cum quidquid contra eam intētaueris, repulerim. Frustra iactas, me ad argumentum, quod mihi met obieceram initio capitis 33. cuius minorem magno illo vitio notasti, non respondisse; cum enim eius conclusio esset, omnes tumores esse morbos similares, eam reieci: & ostendi eos esse & similares, & organicos, & quomodo; nec in solo tumore, qui magnitudine actiones non lædit, contineri intemperiem cum affluxu substantiæ asserui, sed in eo etiam, qui magnitudine lædit; at in hoc præter intemperiem, morbum etiam organicum esse ex apertis Galeni uerbis de-
146D monstraui. Inculcas iterum inter ineptias tuas humores liberos,
147A & captiuos: & vtrosque intemperiem cum affluxu parere contendis; sed cum captiuos solos in primo ex septem argumentis, quæ inuasisti, & in eius confirmatione intemperiem cum affluxu substantiæ constituere demonstrauerim, demonstrationes illas non repetam; nam si repetitiones, & confusiones tuas sequi uelim, opus in immensum cre-
147B sceret. Sed quartum errorem contemplemur, sic a te descriptum. Quartus, quòd tumorem, qui morbus non est, sed symptoma generaliter vocatum (sicut omnis humor malus, qui tamen adhuc morbū non gignit, symptoma, seu accidens præter naturam uocari potest) morbum esse ait: hoc est, niuem atram asserit. Verum antequā hunc errorem discutio, aduertamus, quàm rectè tumorem, qui morbus nō est, symptoma generaliter vocatum esse dicas. Cum enim Galenus in in lib. De Diff. Sympt. in calce cap. 1. asserat symptoma generaliter sumptum esse omne id, quod animali præter naturam incidit, qua ratione morbus etiam, & causa morbi symptoma dicuntur, hac generali appellatione tumor etiam cum morbus est, symptoma erit; quare nulla hinc inter tumores hosce orietur distinctio. Præterea hoc est contra Galenum, qui non generali appellatione tumorem uocat symptoma, sed propria, veluti ruborem, & dolorem. Explicas deinde, quid per generale symptoma intelligas, exemplo humorum malorum, qui nondum morbum gignant; Hic dii boni, quot sunt ineptiæ?

ptiæ? Primum, ſi de generali ſymptomate intelligas, non ſolum humores hi ſunt ſymptomata, ſed illi etiam, qui morbum faciunt; ſed ſi de ſymptomate propriè dicto intelligas, humores hi non ſunt ſymptomata, ſed cauſę. At repetis quartum hunc errorem aliis verbis. 147C
Dum Montanus tumorem paruum, qui ſymptoma Galeno, ac non „
morbus, intemperiei morbum ſtatuit, id quod morbus non eſt, mor- „
bum eſſe ait. Si non ſemper cæcus eſſes, diſtinctionem tumoris a me „
eo in capite traditam uidiſſes; percepiſſes etiam, cum tumorem uoco morbum, me totum affectum intelligere, qui in ſe continet humores tumorem excitantes, eorumque qualitates; totum enim hoc, morbũ ex intemperie cum affluxu ſubſtantiæ uoco; quod in particularibus tumoribus facilius percipitur, veluti ſi dicam phlegmonem, quę magnitudine non lædat, eſſe intemperiem calidam, & humidam cum affluxu ſanguinis; nam per phlegmonem non intelligo ſolum tumorẽ, qui unus eſt ex eius ſymptomatibus, ſed totum aggregatum, quod alia etiam multa habet ſymptomata. Quòd autem tumorem ſymptoma ab aliis ſymptomatibus diſtinctum, & ſeiunctum morbum nõ vocem, indico uerbis illis. Ac tandem ſtatuendum eſt, ſi tumor ſit exi- „
guus, & magnitudine non lędat actiones, morbum eum eſſe ſimila- „
rium, & tumorem tunc eſſe ſymptoma; ſed nonne ibi doceo in tumo „
re etiam, qui magnitudine lædat, ſi ſumamus tumorem per ſe ſeiunctum a rubore, renixu, pulſu, dolore, & aliis ſymptomatis, morbum non eſſe, ſed ſymptoma? Quare cum tumorem dicimus morbum eſſe, totum aggregatum capimus, complectens omnia ſymptomata; cum ſymptoma eſſe dicimus, ſumimus ipſum tumorem per ſe ſeiunctum a reliquis ſymptomatibus; quod (ut dixi) facilius apparet in tumoribus particularibus; nam phlegmone ſemper eſt morbus, ſiue magnitudine lædat, ſiue non, quia eſt aggregatum totum conſtans ex ſanguine, & eius qualitatibus, & omnibus ſymptomatis inde exoriẽtibus; nunc addo, in tumore, cuius magnitudo actiones non lædit, non ſolum tumorem contradiſtinctum reliquis ſymptomatis, ſed totam magnitudinem, ſi diſtincta eſt a tumore, qui ſemper ſymptoma eſt, eſſe ſymptoma; ſymptoma autem eſt morbi ex intemperie cum affluxu: quæ cum adeo augetur, ut lædat actiones, morbus eſt organicus, ab intemperie diſtinctus. Contradictio, quam mihi impingis, ex tua oritur inſcitia; nam lib. 4. cap. 10. unus erat tantum affe- 147C
ctus, qui licet rationem duorum morborum ſubiret, unus tantum ta- D.
men erat morbus; at hic ſunt duo affectus, magnitudo excedens, & intemperies: ergo duo morbi. Sic reſpondet pro me etiam Spuda-

147D stes. At negas, me in tumore duos morbos constituere, nec posse,
148A etiam si maxime uelim, id facere, cum placitis meis repugnet. Cum
148A enim statuam, humores esse materiam tumorum: qualitates uerò
B. C. formam, hinc unus tantum morbus consurgit. Multum deinde te iactas, sursumque ac deorsum uersas, alios proferens locos, ex quibus deducis, me tumorum magnitudinis nullam habuisse rationem, nec ex illa morbum quempiam ab intemperie cum materia distinctum constituisse; an non vides, infelix, furorem te excęcare? Quid ex aliis locis quæris, quod sub oculis habes? Nonne locus citatus ex cap. 12. De Diff. Morb. docet, me in tumoribus morbum etiam ma-
148D gnitudinis cum Galeno ponere, & quando, & quomodo? Attin-
149A gis alias difficultates, de quibus inferius opportunius tractabitur.
149C De antiquis etiam erroribus, quos non potes non sæpe commemorare, nihil dicam, cum iam sint patefacti; sed vltimum non tacebo.
150A Reprehendis, quòd cum Galeno humores morborum materiam cō-
151C stituam; nam sic morbus non erit dispositio corporis uiuentis; ac si tumores isti non sint corporis dispositiones, & corporis actiones non uitient; at dispositiones corporis humani esse, eiusque actiones uitiare, superius uisum est.

Defenditur cap. 37. in quo asseritur, humores tumorum eorum causam esse materialem, non efficientem.

ALTERCATIO de morbis ex intemperie cum materia traxit te ad oppugnanda quędam decreta nostra de duplici morborum materia, scripta in calce cap. 37.
150C ac statim non temere admones, abs te moueri sordes; auguror enim fore, ut hinc sordidior multo, & spurcior euadas. Ego sic scripsi; intemperies cum " materia duplicem habet materiam, alteram præternaturalem, quæ " fons est morbi; alteram naturalem, quæ sunt membra solida, quæ ab " huiusmodi intemperie corripiuntur. Tu sic obiicis; ergo naturale pa-" thos duobus subiectis specie, aut genere, imò plus quàm genere diffe-" rentibus, primo inest? Quid est absurdius in omni philosophia audi-" tum? Licet nulla in te memoria sit, nunquàm tamen vitiorum tuorum obliuisceris, quorum præcipuum est falsitas; unde hoc in loco uocem illam, primo, superaddis, quæ obiectionem tuam uerisimilem reddit; cum haud uideatur fieri posse, ut unum atque idem accidens duobus

duobus diuersis subiectis primo insit; at deme eam uocem, nullum amplius in philosophia, cuius religiosissimus es Antistes, & Silenus verus, apparebit absurdum; quid enim vetat, caliditatem, & humiditatem inflammationis in sanguine residere, & inde in musculos, & alias partes affectas propagari? absterge hanc sordem, antequam aliæ te superinquinent, nam simul adiunctæ difficilius eluentur. Vocas naturale pathos, quod præter naturam est, quia nullum nostri discrimen æqui, & iniqui; honesti, & turpis: naturalis, & præternaturalis, cum etiam paulo ante dixeris, hanc eandem intemperiem consensionem esse primarum qualitatum. Cum hic tanquam egregius in amplificando orator ad maiorem emphasim dicas, humores, & partes solidas inter se differre plus quàm genere, discerem libenter, quę nam sit hæc tam terribilis, & horrenda differentia. Ego certè eam ne cogitatione quidem fingere scio. Cum assero, intemperiem cum materia duplicem habere materiam, hinc sequi ais, duo esse humana corpora in vno; quod quomodo sequatur, non percipio. Certè ex syllogismo sequente, non hanc colligis cóclusionem, sed illam. Quare duplex corpus humanum naturale, & non naturale; sed non aduertis, quantum erres in conficiendo syllogismo affirmatiuo in secunda figura, hoc pacto. Morbus omnis est dispositio humani corporis. Intemperies cum materia inest in duplici corpore naturali, & non naturali. Quare duplex corpus humanū naturale, & non naturale. Minor propositio in hoc syllogismo prima ponitur, quod Aristoteli etiam usitatum est; non naturale vsurpatur pro præternaturali contra Galeni vsum; sed vitium adest non ferendum, quòd medium terminum varium facis; alias enim conditiones habet in maiori, aliàs in minori; sed (quod omnem stupiditatem superat) conclusionem nectis non ex extremis, sed ex medio termino solo. Conclusio hæc esse debebat. Quare omnis morbus est intemperies cum materia; at tu sumens partem medii termini minoris, & medium totum maioris, conficis conclusionem; vt possimus etiam aliam praeclaram dotem huic syllogismo ascribere, ex quatuor eum terminis constare; quod aliter esse non potest, cum in conclusione nulla sit extremitas. Cum enim constet & ipsa ex subiecto, & prædicato, necesse est, aut idem in ea de eodem prædicari, quod & ipsum insigne est vitium, aut syllogismum ex quatuor constare terminis; & is es, qui paulo ante in me taxasti, quòd dixerim. Et intemperies hæ sint tumores præter naturam, cum dicere debuissem, & tumores præter naturam sunt intemperies hæ. Cum totus syllogismus forma ca-

Margin: 150D (beside "Vocas naturale pathos"), 143C (beside "consensionem"), 150C (beside "libenter"), 150D (beside "duo esse"), 151A (beside "non naturale; sed non aduertis")

careat, præmissæ etiam perperam sint contestæ; nihilque ex eo colligi possit, ipsum abiiciamus, & expectemus, dum rectius deducas, quod tibi deducendum proposueras. Interim te obsecramus, ne toties tuam illam tam exactam ἀκρίβειαν vsurpes; ad eam enim caligant oculi mei, atque intellectus. Age mecum rudius, & planius, vt te intelligam; sed prosequamur reliqua. Damnas, quòd dixerim, solos tumores præter naturam esse uere intemperiem cum mate
151 A ria, ac si inferre voluerim, tumores præter naturam nihil esse aliud, quàm intemperiem cum materia; si dixissem omnes tumores huiusmodi esse, uera esset obiectio; sed dixi, solos tumores, innuens influxus non excitantes tumorem intemperies cum materia non esse; vt superius validissime probatum est; at non infero hinc, tumores nihil aliud esse, quàm intemperiem cum materia, cum ex Galeno demonstrem, solos eos, qui magnitudine non lædant, esse huiusmodi: magnitudine verò lædentes esse organicos; quanquam, & ipsam intemperiem habeant adiunctam; sed audi astutiam fraudulentam. Dixi ego, solos tumores præter naturam vere esse intemperies cum materia, excludens eo loquendi modo influxus tumorem non excitantes;
151 B At tu ita profers, Tumor vere est intẽperies, quæ propositio ita prolata proculdubio significat tumores omnes præter naturam esse intemperiem cum materia: at fraus statim deprehenditur. Negas locum ex cap. 3. De Inæquali Intemperie probationi, cui intendebam patrocinári; sed heus tu, quid probare uolui? At hęc obloqueris in fugam coniectus, & in hostem insequentem muta iaciens conuicia. Volui ego probare, quæ antea statim mihi probanda proposueram, tumores præter naturam a materia ortum ducere, quæ mala sua qualitate membrum inæqualiter afficit. Confer iterum, & uide, an pro-
151 C batio congrua sit. Hinc rursus te implicas, & inuoluis in illa tua confusione tumorum, quàm cum ante explicauerim, enucleauerimque, non repetam. Sed quia inter has nugas affers tandem syllogismum rectè confectum, & necessariò (ut tibi uidetur) aduersus me concludentem, eum discutiamus sic a te pronunciatum. „ Nulla „ quantitas naturalis aucta est intemperies cum materia. Omnis tu„ mor est magnitudo naturalis auctior reddita. Nullus igitur tu„ mor est uere intemperies cum materia. Huius syllogismi maiorem aio esse uerissimam; sed minorem nego esse ueram; quis enim unquam protulit, tumores præter naturam, ueluti phlegmonem, erysipelas, & reliquos esse magnitudines naturales auctiores redditas? Declaraui ego lib. 4. cap. 19. quantitates naturales auctas cõstare ex

natu-

naturali,& utili materia,at tumores ex noxia,& præter naturali constant; non sunt igitur quantitates naturales auctæ. Quare conclusio, etiam falsa est; nam omnis tumor, qui magnitudine non lædit, citra controuersiam intemperies est cum affluxu substantiæ; qui uerò magnitudine lædit, intemperiei organicum morbum adiunctum habet; sed cum & in ipso intemperies sit cum affluxu substantiæ, possemus absolutè dicere, omnes tumores esse intemperies cum affluxu substantiæ. Vnde & Galenus in lib. De Diff. Morb. de tumoribus egit in morbis ex intemperie tantum: in morbis auctæ magnitudinis, aut nullam, aut leuem eorum mentionem fecit, ut annotaui eo in loco. Vnde falsæ conclusioni falsam addis rationem, & superuacuam etiam, nam in syllogismo continetur; non enim te piget frustra uerba fundere. Est autem hæc. Non enim potest intemperies ulla de tumore, aut tumor de intemperie uerè enunciari. Contra enim se habet re, sæpenumero demonstratum est, & omnem intemperiem cum materia esse tumorem præter naturam: & omnem tumorem præter naturam esse intemperiem cum materia; licet enim interdum adiunctū habeat morbum organicum, non ratione eius morbi intemperies dicitur, sed ratione materię eum constituentis. Nec procedit effugium illud tuum, cum Galenus tumores inter intemperies recenset, eum non tumorem ipsum, sed eorum causam continentem intelligere; nā Galenus in illis locis agit de morbis, non de causis; sed hæc sæpe, & fusè demonstrata sunt. Addis quædam a me sumpta, in quibus ex quatuor erroribus ter quatuor peperi, quare & errores hosce percurramus. Ais, me in tumoribus morbum unum facere, cum tamē duos, 151 D
& tres etiam cum Galeno fecerim, & tu antea tertium errorem notasti; quòd unum tumorem duos morbos faciam. Quosdam ex me lo- 143. A
cos producis, in quibus expectabam ter quatuor deprehendi errores, nullum tamen notasti; sed insignem tu illum commisisti, cum venæ coctionem a tumore posse lędi negasti, quia uim alterandi non habeat; ibi enim doceo ex Galeno 3. De Sympt. Caus. cap. 1. faculta- 152 B
tes similarium a morbis organicis impediri, unde earum actiones necessariò læduntur, quod iam sæpè uisum, & confirmatum est: vnde temerè iterum hic profers delirium illud tuum sæpe a me in fumum disiectum. Non posse partis ullius actionem per se lædi, quantisper il- 152 C
læsa permanet dispositio, a qua primo producitur. Cū lib. 4. cap. 13. »
dixerim, unum atque eundem morbum uariis rationibus in multis es- »
se posse morborum generibus, si de contradistinctis generibus intel- » 152.
ligo, id reprehendis, imperite, ut soles; cum id Galenus in lepra appa C.D.

rere dicat,ut demonstraui cap.12. Sed quidquid de lepra Galenus statuit, de exanthematis etiam statuendum est: quatenus igitur reddũt cutim inæqualem,exanthemata morbos superficiei Galenus esse dixit,quia sunt ipsamet superficiei asperitas,quæ nihil aliud est, quàm partium inæqualitas, quando aliæ sunt eminentes,aliæ depressæ, &
153A ideò non sunt causæ asperitatis,sed pars ipsius asperitatis. At tu tuum præmis propositum causas faciendi affectus eos,qui morbi sunt; cum verò exanthema sit pustula,& tuberculum, non video, quid prohi-
153.B beat,quin ratione materię sit morbus numeri; at negas materiam illam sub cute contentam,esse exanthema: respondeo si non exanthema, partem tamen esse exanthematis. Quòd verò sit intemperies cũ materia, patet, cum inter tubercula sit, quæ si magnitudine non lędant,sunt intemperies cum materia; si verò magnitudine lędãt, morbi sunt organici: quibus tamen necessariò adiũcta est,& intẽperies, vt ad satietatem vsque iam demonstratum est.

Defenduntur cap.38. & pars 37. demonstraturque humores tumorum causam esse materialem, non efficientem.

153.B TRansis deinde ad euertenda ea,quæ attuli contra
C.D. rationes,& authoritates vsurpatas ab authoribus causæ continentis,& a me recitatas cap.35. Ac primum inuadis in responsionem a me traditam authoritati Galeni cap. 6.lib.Aduers.Iul. sed quia illa responsio
154A innititur fundamentis a me iactis cap.37. vbi astruo, humores tumorum esse materialem causam, non continentem, re-
154.B uerteris ad oppugnanda,quæ in eo scripsimus. Et quanquam hæc tractatio semper apud me fuerit ambigua, ac de ea scripserim, quæ mihi visa sunt probabiliora, & magis Galeni decretis consentanea, cupiens a uiris doctioribus hæc discere; vnde si quid sani & tu attulisses, id essem libentissime amplexatus; demonstrabo tamen, te in hac controuersia nihil cognouisse,nihilque veri dixisse;quod vt quãprimum apparere incipiat,omittam proœmia tua vanitatis,& iactãtiæ plena,& ad principium controuersiæ accedam. Cum itaque dico humores facere,producere,constituere,& parere tumores:obii
155A cis hoc modo loquendi,me humores causas efficientes facere, dum „ id nego,nunquam enim materia dicitur facere. Et quia iam hoc „ ego mihimet obieceram,& ita dilueram, quòd authores non ita ex-

quisitè

quisitè loquantur, quin causam etiam materialem facere dicant: cō-firmabo hanc responsionem ex Aristotele, ex Galeno, & rei natura. Aristoteles 1. Meteor. summa 2. cap. 1. quærens causas flammarum ardentium, syderum discurrentium, trabium, & caprarum, ait; Exhalatio exusta generat ipsa: & paulo infra. Quæcunque magis in supremo loco coguntur, exusta fiunt exalatio: & paulo infra; Omnium horum causa vt materia quidem, exhalatio. Ait igitur Aristoteles, & ipse causam materialem facere. Galenus vero scribit lib. De Diff. Sympt. cap. 1. & lib. De Cau. Proc. cap. 1. Quidquid ad generationem alicuius confert, id eius esse causam. Cum itaque materialis causa ad tumorum generationem aliquid conferat, rectè dici potest, humorem esse causam tumorum materialem, & tumores generare, parere, & producere. Quòd si ex loquendi modo arguere liceat, demonstrabo ego validius, humores esse causam materialem, non efficientem: cum Galenus lib. De Caus. Morb. cap. 6. dicat, tumores inter se differre, quoniam nonnulli ex sola sunt pituita: nonnulli ex sanguine: quidam ex bile flaua: quidam ex nigra. Notum autem omnibus est, tam apud Aristotelem, & eius expositores, quàm apud Galenum fieri ex aliquo, & esse ex aliquo, materiam significare. Vnde cum statim ante dixisset, tumores fluxionum partus esse, credendum est & tunc, eum causam materialem indicasse, licet modus loquendi efficientem potius indicet. At vrges, materię esse pati, non agere; respondeo humores patiendo, non agendo tumores gignere, cum ad locum affe- 155.B
ctum propellantur, aut attrahantur; sed quomodocunque ad tumorum generationem conferant, rectè dicuntur & ipsi tumores generare, & producere, causę licet materiales sint; nonne & Aristoteles cum asserat, sentire esse quoddam pati, ait tamen oculos videre, nares odorari, & aures audire? Cum interrogas, nunquid humores in ma- 155C
gnis tumoribus sint intemperiei, an tumoris materia; quidquid ipse respondeas, pro me respondebo, materiam esse vtriusque, sed diuersimode: nam intemperiei materia sunt, ut in qua: tumoris, vt ex qua; sed priorem modum sic premis. Si humores sint subiectum intempe- 156A
riei, morbus non erit dispositio corporis humani, & viui, sed humorum. Respondeo cum hæc intemperies diffundatur per vicina corpora, eorumque actiones lædat, dispositionem esse humani, & viui corporis; quòd si eadem hæc intemperies humoribus etiam inhæret, hoc euenit, quia intemperies est cum materia, quam a nuda intemperie hac ratione distingui a Galeno demonstrauimus. Cæterum antequam cætera prosequor, venit mihi in mentem admirari, cum

paulo ante tam dubius,& perplexus fueris,quis nam morbus esset tu mor præter naturam,ex intemperie ne,an organicus : & vnus ne, an plures essent morbi,totque tragœdias excitaueris,nunc tam repente
155C didiceris,& organicum esse morbum, quando magnitudine excedit; & ex intemperie? Sed redeo ad rem. Cum ex definitionibus causę efficientis,& materialis probo,humores causam esse materialem, non efficientem, ad argumentum sumptum a causa efficiente noua tua quadam philosophia, respondes, vt non satis tibi fuerit totam artem medicam inquinare,nisi manus etiam in philosophiam iniiceres. Sed antequam argumentum,& ridiculam responsionem tuã propono,a te libet sciscitari,nunquid tumor præter naturam, veluti phlegmone,sit corpus mathematicum,an physicum; non adeo te vecordem puto,vt mathematicum esse dicas; si physicum corpus est, ex materia,& forma compositum sit necesse est: quæ nam igitur est materia? hæsitabis hic profectò,quia dicere non potes, sanguinem esse materiam phlegmones,quem causam efficientem esse statueris; cogeris igitur dicere phlegmonem causam materialem non habere,efficientem habere. Habebit igitur corpus physicum causam efficientem,quę ab effectu solet esse seiuncta : materiali carebit,quæ immanere solet. Hæc a te præclara dogmata prodeunt. Sed ad argumentum accedo. Nego,sanguinem esse causam efficientem phlegmones, quia ab illo non est motus initium, sed aliunde; quare causæ efficientes sunt illę,quæ sanguinem ad locum affectum mouent; derides hoc
156C argumentum,& more solito exemplis redarguis, quæ vt plurimum inepta sunt ad aliquid probandum,aut refellendum, vt hoc in loco; nam gladius vim secandi habet,& secat, licet ex se non moueatur,
156C sed a manu eo vtentis; & ignis vim habet vrendi, licet deportetur
D ad rem vrendam, aut res vrenda in eum coniiciatur; at quam vim agendi habet sanguis, qua phlegmonem efficiat? dices habere intẽperiem calidam, atque humidam; at de qualitatibus nunc non loquimur; sed de mole corporea sanguinis, quę nullam habet aliam uim,quàm replendi spatia,quæ sunt inter partes; sed nunquam ex se id efficiet,nisi cò attrahatur, aut compellatur; quod rudiore, & planiore exemplo sub oculos subiiciam; est genus edulii farcimen appellatum,tibi (ut puto) notissimum; conficitur ex carne suilla, aut alia minutissimè concisa, & contusa,& in intestinũ aliquod oblongum, angustumque inculcata,& impacta. Quæro, caro ne illa sit causa efficiens,an materialis farciminis,& coquus,aut lanius,qui confecerũt, quæ nam causæ sint? & sanè nihil aliud respondere potes, quàm car

nem

nem intrusam esse causam efficientem propinquam, coquum uerò re 158B
motam, & per accidens. At si rursus quæram, quæ nam sit materialis causa, non poteris non obmutescere. Verum omissis exemplis, quia me in hoc argumento Aristotelem non intelligere, a Galeno recede
re, & argumento nihil ad rem pertinente vti insimulas: tria hæc pon 156D
deremus. Quantum ad Aristotelem, concedo omnia, & illud addo 157A
amplius, non primas tantum, & remotas causas efficientes, sed medias omnes, & tandem vltimam eas esse, vnde principium motus; illud etiam addo ex eodem Aristotele 2. Phys. 38. semper explicādam esse vltimam, & propinquam causam, vt domus domuum effectorē;
cum hæc concedam, dico, me eum esse diligentissime imitatum; cum 143C
enim dixi, causas efficientes tumorum esse expultricem vim validā partium transmittentium, & imbecillam recipientium, puto me causas propinquas explicasse. Dices humores propinquiores esse; respondeo, demonstrandum fuisse humores esse causas effectrices; at oblitus es; nam quæ hactenus ex Aristotele deduxisti, id non probant; imò in ea serie quædam sunt, quæ potius astruant contrarium.
Scribis enim de eius sententia efficiens non esse partem effecti, & om 157B
nino faciens facti, & mutans mutati; quare cum humores pars quæ- »
dam tumorum sint, efficientes causæ esse non possunt. Taceo »
hic te innata tua procacitate, & malignitate, temerè Hispanos incessere ea de re, de qua satis laudari non possunt, neque ad rem nostram id pertinet. Non enim affero causas efficientes tumorum remotissimas, sed propinquissimas, quæ tamen ab effectu sunt seiunctæ; has enim verè causas efficientes esse tradit eo in loco Simplicius; sed de his iterum nunc nunc agemus. Venio ad Galenum, & demonstra-
bo apertissime, te nec eum, nec Aristotelē, nec me intellexisse. Quod 158A
admones, me cogitare debuisse ex Galeni principiis, an causa conti- »
nens detur, frustra admones; nam & cogitaui, & nego ex eius princi »
piis dari in morbis, & rebus factis. Quid tum? cum Aristoteles, & Galenus de causis eadem non tradant, debuisse me considerare, quomodò de eis disputet Galenus. Ponis deinde inter eos discrimen. Arrigant hic omnes aures ad imbibendam præclaram hanc disciplinam his verbis expressam. Aristoteles (vt alias differentias omittam) 158A
propriè, & principaliter vocat efficientem, a qua primum initiū mo- B
tus oritur. Galenus efficiens id per se ponit, quod effectui est propin- »
quissimum, vt exemplo calculorum nos docuit, lib. De Sympt. Diff. »
cap. 1. Hinc quam Aristoteles principem facit, hic maxime per acci- »
dens causam dicit. Ponis hic dissidium inter Aristotelem, & Gale »

num

num,cum dissidii nihil sit; nam in Aristotele definitionem causæ efficientis recenses; in Galeno causarum ordinem; atqui proponenda erat etiam Galeni definitio, & Aristotelis ordo; deinde definitio definitioni comparanda, ordo ordini, quod nos faciemus, & concordes ne, an discordes sint perscrutabimur. Causam efficientem Aristoteles esse ait, vnde primum principium motus, & quietis; ac cum quatuor sint genera motuum, in substantia, in quantitate, qualitate, & loco; in substantiæ generatione causa efficiens erit illa, a qua generationis initium emanat: sic in auctione, alteratione, & dilatione. Quòd si Galenum adeas 1.De Nat.Fac.cap.2.idem inuenies. Cum enim quærit facultates quatuor istorum motuum in corpore humano, nihil aliud quærit, quàm causas eorum efficientes: vnde musculos causam motus localis esse statuit, quia ab ipsis prodit motus huius principium; a venis etiam motum generandi sanguinem incipere; solet autem motus hosce omnes vocare generationes. vnde 2. Meth. cap. 1. alterationem, qualitatis generationem vocat; vnum est, Galenum sæpè vti ea descriptione Aristotelis adumbrata, interdum etiam expressa; nam lib. De Sympt. Diff. cap. 1. causam efficientem vocat „ cum Aristotele, vnde motus initium. Quare in definitione causæ efficientis nullum est inter eos dissidium; & minus est in earum ordine. Statuis tu Aristotelem causis efficientibus remotioribus, Galenũ pro „ pinquioribus primas tribuere, quod falsum est; nam quòd propin„ quiores eandem vim habeant, & eodem modo definiantur, quo primæ, & remotiores, declarat ipse Contextu 31. sed 38. præcipit, cum quærimus, aut reddimus causam, supremam esse reddendam, quàm Simplicius ait ab aliquibus vocari continentem; Philoponus propinquissimam vocat; exempli causa, homo domum struit, quia domuum constructor est; & domuum constructor est, quoniam artẽ construendi domos callet; ad cuius imitationem Galenus 6. Epidi. Sec. 5. Comment. 1. artem medicam medico anteponit; quare non solũ non dissidet Galenus ab Aristotele, sed ab ipso est mutuatus.

At instas, cur Aristotelis definitionem adhibuisti, & non eam Gale-
158 B ni, quam tradit 1. De Loc. Aff. cap. 2. Quo tangente afficimur, & quo „ abeunte abit, affectus causa est omnium hominum confessione. Re„ spondeo cum mihi propositum esset inuestigare, nunquid humores tumorum essent causæ eorum efficientes, an materiales, id me quæsiuisse ex definitionibus vtriusque causæ, quæ vniuersalissimæ essent, & omnem causam efficientem, & materialem complecterentur; at causa efficiens a te proposita non complectitur causas omnes efficien-

tes;

tes; imò vero causa est passionum,& rerum,quæ sunt in motu, morbus autem dispositio est,& res permanens,ac stabilis. Tertiò loco ponderandum occurrit,an rectè obiicias,argumenta a causarum definitionibus sumpta,esse superuacua: superuacua esse censes, quia non quæritur,quid humores moueat,sed quid humores moti,& partem affectam iam occupantes faciant: cum enim hi partem alterent, diducant,& extendant,tumorem,& intemperiem suscitant;quare tumoris, & intemperiei efficientes causæ sunt; respondeo,cū humores sint materia,& materia ex se nō moueatur, necessariò fuisse causā inuestigandam eos mouētē:cum hæc sola sit causa tumorum efficiens, & hæc sola a Galeno tradatur, qui De Cau.Morb.cap.6.cum morborum ex intemperie cum materia,vel tumorum præter naturam, qui ex fluxione gignuntur,causas vestigaret, nullas alias exposuit, quàm quæ fluxionem faciunt: quas quidem cū exposuisset in fine cap. eius sic conclusit. Hæc quidem principia sunt gignendi omnes prædictas ægritudines. Sed 13.Meth.cap.6. tam clarè id explicat, vt mirer non quidem a te,qui nihil vides,etiam si sub oculos subiiciatur, sed ab authoribus,quorum es simia, non fuisse perspectum,quem locum ante etiam citatum non grauabor repetere. Nunc,inquit, ad sermonē de phlegmone reuersi dicamus, communem omnium phlegmonarum curationis scopum esse vacuationem,quæ verò adhuc in generatione sunt,in iis prior vacuatione est confluentis ad affectum locum sanguinis inhibitio; inhibebitur is commode, si ipsam fluxionis causā inuenerimus;sanè ea duplex est,&c.explicat deinde causas omnes fluxionis,& sic concludit.His igitur omnibus æstimatis, quæ phlegmonæ adhuc in generatione sunt, earum causas prius abscindes. Hinc patet sanguinem esse phlegmones materiam,non causam efficientē, quia eius euacuatio curatio est phlegmones: apparet etiam, quæ impellunt, aut attrahunt sanguinem ad locum affectum, causas esse solas efficientes phlegmones,cum in præseruatione his solis occurrat Galenus. Inhibitio enim influxus,quā præcipit,nihil aliud est, quàm correctio causarum influxus,quas paulo post exponemus; nullas itaque alias causas phlegmones, & aliorum tumorum efficientes inuenire est apud Galenum, quàm influxuum causas. Quare humores tā fluentes,quàm qui fluxerunt,materiæ tumorum sunt: sicut tam lapides,& cementa,quæ comportantur ad struendum parietē,quàm quę in exstructa parietis parte sunt, sunt parietis materia. Hinc iam apparere reor argumenta a definitionibus causarum opportuna fuisse huic disceptationi,& ex hac determinatione multa dogmata Galeni, &

ni,& Aristotelis incorrupta seruari,atque id in primis, quòd corpora physica constent ex materia,& forma,quod rueret, si cõcederetur, humores non esse tumorum materiam. Seruatur & illud,tumores non habere causas continentes,quas a morbis omnibus Galenus excludit. Seruatur & illud,intemperiem cum materia suæ inhærere materiæ, & ideò distingui a nuda intemperie. Seruatur & illud, Galenum non impropriè vti nomine curationis, cum euacuationẽ sanguinis,qui fluxit,curationem phlegmones esse prædicat,quod faceret, si sanguis ille causa esset efficiens. Seruatur & illud demum, rei factæ causam efficientem non esse. Hinc contra excutitur sylua ingens errorum tuorum, quorum ille caput est, quòd inficiaris,
158C causas fluxionem facientes ad præsentem quæstionem pertinere; adeò enim pertinent, vt eius lux, & anima sint. Verum multa his obiicis; nam Galenus asserit, humores motos, & impactos esse causam efficientem intemperiei, & tumoris. Respondeo id esse falsum; nam(vt ante demonstrauimus)statuit, eos esse vtriusque materiam; at partem extendunt,diducunt,& alterant.Quantum ad alterationẽ, fateor,humores inalterare partes vicinas,sed hanc esse vnam, atque eandem intemperiem, quæ in humore sedem habens,diffunditur ad vicinas partes; distendunt verò partes mole sua, tanquam materia in eas intrusa,non tanquam efficiens,sicuti caro minutim cæsa,& in intestinum impacta materia est farciminis,non efficiens.Quòd si motum aliquem distensionis,aut diductionis faciant,non humores efficientes causæ sunt,sed quæ humores impellunt, aut trahunt.

158D At instas, si sensim humor colligatur, & nullum adsit fluxionis efficiens,nonne humor sensim collectus causa efficiens tumoris erit? respondeo,eum humorem, aut ab aliis partibus sensim in ea parte colligi,aut in ea gigni;si ab aliis colligitur,ab eisdem causis emanat,sed sensim,& non confertim, ac vehementer eum mouentibus; si ibi gignitur,causæ gignentes erunt veræ effectrices; ipse verò humor materia. At si humor ille erodat partem aliquam, erit ne & tunc, quod mouit humorem causa efficiens? Respondeo humorem habere in se principium erodendi,& ideo causam efficientem esse erosionis, quæ vlcus erit,& nouum morbi genus, vt euenit in erysipelate exulcerato,& in carbunculis. Preterea sic vrges.Concedis tu,pituitam vi-
158D
159A tream causam esse intemperiei intestinorum,& lethargi, & humores
„ in ventriculum confluentes eius intemperiei causas esse efficientes:
„ cur hi causę sunt,non materia,illi non causæ,sed materia? Respon-
„ deo hos summoueri posse relicta intemperie, quam inuexerunt; &

ideo

ideo non esse de morbi essentia: cum nec materia,in qua,esse posšūt; nec materia,ex qua,cum tumorem nullum gignant. Quintum er- 159 A
rorem sic purgo. Non fuisse tunc mihi propositum (vt sæpe admoneo) causas omnes ad vnguem disquirere: vnde satis habui præcipuas attingere,& indicare non locos omnes, sed duos tantum, vbi a Galeno enarrantur. Sextum errorem tu ipse incautè excusas; nã causa efficiens illa est,vnde non motus tantum, sed quietis etiam initium est: & ideò facultas imbecilla causa est, cur humores ad partem imbecillã detrusi,in ea quiescãt. Reuerteris tandẽ ad locũ Galeni aduersus Iulianũ prolatũ pro defendẽda causa cõtinẽte,& a me huc reiectũ;in cuius loci refutatione obiicis,me Galenũ mẽdacẽ facere;Sic.n. 142 A
scribis. Galenus,inquit,asserit apertissimè,plenitudinẽ particularẽ esse causam continẽtẽ phlegmones,erysipelatis,&c.& sanè ita habet,vt 155 C D.
dicit.Quare igitur respondet,plenitudinem, seu humores istos esse „
causas materiales? Nam quòd de causa materiali ibi sermo non fiat, „
patet ex argumento,& progressu eius libri; disputatur enim in eo de causa continente,tanquam efficiente cum Iuliano,& Asclepiade; vnde in calce libri sic scribit. Nullam aliam continentis causæ notionẽ „
afferri posse,quàm quòd ab ea aliquid fiat,& cum ea cesset; cum ita- „
que Galenus plenitudinem particularem dicat phlegmones continentem esse causam, de efficienti necessariò intelligit,non materiali.Respondeo,cum de sensu verborum Galeni, hic agatur, proponẽda esse eius verba, & enucleanda diligenter; scribit itaque sic cap. 6. Καὶ δέδεικται πρὸς ἡμῶν ἔν τε τοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν οἷς τὰς αἰτίας τῶν συμπτωμάτων διερχόμεθα, κἀν τῷ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, ὅτι ὁ σπασμὸς ἐνίοτε, καὶ ὁ τρόμος, ἥτε φλεγμονὴ δ' ἅπαντος, ἐρυσίπελάς τε, καὶ τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν οἴδημα καὶ πρὸς τούτοις ἕτερά τε πάθη πληθωρικὴν ὑπόθεσιν ἔχονται, καὶ εἴτις κενώσει τὸ πλῆθος αὐτίκα τὸ μόριον εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανερχόμενον. Hæc apud Valeriolam ita latinè leguntur
Ostensum a nobis est in his Commentariis, in quibus symptomatum „
causas enarrauimus, atque vbi tumores præter naturam tractauimus, „
cõuulsionẽ interdum, tremoremq́;,ac in vniuersum phlegmonem,& „
erysipelas, idq; quod a recẽtioribus medicis oedema vocatur, aliosque „
præterea affectus plenitudinis inniti hypothesi;tũ si plenitudinẽ „
vacuet quis, ad naturalẽ quamprimum statum redire membrum. Va- „
riant in quibusdam interpretes a Valeriola; vbi enim ipse habet, ac „
in vniuersum phlegmonem; Trincauelius,& Rasarius habent, perpetuò,& rectius,vt videbimus; vbi ille habet, plenitudinis inniti hypothesi;hi verterunt,pro fundamento habere plenitudinem. Tu in 2. Ep.De Cau.Cont.eadem trallatione es vsus,qua Valeriola; hæc Galenus.

lenus. Quoniam verò caput controuersiæ nostræ est in illa uoce, hypothesis, videndum est, quid per eam intelligas. In 2. Ep. De Cau. Cont. scribis, Galenum non absolutè dixisse, plenitudinem esse causam morborum continentem; sed ex hypothesi aliquas causas ita appellare: nam non semper, & quouis tēpore plenitudo est causa morborum continens, sed aliquando solum, & certo quodā modo morbos creans. Sed quoniam in hac appellatione videtur supponi aliquid hic, explicas hanc hypothesim ex Galeno in eodem capite ante
160.B te locum citatum, vbi scribit; Supponatur, causam morborum conti
„ nentem interdum esse plenitudinem, necesse statim est, ut ea uacua-
„ ta, tollantur morbi: tota hæc est per te suppositio; si hæc itaque est hypothesis, de qua Galenus loquitur in præsenti loco, sequetur, eum ostendisse in lib. De Sympt. Caus. & De Tum. Præter Nat. si plenitudo interdum sit causa continens conuulsionis, & tremoris, inflammationis verò reliquorumque tumorum semper, necesse esse, ut ea euacuata morbi tollantur; at si mihi ostendas, Galenum hæc somnia in libris illis ostendisse, remittam tibi lepidissima tua munuscula, te solo dignissima. Facilius longè demonstrare possem ego, Galenū per hypothesim intellexisse fundamentū, & per fundamentū causam materialē; sed quia (ut ingenuè fatear) puto me etiā ab eius loci sentētia hactenus aberrasse, uerū eius loci sensū paucis eliciā. Cēseo igitur, eū esse mēdosum, & delendā esse uocē illam hypothesim, & pro ea reponēdā diathesim; sic sensus erit planus, & perspicuus; quadrabit lib. de Sympt. Caus. & De Tumor. pręter naturam; nam conuulsio, & tremor, interdū plethoricam habent diathesim, quando videlicet cōuulsio a plenitudine, non ab inanitione prouenit: & sic tremor, qui ab aliis etiam causis excitari potest: phlegmone verò, & reliqui tumores plethoricam hanc dispositionem semper habebunt: quadrabit etiā loco illi, ut ostendam; sed præterquam quòd quadrat locis Galeni, & placitis, est etiam usitatissimum Galeno, ut inflammationes, & reliquos tumores plethoricas dispositiones uocet: ac (ut alios omittā) in eodem libro cap. 7. vsurpat plethoricam diathesim, quanquam de vniuersi plenitudine intelligat, sed in eodem capite phlegmonem plethoricum morbum uocat. Demonstremus nunc, sensum hunc quadrare huic loco, & vno atque eodem tempore, an ex uerbis illis constituatur causa morborum continens: quę (ut commodius exequar) paulo altius exordiendum est. Iulianus taxat secundum Aphorismum Hipp. quoniam ab eo tanquam a fonte manarit, plenitudinem esse causam morborum continentem: & sic contra eum in-

inſtat; ſi euacuationes humorum ægris utiles ſunt, ſequitur, plenitudinem eſſe cauſam continentem morborum. Galenus negat, hanc conſecutionem neceſſariam eſſe;non enim ſequitur, ſi euacuatio humorum proſit,plenitudinem eſſe cauſam morborum continentem; vnde valde errarunt,qui capiti illi 6.hanc inſcriptionem propoſuerunt,Plenitudinem morborum cauſam continentem eſſe contra Iulianum,& Aſclepiadem; nam ſi Galenus ſtatuere voluiſſet, plenitudinem eſſe cauſam continentem,probandum erat conſequens a Iuliano negatum, & ſic inſcriptio illa locum haberet; at Galenus negat conſecutionem,in quo Iuliano aduerſatur; Hæc de Iuliani argumẽto; quo omiſſo tanquam inartificioſo, aggreditur Aſclepiadis argumentum artificioſius,& probabilius connexum; erat enim huiuſmodi; Si plenitudo eſſet cauſa continens morborum, humorum uacuatio principio facta morbum ſedaret; ſed non ſedat; ergo plenitudo non eſt cauſa morborum continens;argumentum hoc fuſius examinat Galenus:& quia Aſclepiades negabat, plenitudinem eſſe cauſã continentem, quærit,an uera ſit hæc poſitio,diſtinguens prius plenitudines,deinde & cauſas continentes: tradita itaque plenitudinis diſtinctione,ait tandem, ſe alibi oſtendiſſe,conuulſionem, & tremorẽ quandoque, tumores verò præter naturam ſemper plethoricam habere diſpoſitionem: vnde ſi quis plenitudinem euacuet, membrum ſtatim ſanum reddetur. Hinc duo apparent, primum, lectionem hanc quadrare huius loci ſententiæ : alterum, ex verbis his Galenũ non probare, plenitudinem eſſe cauſam continentem, vt tu putas: eam enim hic neque aſtruit, neque deſtruit; quomodo enim id faciat,ſi nondum explicauit diſtinctiones omnes, quibus eget connexum illud Aſclepiadis, ſed ſolum diſtinctionem plenitudinis adhibuit? vnde antequam ſolutionem quæſiti afferat, adhibendæ ſunt diſtinctiones etiam cauſæ continentis,quod ſtatim facit; nam cum admonuerit,nomen,& rem cauſæ continentis a Stoicis emanaſſe:& medicos recentiores,nec nomen,nec rem rectè vſurpaſſe, concludit ſe, ne de nominibns contendere videretur, quaſdam cauſas ita appellare permiſiſſe,non eorum quidem, quæ abſolutè eſſe dicuntur; ſed eorum,quæ eatenus ſunt,quatenus fiunt. Hoc in loco Galenus vna aperit,quid ſenſerit,& quæſiti ſolutionem, non in uerbis præcedentibus. Eſt igitur eius iudicium ſe permittere uſurpationem cauſæ continentis in rebus,quæ fiunt, & in motu ſunt, veluti in cauſis pulſuum: in iis vero,quæ non ſunt in motu,ſed factæ,atque abſolutæ, id non permittere; atque hanc eſſe ſophiſmatis Aſclepiadis ſolutionẽ.

Dd 2 Con-

Concludamus igitur ex loco illo ab aduersariis producto ad astruendam causam continentem, eam non posse astrui, nec destrui: & li-
„ cet dicat, si quis plenitudinem vacuet, membrum statim redire ad sta-
„ tum naturalem: non sequitur necessario, plenitudinem esse causam continentem, cum ante in eodem capite ipsemet hanc necessitatem
153.B renuerit; & 2. De Nat. Hum. Comment. 1. plenitudinem causam esse continentem negauerit. Pergis deinde incessere, quòd eodem cap. 37. asseruerim, humores esse causam materialem tumorum, sicut
161.B est terra aggerum: cum magna sit diuersitas inter tumores terræ, & corporis tumores, quę nihil ad rem; nam licet in multis diuersitas sit, in hoc tamen conueniunt, quòd tumores fiunt ex humoribus: ut aggeres, & tumuli ex terra; vnde sicut terra eorum materia est, ita hu-
161 C mores tumorum. Cum iterum repetis. Non quæri, quid humores mo
D. ueat, sed quid humores moti agant: ego non repetam, quæ paulo an
162 A te dixi. Negas rursus, humores tumorum esse materiam, cum solum corpus uiuens eorum sit subiectum; quod antea cum confutatum fuerit, id tantum repetam; sanguinem proculdubio materiam esse, ex qua conflatur inflammatio, sicuti ex flaua bile erysipelas, & ex pituita oedema: tumores uerò istos ita conflatos corporis humani, & uiuentis morbos esse non inficior, imò verò constanter assero.
Interea annotandum est, te superiorum tuarum tergiuersationum
162.B oblitum hic asserere, tumorem morbum esse tum similarem, tum in-
155 C strumentalem, ut paulo ante etiam asseruisti. Cum assero, efficiens
162 C ab effectu separari posse; & ideo causam efficientem non fuisse inclusam a Galeno in definitione morbi, negas tu, causam continentē separari posse; sed respondeo causas continentes non habere effectus stabiles, & permanentes, ut aliis argumentis demonstratum est, & ideò separari non posse sine effectuum suorum, qualescunque sint, labe. Cum dixi, in definitione morbi includi materiam, obiicis, nullam aliam materiam in ea includi, quàm corpus humanum. At respondeo materiam esse duplicem, naturalem, & præternaturalem: & quia naturalis omnibus morbis subiicitur, eam posuit; cum uerò præternaturalis non sit in omnibus, eam quidem non apposuit; debet tamen, & ipsa ex apposita subintelligi. Cum enim distinguat intemperies, quòd aliæ sint cum materia: aliæ sine materia: quemadmodum materia carentes sine materia naturali esse nequeunt: ita quæ cum materia sunt, nec sine hac, nec sine illa possunt subsistere, & cum illa definiuntur. Cum facta sit mentio subiectorum febris, in-
163 A ter ea collocas humores putridos magna cum inscitia, cum sic respō-
des

des Spudaſti. Nego tibi humores putridos pati; nam Galenus humo- „
res cordis putridarum febrium ſubiectum conſtituit, ſicuti epheme- „
rarum eius ſpiritus, hecticarum verò eius corpus; ſed cum pro ſubie- 163 A
ctis his amandes ad legendum tractatum tuum neſcio quem, ego pro B
fecto laborem illum non ſubibo.

Pro Cap. 38.

A Capite 37. ad 38. reuerteris, in quo refello eorum argumenta, qui ſentiunt, humores in tumoribus incluſos eſſe cauſam efficientem morbi, non autem de morbi eſſentia; ſeruas autem in his argumentis ordinem, quo cap. 35. a me propoſita fuere; erat autem ſecundum eorum argumentum. Humores ſunt ſubſtan 163 C
tia, ergo nec morbus, nec de morbi eſſentia, quoniam morbus qualitas eſt; cum autem duobus modis reſpondeam huic argumento, & priorem reiiciam, licet mihi non deeſſent rationes probabiles ad inſtantias tuas refellendas, eas tamen omittam, & ad inſtantias contra ſecundum reſpondendi modum ſtatim veniam: dixi, ſolam intemperiem eſſe morbum, eam tamen neceſſariò inhærere materiæ; reſpondes autem, te & hunc modum ſæpe antea confutaſſe; ſed cum hactenus omnia reiecerim, quæ obieciſti, ſuperiora prætermittam. Obiicis
tamen & hic, quòd hoc pacto ſola intemperies morbus erit, cum ta- 164 A
men, & tumor morbus ſit. Sed & hoc antea ſæpe reiectum eſt, & declaratum tumorem eſſe ſymptoma. Accedis ad primum argumentum, quod agitatum eſt etiam in tertia Defenſione; ſed quia tribus
modis ad id argumentum reſpondeo, & de tertio modo nullam tunc 94. C
mentionem feciſti, eum in præſentia inuadis; & obiicis, me hic nega-
re qualitates humorum morbos eſſe, veluti in phlegmone caliditatē, 164 C
& humiditatem ſanguinis, cum tamen paſſim fatear, morbos eſſe; reſpondeo me non abſolutè negare, qualitates iſtas morbos eſſe, ſed per ſe ſolas. Conſtituo eas eſſe morbi initium, & poſt multa ſic cōcludo totam illam ſententiam. Eſt itaque ſtatuendum, intemperiem hu- „
morum in tumoribus contentorum morbum ipſum eſſe, ſed eam hu- „
moribus illis inſidere. Tollitur itaque omnis repugnantia. Sed „
cum dixerim, caliditatem, & humiditatem ſanguinis membra ſolida inalterare, multis id vrges incommodis. Primum enim ſequeretur,
quòd corpus ſecundum diſpoſitionem moueretur; at hoc tota cum „

natura

" natura,cumq́ue omni philosophia pugnare asseris, quòd in secunda
" etiam,& tertia disputatione asseruisti; respondeo,etiam si verum sit, caliditatem,& humiditatem sanguinis alterare partes solidas, id naturæ non repugnare, nec philosophiæ: imò verò opinionem tuam, quòd dispositiones quiescant, & nihil agant, destruere rerum naturam, philosophiam, medicinam, & omnes artes; licet enim dispositiones alterationes non sint, vim tamen habent agendi, & alterandi,nisi intelligas,dispositionem non esse alterationem,aut alteratione fieri, ex 7.Phys.at licet id uerum sit, dispositiones tamen quibusdã alteratis fiunt: & post alterationes extãt; vnde & tu paulo post, quod
165 A ab alteratione effectum est in corpore,illud morbus est.Hinc deinde
" sequi asseris,omnem qualitatem, quę alterare corpus possit, morbũ
" esse; sed hoc est falsum;quia quæ alterant,& a morbo separari possũt, morbi non sunt: at caliditas, & humiditas sanguinis feruescentis a partibus inflammatis separari non potest. Quare recte constituitur
165 A initium,& pars inflammationis; qua ratione cessat & tertium absurdum,quia humores citra tumorem seiungi possunt a morbo; nec quartum sequitur, quòd omnes humores membra alterantes sint intemperies cum materia,cum possint a membrorum intemperie separari; multo minus sequitur, intemperiem sanguinis causam esse effectricem morbi,cum sanguinis,& membrorum intemperies vna sit,at que eadem,& sanguini tanquam subiecto innitatur. Cum dixerim sanguinis intemperiem esse initium, originem, fontemq; morbi
165 B variis in locis, quæris, quid per initium intelligam. Dico primum initium loci, & generationis; nam intemperies illa incipit primum a sanguine,deinde venas,& arterias corripit,tum neruos,& carnes, & tandem membrum totum: & cum hæc non fiant in instanti, possumus asseuerare, hoc temporis etiam initium esse, vt planè colligitur ex Galeno De Inæqu.Intemp. cap. 3. Cum verò appello fundamentum, & materiam, tunc sanguinem intelligo; sed (ut ad initium redeam) quod multis uexas modis, dixi ego,intemperiem sanguinis esse initium morbi, ut calor accensus in spiritibus cordis, est principium febris diariæ, & calor accensus, non dico in humoribus putridis (ut tu interpretaris) sed in humoribus cordis, est principium febris putridæ; vt igitur calor accensus in spiritibus cordis,idem est calor, qui per totum corpus diffunditur, & calor accensus in humoribus eodem pacto: ita calor sanguinis feruefacti est idem calor,qui totum membrum occupat. Quare non solum est initium morbi, sed pars morbi,imò verò morbus ipse,& actiones membri lædit; neque hinc

hinc sequitur, quod obiicis, sanguinis qualitates esse morbum, & nõ 165 C
esse, quia nunquam negaui esse morbum, licet per se esse negauerim;
nam si fingas, sanguinem feruefactum per se consistere, & non distribuere caliditatem illam ad partes attiguas, reuera morbus non esset; sicuti si caliditas spirituum cordis in ipsis consisteret, & ita caliditas in humoribus, febres non essent; sed cum hoc euenire non posit, sequitur, intemperiem sanguinis esse principium morbi, & morbum ipsum: sicuti caliditas spirituum, & humorum sunt principium febris, 166 A
& febris ipsa; & cum etiam infers. Huius morbi si initium pars est, ipsum quoque actiones lædere oporter. Fateor, cum iam inflammatio excitata est, & initium, & partem esse morbi, & actiones lædere.

Atque hæc dicta sint pro retinendo Galeni dogmate, quòd intemperiei cum materia, materia etiam pars quædam sit: quod dogma adeò ualide est comprobatum argumentis capitis 36. & defensum a tuis instantiis aduersus ea argumenta, ut pro necessario habeam.

Possunt hæc omnia inde confirmari, quòd Galenus asserit, cum loquitur de epilepsia, & palpitatione, morbos ex intemperie, non ita subito suscitari, sed paulatim gigni; at uidemus in phlegmone subitò excitari intemperiem: quare nihil aliud dici potest, quàm hanc intemperiem cum materia influxisse, & esse eam, quæ actiones lædat: nam hac remota cum sua materia, membra statim in suum statum reuertentur; quod non accidit in nuda intemperie; nam hæc ea est, quę paulatim generatur, & imprimitur in membra a causis: & cum impressa est, potest adhuc persistere, etiam si causa auferatur.

Profers deinde tertium, quartum, & quintum argumentum, quibus omnibus cum duobus uerbis respondeam, responsionem mirabilem 166B
esse ais; quod mirum non est, cum admiratio ex ignorantia soleat oriri; sed cum rem intellexeris, desines admirari. Tertium argumentum tuum erat: Tumor præter naturam est spatium, & dimensio: spatium quantitas, non substantia est; quare humores morbi non sunt; respondeo ego, argumentum id pertinere ad tumores, quando sunt morbi instrumentales; tunc autem agebatur de intemperie, quę morbus est similarium, in qua ego etiam concedo humores non esse morbum. Quanquam autem reiiciam argumentum ad morbos organicos, tamen addo, si ad hunc locum pertineat, refutatum iam esse: quia cum eò tendas, ut probes humores morbum non esse, & ego iam demonstrauerim, humores morbum non esse, sed intemperiem humoribus insidentem, argumentum illud nullum mihi amplius negocium facessit. Vide igitur, quàm congrua sit responsio, & quàm fru-

stra

ſtra te iactes. Quàm autem neceſſaria ſit humorum diſtinctio, in eorum intemperiem,& ſubſtantiam,vel materiam, hinc diſce; in tu-
166C moribus, qui magnitudine non lædunt, ſola intemperies humorum pars morbi eſt; in iis verò,qui magnitudine lædunt, concurrit & ip-ſa materia,cum ipſi magnitudo inhęreat,tanquam ſubiecto. Quare cum argumentaris.Humor non eſt ſpatium, id concedo; ſed aſſero, ſpacium eſſe in humore, tanquam in materia;& propterea humores in morbis magnitudinis concurrunt, tanquam magnitudinis ſubie-ctum.Quomodocunque igitur tuum illud ſophiſma vſurpes,iam con futatum eſt. Cæterum cum in expectatione eſſem, vt dum dogma ta Galeni eadem iamdiu deſtruis, aliquid noui contra eum profer-res,opportunè expectationi meæ reſpondiſti,cum tua illa pulcherri
166D ma diſtinctione.Si non eſt,morbus non eſt, magnitudo ſcilicet ſupra
» modum naturæ aucta,ſeu inconueniens partium diductio.Audieras,
» Auicennæ ſententiam eſſe, tumores ex multis morbis eſſe compoſi-tos,inter quos eſt ſoluta vnio,quare & tu eam addere voluiſti, ſed a-deo inſulsè,ut errorem Auicennæ multis erroribus cumulaueris; illa enim diſiunctiua,ſeu,indicat,tumores præter naturam eſſe poſſe tam auctam magnitudinem, quam ſolutam unionem; ſi utraque eſſe po-teſt,dicamus iam; tumor præter naturam eſt unionis ſolutio. Nec vi-
» deo,quam uim habeat illatio illa tua; Si humor tumoris non eſt ſpa-
» tium,morbus non eſt,ſi non eſt morbus,ergo cauſa morbi, nam mate
» ria hic locum non habet,cum Galenus de qualitatibus loquatur; re-ſpondeo enim,iſtæ qualitates,iſtud ſpatium,iſta magnitudo, ſunt ne abſtractæ,an ſubiecto inhærent? abſtractas non dixeris, humor igi-tur ſua mole ſubiectum, & materia eſt eius magnitudinis; nec credi-derim,te conſtituere,humorem eſſe cauſam efficientem tumoris ſuis qualitatibus,ſed ſua mole: at molem illam rectius dicemus cauſam eſſe materialem,quàm efficientem,ut multis hactenus demonſtratũ eſt. Secundum argumentum,quod quartum paulo ante conſtitue ras,non recordor ſanè,quomodo huc introduxerim,cum in cap.35. nullam eius mentionem fecerim;nec diſquiram,nunquid id ipſe ex-cogitauerim, an apud aliquem cauſæ continentis defenſorem lege-rim,cum parui,& potius nullius momenti ſit. Ex tuis tamen uerbis hic colligitur,te fateri tertio,tumores, qui magnitudine non lædant, ſymptomata eſſe, qui magnitudine lædant, eſſe morbos. Cum verò addis,de his non quæri in præſenti controuerſia, ego contra aſ ſero,de his præcipuè quærendum, cum ſoli hi ſint uerae intemperies
167.B cum materia, de quibus nunc diſputatur. De tertio nunc, ante

quinto

quinto argumento ſatis te egiſſe aſſeris in tota Anatome: ad quæ om nia cum iam reſponderim, a me etiam prætermittatur. Cum argu mentum etiam Valeriolæ omittas, tanquam a te ſupra defenſum, o- 167.B
mittam & ego; nam ſi defendiſti, neceſſe eſt me defenſionem tuam re C
puliſſe. Sed quia quædam taxas in mea refutatione eius argumen ti, & derides, ea perpendamus. Negas te vidiſſe, aut legiſſe, morbum, »
& ſubiectum morbi euacuari, niſi mortuũ, ac putrefactum ſit. At ego »
aſſero, præceptum eſſe a veteribus, in morbis, qui inhærent ſubiectis prҽternaturalibus, morbum, & morbi ſubiectum præternaturale eſſe vacuanda, & in artis operibus id quotidie obſeruari. Demonſtraui mus antea ex 13. Meth. cap. 2. & 6. cum phlegmone facta, & cauſa ca rens per euacuationem curatur, euacuari morbum, & ſubiectum mor bi, non cauſam efficientem; quomodo enim euacuatur cauſa efficiẽs, ſi morbus iam cauſa caret? Quare cum illudens, & inſultans ſic ſcri bis. Hoc modo non intemperies tantum cum ſubiecto ægri per aluũ 167.D
excernent, verum etiam ſpacia, interualla, & figuras cacabunt; valde »
es irridendus; non enim tantum morbi, & ſubiecta præternaturalia morborum cacantur, ſed per locia etiam extruduntur, & per quancũ que aliam excretionem; vnde ſi inflammatio ſit morbus ſimilaris tã tum, cum euacuatione ſanguinis euacuatur etiam conſectarie calidi tas, & humiditas; ſi verò magnitudine etiam lædat, & morbus ſit or- ganicus, ad euacuationem ſanguinis, euacuantur etiam ſpacia, inter ualla, aut figuræ, aut ſaltim euaneſcunt; & rectè pronunciauit Leoni cenus, in pleuritide morbum euacuari, cum ſanguis educitur vſque ad coloris mutationem; & quanquam hæc ſenſui, & rationi pateant, proferam tamen, ad ea magis confirmanda, inſignem Galeni locum 8. De Med. Loc. in calce capitis 8. cum ibi examinaret pharmacum Aſclepiadis, ſcirrhis hepatis accommodatum, ſic ſcripſit. Deinde »
mel, & eryngium, veluti vrinam cientia his addita ſunt: quo exterſæ »
viſceris affectionis per vrinas deductio fiat. Nonne hic apertè docet »
Galenus, affectionem, vel diſpoſitionem hepatis, quæ ſcirrhus eſt, ex tergi, & per vrinas educi? nonne nominatim aſſerit morbum ipſum euacuari? Hoc inſultu non contentus, inſultas etiam in cauſas effi 167.D
cientes in hunc modum. Cum iubet Galenus cauſas morborum effe 168.A »
ctrices vacuare, quod tam eſt apud eum frequens, ut nihil ſit frequen »
tius, & tumorum cauſa effectrix ſit uirtutis expultricis conſtantia, nũ »
& hanc medicamentis ex corpore educere tentabimus? miſeros nos, »
quos etiam animas excernere cum excrementis oportebit. Verum »
vrgent te hҽc incommoda, qui ſtatuis, cauſas effectrices eſſe euacuan

das; vnde cogeris non facultatem expultricem ualidam, & retentricem inualidam partium transmittentium tantum, sed expultricem etiam imbecillam recipientium euacuare; at nos non vrgēt, qui Galenum sequimur, qui in his morbis, de quibus contendimus, non iubet, causas esse euacuandas, sed inhibendas, vt patet ex duobus locis ex 13. Meth. sæpe citatis. Inhibitio autem fit, vnicuique causæ suū admouendo contrarium; vnde si adsit multitudo ingens, euacuanda est, si imbecillitas facultatum, quæ est intemperies, corrigitur, & corroboratur; si valida nimis est facultas, frenatur, & cohibetur; & si causa euacuatur, materialis euacuatur, non efficiens. Quòd si antea demonstrauimus ex Galeno, causas omnes in morbis esse, materialem
168. A etiam in eis esse necesse est, quod planius adhuc in progressu sermo-
B nis demonstrabimus.

Defenditur pars capitis sexti lib. 4. & demonstratur, humores obstruentes obstructionis materiam esse.

168.C TRANSIS ad obstructionem, de qua disputo libro 4. cap. 6. in vltima dubitatione, in qua discutitur altercatio inter Valeriolam, & Fuchsium: & caput altercationis est, quòd Valeriola sentit, humores impactos venis, & eas obstruentes, esse causam efficientē, & continentem obstructionis: Fuchsius obstructionem ipsammet. Amplector ego Fuchsii sententiam, & quomodo ipsam comprobet, ostendo, deinde instantias Valeriolæ, & tuas contra eam diluo. Tu itaque in iis insistis, quæ ad te pertinent; nam cum in 1. Ep. De Caus. Cont. redarguisses Fuchsium, quòd conclusionem collegisset ex duabus affirmatiuis in secunda figura, ostendissemque
169.C ego, id falsum esse, hic te excusas admodum frigide; sed cum multa
D instent magni momenti, in hoc tempus non conteram, & tecum errorem illum tuum dissimulabo; & ad alterum, quod defendis, accedam. Cum Fuchsii esset sententia, humores obstruentes sanè esse obstructionem ipsam: affluentes adhuc, obstructionis causam, contra eum Valeriola nititur demonstrare, aliud esse obstructionem: aliud humores obstruentes: cuius tu uestigiis insistens, queris, unde acquirant
170. A humores illi eam metamorphosim, ut statim ex effectoribus fiant effecta. Cumque ego demonstrassem, nullam ibi esse metamorphosim: in hoc nunc insistis, & inde bella moues. Sed antequam congrediar,

diar, admonendus eſt mihi iterum lector, nihil me magis habuiſſe ſollicitum in tota morborum explicatione, quàm tumorum, & obſtructionum explicationem; & cum diu perſtitiſſem in ea ſententia, vt Valeriolæ adhęrerem (durum enim mihi uidebatur, humores tumorum, & obſtructionum morbos eſſe) coactus tandem ſum mutare ſententiam, & partim cum Fuchſio ſentire, partim ab eo recedere; aſſero enim tam humores affluẽtes, quàm impactos eſſe cauſam materialẽ morbi; ſic enim puto multa Galeni dogmata ſeruari, liteſque multas componi. Quantum verò in obſtructionibus laborauerim, poteſt vnuſquiſque ſtudioſus animaduertęre: cum enim Galenus nullo alio in morbo tam variè loquatur, quàm in obſtructionibus, de eis tamen ita ſcripſi, vt magnam partem difficultatum ſummouerim. Cum itaque pleni ſint hi morbi difficultatum, par erat, te non ſolum dare operam, ut poſitionem tuã defenderes, ſed vt etiam difficultates omnes ſedares; at nihil tibi fuit antiquius, quàm errores meos enumerare, de Galeni repugnantiis parum ſollicito; unde multos locos producis, in quibus videtur aſſerere, humores impactos cauſas eſse efficientes obſtructionum. Poſſum contra ego multos proferre, & tunc protuli, in quibus eos morbos facit, ſed nihil geſtum eſt, niſi Galenus ſibi ipſi concilietur. Conſtitui itaque humores impactos obſtructionum partem eſſe, & materiam, rei naturam ſecutus; quia magis eis cõgruit definitio cauſæ materialis, quàm efficientis, cum præſertim efficiens a re effecta ſoleat abiungi, materia immanere; videbam in pratis riguis riuos deduci: & interdum in eos iniici terræ glebas, vt curſus aquæ intercipiatur, & in aliam partem deriuetur: qua in re proculdubio glebæ illæ riuum claudentes materia ſunt: agricola verò opifex; ſi eodem modo ſub oculos ſubiicerentur partes corporis internæ, & uideremus, quempiam deferre humores craſſos in aliquam venam, & eam ita occludere, ne ſanguis per eam dilabi poſſet, nonne humores illos cauſam materialem eſſe fateremur; deportatorem verò efficientem? ſed cum hæc ſenſus lateant, ideò hæſitamus, & perplexi ſumus. Verum cum certum ſit, humores illos ex ſe non deferri, colligi, aut gigni, cogimur aſſerere, quæ deducunt, impellunt, trahũt, aut gignunt, cauſas eſſe efficientes, humores verò materiam; nec deſunt exempla ſenſatisſima etiam in corporibus noſtris ad id demonſtrandum. Scribit Galenus 3. De Tuen. Valet. cap. 2. cohibitione ſpiritus, meatus, & uias corporis noſtri ab excrementis expurgari: nã ſpiritus impetu, quæ occurrunt, truduntur, quæ adiacent, trahuntur. Verùm ſi ea cohibitio temere, & ſine iudicio fiat, meatus non ſolum

non expurgantur,sed occluduntur;propterea quòd,inquit ibi Gale-
„ nus;vehementissimi materiæ impetus,diuersis temporibus,ac ratio-
„ nibus,contrarios edere affectus possunt,obstruere quidem, cum cras-
„ sum simul,ac multum fuerit,quod confertim,ac præceps agitur: pur-
„ gare, cum exiguum,tenueque est,nec præpropere,nec violenter co-
„ gitur simul omne expelli. Quis neget hic,excrementa spiritus impetu delata,ad obstruendos meatus esse materiam? nonne ea Galenus nominatim materias vocat? Quando itaque eodem lib. cap. 10. scribit,obstructionem fieri a lentis,crassisque excrementis, cum confertim ad cutim ruunt: nonne eodem pacto intelligendus est locus ille, & si modus loquendi innuat, eos esse causam efficientem? Præterea cum 8. Meth.cap.4.& 11.Meth.cap.10. vetat vti aperientibus obstructiones ante euacuationem per venæ sectionem, quia sic augeretur obstructio; nam aperientia illa magis inculcarent, & impingerent humores crassos, vel multos, quis non videat, & hic medicamenta esse causam efficientem augendarum obstructionum, humores verò materialem? cum humores isti obstructionum materia sint, mirum non est, si Galenus tradit eos, quasi morbi sint, impedire actiones. vnde in lib. De Diff.Morb.cap.7. (vt notauit etiã Fuchsius) dicebat, lentos, & crassos humores impactos meatibus venarum, distributionem sanguinis impedire. & 2. De Sympt.Caus.cap.2. Humores crassos viam facultatis motricis obstruentes, causam tremoris esse; causa autem tremoris, qui est symptoma, morbus est. His de causis iudicauimus nos, humores crassos, lentos, & multos, cum fluxerũt, esse materiam morbi; cum fluunt, adhuc esse materiam: causam verò efficientem esse eam, quæ humores multos, & crassos gignit, impellit, attrahit, & retinet. His constitutis te iam audiamus, & cum
170.A in primis demonstrare nitaris, humores obstruentes non esse obstructionem, de hoc non contendam, quia ad me non spectat, qui non dicam humores obstruentes esse obstructionem, sed materiam obstructionis. Cum verò probas, humores istos esse causas efficientes ob-
170.B structionum, aduersus hoc pugnabo. Quare cum arguis. Quo tan-
„ gente oritur certus affectus, & abeunte cessat, id omnes homines cau
„ sam crediderunt. Humor crassus cum partem aliquam corporis
„ tangit, oritur obstructio, & eo ablato, ipsa etiam aufertur; ergo is
„ humor est causa efficiens obstructionis; respondeo, maiorem propositionem complecti causas tantummodo passionum, & eorũ, quæ sunt in motu: minorem verò complecti causas rerum factarum. Præterea maior propositio non solum causis efficientibus congruit, sed

aliis

aliis etiam;vnde efficientem addidiſti contra,quàm Galenus faciat. Secluſa itaque voce illa, efficiens, quæ in Galeno non eſt,concedo maiorem,& minorem:quæ minor cum cauſas rerum factarum contineat,proculdubio magis cauſis materialibus congruit,quàm efficiẽtibus. Secundum argumentum nihil probat, quia repetam, humores eſſe obſtructionis materiam,vnde mirum nõ eſt,ſi illis euacuatis, obſtructio tollitur. At tertium argumentum tantam arguit inſcitiam,vt me etiam ignominia tua commaculari ſentiam. Probaturus,humores obſtruentes eſse cauſam efficientem obſtructionis,conſtruis ſyllogiſmum,cuius maior eſt hæc. Morbus eſt corruptio diſpoſitionis naturalis cauitatis in partibus corporis quibuslibet. Si hęc noua tua morbi definitio vera eſt, omnis morbus erit corruptio diſpoſitionis naturalis cauitatum;nulli itaque alii erunt morbi, quã cauitatum corruptarum; quamobrem plurimum tibi debebit humanum genus,cum omnes morbos,ſolis exceptis obſtructionibus,in Pãdoræ vas iterum incluſeris; quanquam argumentum hoc potius erat a me recipiendum, quàm reiiciendum, cum pro me ſit ad vnguem: quod patebit apertisſime,ſi rectis caſibus, non obliquis, & oblique, vt tu feciſti,ipſum erigamus. Morbus eſt corruptio diſpoſitionis naturalis cauitatis in partibus corporis quibuslibet. Humor lentus, & craſſus cauitatem aliquam præter naturam occupans,corrumpit naturalem partis diſpoſitionem. Si ità iaceant hæ propoſitiones,habebimus ſyllogiſmum in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis nihil concludentem; ſi corrigamus maiorem propoſitionem hoc pacto. Corruptio diſpoſitionis naturalis cauitatis in partibus corporis quibuslibet eſt morbus; liberabitur argumentum a vitiis, quæ in eo notaui:ſed concluſio erit pro me, aut ſaltem pro Fuchſio; ſic enim colligetur. Ergo humor lentus,& craſſus cauitatem aliquam præter naturam occupans,eſt morbus. Nam inuerte, & peruerte quantumuis, nunquam efficies, vt rectè deducas tuam illam concluſionem; quocirca eſt efficiens huius corruptionis cauſa. Si erraui ego quando dixi,& intemperies hæ ſint tumores præter naturam, cum dicendum eſſet, & tumores præter naturam ſint intemperies hæ: vide,quot tu hic commiſeris errores, & grauisſimos?

Citas deinde multos Galeni locos, quibus ſcribit; humores multos craſſos,& lentos cauſam eſse obſtructionum,quod concedo; ſed cau- 171.C
ſam materialem eſse ſtatuo,quod paulo ante ratione,ſenſu, & Gale- D
ni authoritate demonſtraui; qui 3. De Tuen. Valet. id apertisſimè in- 172.A
dicat: vnde loci iſti omnes ex illo ſunt explicandi, quod in vno de- B
mon-

172.C monstrabo,& est 8.Meth.cap.4.cum ait.Patet aliquando,& multos ,
» si confertim fluxerint, non minus obstruere, & impingi, lentis, &
» crassis.Quæro enim de te,an ex se confertim fluant, an ab aliis moti;
ex se non dixeris;si aliunde, proculdubio eos mouens obstructionis
173.C efficiens est: ipsi verò materia. Pergis insectari opinionem Fuchsii,
D in qua me etiam reprehendis, quòd dixerim, obstructionem factam
» esse morbum sine causa: futuram,morbum ipsum potestate,vel a cau
» sa pendentem,imò verò causam ipsam; sic enim increpas; ego ne il-
» lud quidem didici,quomodo quod potestate morbus est, a causa illa
» pendeat,per quam fit actu morbus; quæ causa facit,vt res aliquid po
» tentia sit,ea non facit,vt in actum permutetur. Sed hæc vana sunt, & facilè corruunt,vt nunc apparebit. Defendo ibi Fuchsii opinionem, qui humores impactos morbum esse statuit; eosdem uero nondum impactos,& obstruentes,causam esse morbi.Humores itaque impacti,sunt obstructio sine causa; qui verò nondum fluxerunt,sunt morbus potestate: si enim cum fluxerint,& impacti sint,morbi sunt, quis neget eos, antequam fluxerint, morbos potestate esse, & potestate etiam satis propinqua? Nam si hæc fluxio morbus futura est,& non dum est,potestate morbus sit necesse est; iste itaque morbus, qui nõdum actu est,potestate est, & a causa pendet; quòd si quid in his verbis erroris est,per uerba statim sequentia, imò verò causam ipsam, corrigitur; nam si quis neget fluxionem hanc nondum obstruentem esse vel morbum potestate, vel morbum a causa pendentem, certè negare non potest esse causam ipsam. Quare nihil est hic a veritate alienum,& si est,corrigitur.Neque hic asseritur, vnam & eandem esse causam,qua obstructio sit potestate,& actu: imò vero sunt duæ causæ diuersæ,& contrariæ; nam non fluxisse causa est,cur humores crassi sint obstructio potestate: fluxisse,quòd actu sint; non fluxisse autẽ, & fluxisse inter se opposita sunt.Quare aut somniabas,aut delirabas, cum hæc fingebas. Hæc de Fuchsii dogmate; sed quoniam recedo a Fuchsio; & humores fluentes facio causam materialem, non efficientem: contra hoc etiam instas, sicuti in humoribus tumorum in-
174.B stitisti,& negas,morbos habere materiam ex qua fiant, cum sint accidentia,nec in qua sint præter humanum,& viuens corpus. Non minus hæc obiectio corruit,vt eo etiam in loco; nam & ego assero, subiectum morbi uerum esse uasa, & eorum uias, meatusque; sed quia morbus,id est obstructio,constat ex multitudine,uel crassitie,& lentore humorum,dico,huius multitudinis,lentoris, & crassitudinis humores esse subiectum. Quare cum dicimus humores esse materiam

ob-

obstructionum,hoc dicimus propter humorum multitudinem, crassitiem,& lentorem,quæ cum vitiosæ sint qualitates,suo & ipsæ subiecto inhærent; & hęc omnia planè explicata sunt in eo lib. 4. cap. 6. quare non erant huc afferenda denuò argumenta,sæpe, & sæpius in libris meis confutata. Niteris deinde, me trahere in Fuchsii sententiam,vt magis expositus sim vulneribus tuis;atque hoc inde colligis,quia laudo eius conclusionem. Sed scito, me eam laudare, quan- 174.C
tum ad formam argumenti;quia cum obiecisses,eius syllogismum esse ex duabus affirmatiuis in secunda figura,doceo, eum esse in prima figura,& rectè concludere. Verum enimuero licet Fuchsium approbare videar, ab eo tamen palam recedo; quo ex loco patere potest,quantum decipiaris,& decipias, cum me leuissimam quanq. occasionem aliós taxandi venatum esse obiicis: hic enim in re grauissima,Fuchsii errorem,si error est,ita corrigo, vt eum dissimulare videar; sed a te degenerasses, nisi dum causam materialem oppugnas,
ad ineptias,& deliramenta rediisses. Non quæritur,inquis, quid hu- 175.B
mores moueat, sed quid humores in eo loco, vbi constiterunt, effi- »
ciant. At nonne possum & ego dicere; non quæritur, quis moueat lapides,& cementa, sed quid lapides,& cementa parieti admota faciant. Non quæritur,quis glebas terræ riuulo iniiciat, sed quid faciãt illæ glebę,cum iniectæ sunt; ego sanè sic responderem ad omnia hæc quæsita. Lapides,& cementa parietem constituere; glebas terræ riuũ claudere,& aquæ fluxum intercipere,humores crassos, & multos venas occludere, & sanguinis cursum impedire: ac cum sic respondissem,inde ne sequeretur,lapides,& cementa causam esse parietis efficientem, glebas clausionis riuuli,& humores crassos obstructionum? Tu sanè ita responderes; at si hoc non est rerum,& causarum naturas peruertere, nescio quid erit; in artis ministeriis non adeò te fatuum puto,vt neges,lapides,& cementa parietis: glebas terrę claudendi riuuli,materiam esse: architectum,& agricolam opifices;quoniam oculis vsurpas,quomodo comportent materiam,apponant,& accommodent; at in rebus naturæ cum haud appareat,quid inuehat humores, conglomeret,& impingat,eos obstructionis effectores esse decernis. Verùm cum eadem ratione argumentandi probas,humores non esse causas materiales obstructionum, nisi a primo initio desipere cœpisses,nunc te incipere crederem. Syllogismum enim nectis, cuius maior propositio non rationi tantum, sed sensibus omnibus aduersa-
tur,& hæc est. Quidquid ex seipso non mouetur ad eum locum, in 175.B
quo materia esse debet alicuius effectus, non erit materia illius effe- »
ctus.

ctus. Ergò lapides,& cementa ad parietem suis pedibus incedunt: aes, & marmor ad statuarium: aurum rude, & argentum ad percussorem monetarum? & si non incedunt, materiæ non sunt? erunt itaque materiæ similes Vulcani instrumentis, quæ ex se mouebantur. Certè cum hæc scribebas terra,& omnia titubabant; sed probas hanc
175.C maiorem; nam podagræ materia humor esse is non potest, qui in pedes non influxit: certè propositio hæc verissima est, & vel a Gratiano comico ridiculo concederetur; nunquam enim pedes podagra laborabunt, nisi humor in pedes confluat; sed nihil hoc facit ad probationem illius, nisi ex se confluat, & etiamsi cõflueret, non esset probata adhuc, nisi constaret, reliquas materias omnes ex se moueri. Addis tandem rationem satis probabilem,& apparentem,& vtinam eã solam attulisses, ne tãtum dedecus arti medicæ peperisses: Ratio est,
„ Nõ fluxio, sed in affecto loco operatio efficientem a materia distin
„ guit. Verum quid magis agunt hi humores, quàm aliæ materiæ? quare si causæ sunt efficientes, etiam reliquæ materiæ commemoratæ erunt efficientes; & in idem deuoluemur. Cum dixerim, humores
175.C istos causam esse antecedentem, vrges, quomodo humores isti causa materialis esse possunt, si antecedens causa sunt, & causa antecedens efficiens est? sed instantia hæc a me sublata est. lib.2.cap.37. vbi assero de sententia Galeni in lib. De Cau. Morb. agi de omnibus causis; & ideo si de omnibus agitur, agitur etiam de materialibus; quare pos
175.B sunt & ipsæ distingui in procatarcticas,& antecedentes. At instas, & negas procatarcticam pro materia, sed pro effectrice semper fuisse habitam: idemque de antecedente asseueras. Profecto si versatus esses in Galeno,& eius decretis initiatus, non tam sæpe,& tam turpiter in luce cæcutires. Lege ipsum quantumuis oscitanter in lib. De Cau. Morb. cap.7.8.& 9.& eum morborum figuræ, magnitudinis,& numeri causas quasdam multitudini materiæ ascribere perspicies: ex quibus locis intelliges, causas tam procatarcticas, quàm antecedentes interdum materiales esse; ac ne tergiuerseris, exemplo id aperiam; si cui in vlcere caro supercrescat ex nimia sanguinis copia; proculdubio sanguinis copia causa est antecedens: quæro igitur sit ne efficiens, an materia; efficientem non dixeris, quia carnem ipse non efficit, sed ex ipso natura carnem facit. Habemus itaque causam antecedentem materialem citra vllam controuersiam; at orta sit illa sanguinis redundantia ex nimia ciborum copia: ciborum copia proculdubio causa est procatarctica, sed materialis etiam est, cum ex ipsa natura sanguinis copiam conficiat. En quomodo facilè sit inuenire cau-

sam

sam tam procatarcticam, quàm antecedentem materiales quæ rerę volenti; sed non miror, causas istas tibi esse ignotas, cum doctioribus etiam ignotæ sint. Quòd si Galeni lectionem auersaris, apponam hic tibi, vt velis, nolis legas, partem vltimam cap. 8. Vbi aliquid supercreuerit, quod non sit è numero partium natura constantium, hæc quidem etiam ægritudo ad numerum partium spectabit; sed cum id, quod superadditum fuerit, formam obtinuerit secundum naturam, optimæ materiæ abundantia erit in causa; at si pręter naturam erit, & materiæ qualitas præter naturam; atqui vires validas vtrobiq; esse oportebat: alioqui nec quod vtile erat, natura afformasset: nec quod vitiatum, excreuisset. Format autem in conceptibus, quando aut sex digitos, aut tale aliquid facit: in iam adultis autem, quando exulceratis particulis, validas carnes superaluerit: aut in oculis vnguem; deponit autem id, quod est inutile in iis passionibus, quas Græci gãglia, melicerides, steatomata, atheromataque appellãt, ac in reliquis eiusdem generis affectibus. Ex omnibus his animaduertere potes, causas antecedentes, & procatarcticas non efficientes solum, sed etiã materiales esse; & ex vltimis verbis colligere etiam, humores esse materiam obstructionum, & tumorum etiam præter naturam; & quod eos producit, & mouet, causam esse efficientem; sicuti in gangliis, & in abscessibus materiam illam inutilem, ex qua conflati sunt, verè materiam vocat: naturam verò, id est facultatem expellentem, & deponentem materiam in illa loca, causam efficientem. Ex his omnibus sequitur, humores crassos, antequam fluant, causam esse materialem obstructionum potestate; cum verò fluxerunt, actu. Hæc fuit, 176.A
& est sententia mea, vnde frustra laboras, cum iterum atque iterum 176.C
decreta mea, & Fuchsii simul confundis; cur eum laudauerim, iam satis paulo ante explicaui: quare ad alia veniam. Cum quæris, in quem vsum Aristotelis subsidium petierim; credo, me id tam planè explicasse, vt nihil posit esse planius, cum ex definitionibus causæ ef- 176.D
ficientis, & materialis demonstraui, humores obstruentes materiam esse: efficiens esse non posse; neque ego sum, qui, cum causam efficiẽtem definiuit, asseram, eum de materia locutum fuisse: sed tu, qui pertinaciter materiæ vim efficiendi ascribis. Pergis ineptire, & negas similitudinem cum lapidibus, & cementis procedere, idque confusè probas; sed nitar distinctius scribere, quàm tu proponas. Non procedit itaque similitudo primum, quia morbi non sunt in humoribus, vt in subiecto eo modo, quo forma parietis est in lapidibus, & in 177.A
cementis. Deinde materia sanitatis, & morbi facta iam est, nec ex- 177.B

ædificanda eſt ex confluente humore, vt ex lapidibus, & calce ædificatur paries. Reiecta his rationibus ſimilitudine, doces tu, quomodo rectè erat proponenda: cuius concluſionem tantum adſcribam.

177.B Sicut lapidum, & cementi copia, vel defectus parietis figuram reddũt venuſtam, aut inuenuſtam; ita humores ſanitatem vel ſeruãt, vel corrumpunt. Ego, ſi rectè perſpicio, nullam aliam disſimilitudinem inter lapides parietem conſtruentes, & humores tumorem, aut obſtructionem excitantes cerno, niſi quòd illic artifex extra opus eſt, hic intra opus. Quare ſicut lapides ſunt materia parietis, ita humores ſunt materia tumorum, & obſtructionum. At inſtas, humores non ſunt ſubiectum ſanitatis, & morbi, ſed corpus humanum, & viuens; reſpondeo, humores iſtos eſſe ſubiectum, & materiam obſtructionum, & tumorum: obſtructionem verò, & tumorem eſſe corporis morbos: & corpus eſſe ſubiectum obſtructionum, & tumorum: vnde (vt planius agam, vt ſuperius etiam egi) humores ſunt materia, ex qua conſtruũtur obſtructiones, & tumores: partes verò corporis ſunt materia, in qua reſident obſtructiones, & tumores; priore modo magna eſt ſimilitudo inter parietem, & obſtructiones, ac tumores: & inter humores, & lapides: & hoc mihi ſatis eſt: ad alteram rationem, quòd materia ſanitatis, & morbi facta ſit, verum quidem eſt; materia tamen obſtructionum, & tumorum facta non eſt; quare fit & ipſa, & cum facta eſt, ex ea excitantur obſtructiones, & tumores, veluti paries ex lapidibus. Nec potes tu ita corrigere ſimilitudinem illam, quin adhuc humores materia ſint. Cum enim copiam, & defectum lapidum efficere, & corrumpere parietis venuſtatem aſſeris, lapides non puto te ſumere pro efficiente; ſed pro materia. Quare cum eodem pacto ſtatuis ex copia, & defectu humorum ſeruari, vel corrumpi ſanitatem,

177.C humores etiam ipſos pro materia capias neceſſe eſt. Venio ad duos locos citatos a Fuchſio, & prius ad priorem ex cap. 7. De Diff. Morb. in quo multum te agitas in partes varias; & cum ex Galeni verbis

178.B his: Si nihil ipſa patiente vena, lenti tantummodo, ac craſſi humores impacti meatibus diſtributionem impedierint, vna tantum erit viſceris ægritudo, puta obſtructio; probet Fuchſius, humores lentos, & craſſos meatibus impactos morbum eſſe, quia diſtributionem impediunt: & obſtructionem eſſe; quia cum hi ſint morbus, ſi obſtructio non eſſent neceſſe eſſet, duos ibi eſſe morbos; at Galenus vnũ tantũ

178.C eſſe pronunciat. Tu primo argumentum hoc retorques in Fuchſium hoc pacto; obſtructio eo in loco eſt morbus: humores impacti non ſunt obſtructio: non ergo ſunt morbus; ſed hoc ſanè nihil ad argumen-

gumentum Fuchsii; sumis enim tanquam concessum, quod controuersum est; affirmat enim Fuchsius impactos humores esse obstructionem: & tu negas; probat ipse propositum suũ argumento validissimo; nam si ibi vnus tantum est morbus, id est obstructio, & humores impacti morbus sunt, cum distributionem venæ impediant, sequitur necessariò humores impactos esse obstructionem, aut Galenum temere, & falso scribere: quare & refutandus erat Fuchsius, & reddenda causa verborum Galeni, ne perperam scribere videatur. Deinde niteris probare, humores illos non esse morbos, quia propositio recte sumpta non fuerit; non enim dictum est, humores primò distri- 178.D
butionem impedire: at morbi actionem primò impediunt; respondeo Galenum eam vocem non apposuisse, quia ex verbis statim præcedentibus subintelligitur. Verba hæc sunt; nam pro confesso habe- "
tur, quòd quæcunque dispositiones primò lędunt operationes, ægri- "
tudines nuncupantur. Sed instas, Galenum cap. in eodem paulo post rem decernere, & distinguere, cum dicat; ipsa obstructio est ægritu- 179.A
do, humores verò ægritudinis causa. At Fuchsius respondet, Galenũ ibi loqui de humoribus fluentibus, non impactis; at fluentes causa sunt obstructionis; nam si de impactis intelligeret, sibi repugnaret, cum ante hos humores dixerit impedire distributionem: hic verò neget. Instas deinde ex Galeni verbis male conuersis, nam sic conuertenda erant. Si propter lentos aliquos, aut crassos succos in mea- 179.C
tibus impactos distributio lædatur, solus in viscere morbus hic vtique "
fuerit obstructio. Quanquam fidelior sit hæc interpretatio, quàm a "
me citata, sensum tamen nõ mutat; nam si distributio propter humo- "
res hosce læditur, quis neget, humores eos esse causam læsæ distribu- "
tionis? at causa læsarum actionum morbus est. Concludis tan- "
dem, cum Galenus dixit, humores illos impedire distributionem, 179.D
tunc ipsum vsurpasse causam continentem pro morbo, cum soleant 180.A
medici dicere, causam continentem facere, quod morbi proprium "
est. Sed hic causa continens locum habere non potest, cum dicat Ga- "
lenus, morbum esse, & obstructionem. Quare integra manet Fuchsii interpretatio; licet ego eam non vsquequaque amplectar, ut in lib. De Morb. & superius indicaui. Probas tandem ex me, humores il- 180.A
los causam esse efficientem, cum apertè id testatus sim lib. 4. ca. 5. quo B
fit, ut a me ipso dissentiam, cum in cap. 6. subsequente id negem. Extorques & hic, more tuo inter duo capita propinqua librorum meorum dissentionem; qua in re accusanda est potius malitia, & improbitas tua, quàm ignorantia; non enim tantam in te puto esse ignoran-

tiam, ut non uideris, me in cap. 5. recitare Galeni sententias ex cap. 7. De Morb. Diff. vbi habet: obstructionem esse morbum: humores lentos, & crassos causam morbi; quod quomodo esset capiendũ, ibi non explico, cũ cap. statim sequẽte, in quo discutio dubia ex morbis cauitatum exorientia, id essem facturus, vbi agito difficultatem illam arduam, & insignem inter Valeriolam, & Fuchsium, quæ initium ducit a loco, quem mihi nũc obiicis. Quare nõ mihi repugno, sed cap. 6. discutio, quod in 5. reliqueram indiscussum, tanquam in loco opportuniore, cum & aliæ multæ difficultates in eo discutiantur. Itaque cum assero ex Galeno, humores crassos esse causam obstructionum, quomodo id sit intelligendum, ex cap. 6. statuendum est. Ad locũ ex lib. 1. cap. 6. fateor & nunc, in obstructionibus cauitates ab humoribus crassis obsideri; sed quid tum? sequitur ne eos esse causam efficientem? nonne hoc iam sublatum est? Nec argumentum tuum contra me progreditur; nego enim minorem illam. Humor lentus, & crassus est obstructio; licet enim Fuchsius id asserat, ego non assero, cum statuam, humores crassos materiam esse obstructionis, non obstructionem; quare inscite, atque improbe scita Fuchsii mihi ascribis, cum aperuerim, quid mihi cum eo conueniat, quid non. Expectabam hoc loco, te in medium esse prolaturum argumentum Fuchsii ex duabus affirmatiuis in secunda figura, & vno atque eodem tempore demonstraturum, ita eum fuisse argumentatum: & me nec eum, nec te percepisse; nam quidquid muto similis vociferatus sis superius, certè in prima Ep. De Cau. Cont. loquens de argumento, quod sumpsit Fuchsius ex hoc loco, sic scribis. „ Fefellit eos paralogismus iste. „ Obstructio est extergenda (sic enim Galenus aliquãdo loquitur) Hu„ mor est extergendus, ergo humor est id, quod actionem lædit, siue ipsamet obstructio; & cum confutasses tunc ex Valeriola conclusionẽ „ illam, tandem ex te ipso formam syllogismi ita refutas. Hoc saltem „ videre debebant in secunda figura, vtranque sumptionem non ponẽdam esse affirmatiuè: & quia tuam hanc responsionem ridiculam esse dixi, & argumentum aliter deduxi, par erat, vt te defenderes; sed cum de hoc ne verbum quidem facias, & argumentum Fuchsii, ut a
181.C me contextum est, inuadas, percurramus & hic ęquo animo ineptias tuas, paucis quibusdam prius de argumento illo annotatis. Ego argumentum illud semper insolubile esse iudicaui, non eo modo, quo tu argumenta tua insolubilia esse iactas, cum tamen sine ullo uinculo sint, & uere scopæ dissolutæ. Si legas sine multa etiam attentione finem. cap. 9. totum cap. 10. & 13. 11. libri Methodi, uidebis ex

Ga-

Galeno aliter argumentari non licere, quàm Fuchsius fecerit; quod licet tunc planum fecerim, nunc tamen planius reddam. Septem commemorat Galenus in illis locis, quæ scopos curandi indicant in febre putrida continente, humorum multitudinem, crassitiem, lentorem, obstructionem, prohibitum perspiratum, putredinem, febrem; & declaraturus, quæ nam ex his sint morbi, quæ causæ, quæ symptomata, sic scribit. Et causarum quidem genera sunt multitudo, & crassitudo, & lentor humoris, causa simul, & symptoma est transpirantis excrementi retentio; simili modo causa pariter, & affectus est ipsa putredo; morbus verò tum obstructio, tum febris ipsa; vt hæc summoueat Galenus, unicuique suum admouet contrarium: ac obstructioni ecphraxim, quæ est detersio, & disiectio eorum, quę obstruũt. Hæc, siue eam curationem appelles, siue sanationem, siue reuocationem ad sanitatem, siue morbi depulsionem, siue præseruationem etiam; præterea, siue dicatur per se, siue per accidens obstructionem summo uere, ad morbum solum spectat; quare inde necessariò consequitur, obstruentes humores esse morbum ipsum, vt cum Fuchsio loquar. Quamobrem quidquid blateras, frustra blateras; & nihil facis aliud, quàm vt errores erroribus accumules. Ac primum, cùm ἀκρίβειαν illam tuam philosophicam iactas, & ea tanquam fulmine te hoc argumentum posse disiicere, & dissipare gloriaris, ac si è gremio philosophiæ prodieris, præterquàm quòd nihil commoues argumentum; omnium etiam morborum curationem adimis; nam cum morbus omnis sit dispositio, & dispositio per te non generatur, corrumpitur, alteratur, mutatur, vacuatur, detergitur, sequitur, morbum non corrumpi, non mutari, non alterari, non vacuari, non detergi posse: erit igitur immutabilis, & ex consequenti incurabilis. Quare hic totam gratiam beneficii illius amittes, quod paulo ante in humanum genus contuleras, multis morborum generibus ab eo depulsis, quos Galenus inuexerat. Cum scribis, me in vocabulo curationis omnem victoriæ spem collocasse, falleris; neque enim in nudis uerbis, sed in rerum natura victoriam, & veritatem quæro. Cum itaque Galenus in curatione obstructionis factæ, & a causa seiunctæ scopum esse dicat detersionem: quis neget, cum adhibentur detergentia, morbum ipsum detergi, & curari? Sed opponis, eo modo obstructionem curari per accidens, quia consequitur humorum impactorum detersionem: humores verò primo, & per se detergentur, obstructio per accidens. Si sic est, quæro, nunquid humores obstruentes sint idem, quod obstructio, an diuersum; si idem, obstructio non detergetur per accidens,

Margin: 181. C — D — 181. D — 182. A — 182. B

dens,sed per se,cum humores illi per se detergantur; si diuersum, nihil aliud dicere potes,quàm obstructionem esse morbum ipsum, humores causam efficientem: sed hoc statim contra Galenum est, qui obstructionem factam,& absolutam a causa,curare docet, & scopum huius curationis detersionem esse ait; vnde sæpe etiam præcipit obstructiones detergendas esse. Quod si 8.de Med. Loc. in calce cap. 8. scirrhi dispositionē detergi ait,& per vrinas educi, quid vetat, quin obstructionem etiam,aut dispositionem obstructionis detergi dicat, & per aluum,per vrinas,& per sudorem educi?sic enim censet esse fa-
182.C ciendum. Negas,ecphraxim vim habere per se tollendi obstructionem,quod falsum est; quia ecphraxis (vt declarauimus) nihil aliud est,quàm detersio,quæ per detergentia fit; detergentia autem uim habent auferendi,quæ impacta sunt,& inhærent; non enim solum primæ qualitates,sed multæ etiam ex secundis, & tertiis uim agendi habent;& negas detersionem hanc morbum curare, quia morbus est inseparabilis,nec detergi,nec extenuari,nec discuti, nec uacuari per se possit,cum qualitas sit soli inhærens humano corpori; respondeo, hanc proculdubio esse malam corporis qualitatem, sed humoribus tanquam materiæ inhærere.Obstructio itaque detergi dicitur, quia eius materia detergitur. Insistis demum in uocabulo curationis, & multis rationibus, authoritatibusque, mea etiam interposita, de-
813.A monstras,sub ea comprehendi non raro causę depulsionem,quæ omnia concedo; unde cùm syllogismo hoc totum illum excursum clau
184.C dis.Quicunque morbi absque crassorum,& lentorum humorum ablatione tolli nequeunt,&c. Dico,conclusionem eius syllogismi esse
184.C uerissimam, humorum crassorum ablationem obstructionis curationem dici,sed non aduertis, eam conclusionem esse pro me, cum ibi Galenus tradat curationem obstructionis futuræ,& factæ,& futuram summoueat causa inhibita: factam,obstructione ipsa detersa.Quare si asserui,Galenum tradere tunc depulsionem morbi tantum,non causæ,non a curationis vocabulo, sed a rei natura persuasus id asserui. Hæc de argumento Fuchsii sumpto ab 11. Meth. Quod tātam uim apud me habuit, ut cum multos annos senserim, humores tam impactos, quàm affluentes esse causam efficientem obstructionum, me ita de ea sententia deiecerit, ut cogitauerim, humores impactos esse obstructionem ipsam: influentes eius causam;sed argumenta Valeriolę obstabant; inde enim sequeretur, effectum seipsum efficere, aut efficiens in effectum commutari, & alia multa absurda. Verum cum animaduerterem hæc absurda Galenum potius, quàm Fuchsiū

præ-

præmere,qui ex Galeno argumentatus est, ut ea a Galeno arcerem, asserui,humores tam influentes, quàm impactos causam esse obstructionis materialem, illos potestate, hos actu: quod verò fluxionem moueat,causam esse efficientem,sicuti etiam in tumorum præter naturam humoribus constitui; qua in re desidero virorum doctorum iudicium; nihil enim mihi gratius posset obuenire, quàm huius rei, & aliarum dubiarum firma, & certa veritas. Colligis tandem alia 185.C
multa genera obstructionum ab aliis materiis, quàm ab humoribus D
crassis,& lentis ortas, quas causas obstructionum cum Galeno voco; vnde vrges,si hæ causæ,cur non & humores crassi, & lenti? respondeo illas omnes causas ferè morbos esse,& instrumentales, & ex intẽperie,vt docet ipse Galenus in Art.Med. cap. 95. atque omnia inde pendere,quod Galenus passim testatur, morbum morbum parere. Ex iis tamen morbis eos,qui mole sua obstruunt meatus,& vias,dico causam esse materialem obstructionum,vt humores crassos esse dico. Sed cum tota res difficilis admodum sit,tum propter sui naturam, tũ propter varietatem,quæ in Galeno reperitur,confugiam ad ea, quæ scripsi cap.13.illius libri 4. quod & tu mihi concedis.Cum verò erro 186. B
res vndequaque veneris,ex cap.13. lib. 4. nunc a te citato, vbi ad illud Argenterii argumentum respondeo,In pure,& calculo non est sanitas,ergo nec morbus, responsionem meam derides,& reiicis,& Argenterii argumentum comprobas; cuius rei vt veritas clarius appa- 186. B
reat,apponam integrum Argenterii argumentum, & responsionem C
meam;sic itaque ille argumentatur. Morbus in illis poni debet, in »
quibus sanitas,authore ipso Galeno in lib.De Diff.Morb. cap. 2. sed »
in lapide,& pure non ponitur sanitas, ergo nec morbus. Cui sic re- "
spondeo; in parte,quæ continet pus,& lapidem, sanitas est, quando "
nec pus, nec lapidem, nec aliud aliquid præter naturam continet; "
cum rursus pus, & lapidem, & aliquid præter naturam continet, in ea est morbus. Nonne hac responsione diluo argumentum eius, & demonstro ab eo non prohiberi, quin pus, & calculus sint morbi in numero? nam morbi in illis ponuntur,in quibus ponitur sanitas; cũ calculus sit morbus in numero vesicæ, & in vesica a calculo liberata sanitas sit; pus sit morbus numeri in cauitate thoracis, in qua cauitate etiam ponitur sanitas; at tu asseris, responsionem hanc victoriam concedere Argenterio: quia cum ipse probare vellet eo argumento, pus,& calculum non esse morbos, sed causam morbi, & ego responsione mea fatear in pure, & calculo morbum non insidere, concedo, pus,& calculum esse morbi causas,quæ fuit Argenterii mens.

Cum

Cum vim responsionis meæ non perceperis, ad has ineptias abiisti; licet enim tacitè fateri uidear, in pure, & calculo non esse morbum, non fateor tamen pus, & calculum non esse morbum; imò affirmo, & confirmo morbos esse. Aliud autem est in pure, & calculo non esse morbum: aliud pus, & calculum non esse morbum; & adeò diuersæ sunt hæ duæ propositiones, ut sibi repugnent, & simul esse nequeāt; nam si pus, & calculus sint morbi, quis nisi fatuus asseuerabit morbum esse in pure, & calculo? nam si ita asseueraret, poneret morbum in se ipso: calculum in calculo, & pus in pure. Quare rectè dixi argumentum Argenterii esse sophisticum, cum decipiat in figura dictionis. Dico igitur pus, & calculum esse morbos, & nihil huic repugnare Galeni authoritatem ex cap. 2. De Diff. Morb. nam hoc pacto morbus in illis ponitur, in quibus sanitas; quia si de subiecto intelligas, calculus ponitur in vesica, in qua etiam ponitur sanitas, si absit, aut summoueatur calculus. Quòd si de genere morbi intelligas, calculus est in eodem genere morbi, in quo sanitas, hoc est in numero. Verum quémadmodum in responsione mea ad argumentum hallucinatus es, ita in iis, quæ sequuntur, quæ adeò simul permisces, & confundis, vt verus sensus, & certus percipi non queat. Refutato igitur sophismate Argenterii, statim modum huius fallaciæ damno. Nam si argumentū id valeret, valeret & in reliquis morbis omnibus; dicemus enim sanitas non est in phlegmone, ergo phlegmone morbus non est; sic in erysipelate, in oedemate, in febre, & in reliquis omnibus; vnde omnes morbi tollerentur. Quòd si ad hoc responderet Argenterius, cū

186.D dicis phlegmonem, erysipelas, oedema; hi sunt morbi in magnitudine, aut in temperatura; at in magnitudine, & temperatura est etiam sanitas, ergo morbi sunt: concludo, & ego pus, & calculum esse morbos in numero: in numero autem est & sanitas, ergo morbus ponitur in iis, in quibus ponitur etiam sanitas, & sic confirmo responsionem meam ad argumentum Argenterii, quod tu minimè percepisti,

186.D sicuti nec quæ sequuntur; ais enim me corrigere meipsum; nam cum dixissem, pus, & calculum morbos esse, statim me corrigo, & id nego, ea ratione, quòd partes corporis non sint, quam sententiam laudas. Sed quia tandem concludo, pus, & calculum, licet partes corporis nō sint, esse tamen morbos, hinc nactus occasionem obiurgandi sic in-

187.A sultas. Quid hoc ingenio turbulentius, & inconstantius? nam more tuo contradictionem deprehendisti. Cum enim nec uerba, nec sententias perceperis eius loci, tibi uideor asserere uno, & eodem ferè tēpore, pus, & calculum non esse, & esse morbos. Primum itaque falsum

sum est, quòd me corrigam; non enim me corrigo, sed affero nouum
argumentum probabilius argumento Argenterii ad probandũ, pus,
& calculum non esse morbos; quod argumentum statim refello, &
concludo, pus, & calculum esse morbos; & putas tu hanc contradi-
ctionem esse? tam verò apertè patet, me nouum afferre argumentũ,
vt neminem futurum putem, præter Erastum, qui id non intelligat.
Quis enim in alium sensum traheret hæc verba? Sed probabilius, „
quàm fecerit Argenterius, argui potest, calculum, & reliqua, quæ eo „
eo genere sunt præter naturam, non esse morbos. Est itaque hæc con
tradictio reliquis similis, quas annotasti; sed res ipsas perpendamus.
Laudas quòd dixerim, pus, & calculum morbos non esse: increpas, 187.A
quòd dixerim morbos esse, laudans pro tua consuetudine, quod re-
prehendendum est, & increpans, quod laudandum. Cum verò mor-
bos esse dixerim, quia lædunt partium actiones, quæris, an primò læ-
dant actiones? quòd si id asseram, sequetur, dispositiones esse, & in
corpore, & in subiecto inhærere; dico actiones primò lædere; nam
calculus actionem vesicæ primò lædit, pus etiam partium actionem,
in quibus colligitur: & dico, dispositiones esse numeri redundantis.
Quomodo autem numerus redundans, & deficiens, dispositiones, &
morbi sint, declaratum est à me sepe lib. 1. & alibi, ac præcipuè lib. 4.
cap. 21. vnde ineptè, & inscitè facis, vt semper, cum ea obiicias, quæ
à me iam sæpe refutata sunt; sed temperare mihi non possum, quin
quæ sequuntur adscribam notatu digna. Cum obiiceres, calculũ,
& pus esse substantias: & propterea morbos esse non posse, & Spu-
dastes tuus pro me respondisset, sicuti ego etiam respondeo. Dicet, 187.B
non lias substantias, sed earum vitia morbos esse, vt semper dicere „
solet: hanc solutionem his verbis repudias. Nugæ: primum enim ha- „
rum substantiarum vitia non sunt partium corporis vitia; tales enim „
qualitates omnes, quales sunt sanitas, & morbus ἀχώριστοι sunt. Dein- „
de cum numeri morbos esse velit; qualitates autem non faciant nu- „
merũ (sic enim omnis intemperies morbus in numero foret) nil re- „
spondet, qui ita respondet. Rectè pro me responderat Spudastes; at „
tu perperam eum reiicis, & perperam negas, calculũ, pus, & reliqua
consimilia esse vitia partium corporis. Quis enim neget, calculum ve
sicæ esse vitium, malam dispositionem, & morbum vesicæ, eiusque
actiones primò lædere? sic calculum renum, vitium esse renum; pus
in thorace collectum, esse vitium thoracis, in aliis verò partibus, ea-
rum partium, vt superius etiam demonstraui? Hæc licet ita se habeat,
probas tamen, numeri vitia non esse partium corporis vitia his ver

» bis. Tales enim qualitates omnes, quales sunt sanitas, & morbus, inseparabiles sunt: cuius probationis hanc puto esse vim. Hæc vitia, vel vitiosæ qualitates insunt puri, & calculo, non partibus corporis; non possunt igitur esse morbi, cum morbus, & sanitas inhæreant corpori humano, & a corpore humano separari non possint, hoc est alii subiecto, quàm corpori inhærere; respondeo, hos esse cauillos, & vitia numeri esse vitia, & qualitas corporis ipsius; nam calculus est uitium numeri, uel uesicæ, uel renum: pus uitium numeri thoracis: quare si calculus a uesica; pus a thorace separentur, morbi non sunt. Cum addis, morbos numeri non esse morbos, quia qualitates numerum non faciunt, portentosum est, & inauditum; demõstraui ego ex Simplicio lib. 1. cap. 6. qualitatem esse accidens late patens, quod diffunditur per omnia genera; vnde etiam demonstraui, quomodo uitia numeri sint malæ dispositiones, & qualitates, non quia qualitates numerum faciant, sed quia in numero etiam qualitates sint, & à numero oriantur; sed si demus etiam, qualitates numerũ facere, non ideo sequeretur, intemperiem omnem esse morbum numeri, sequeretur potius, morbos numeri esse morbos intemperiei.

A.

Sed stultus ego, qui in rebus monstruosis, & longe ab omni cogitatione dissitis, consecutiones negem, aut affirmem. Cum tibi nauseam

187.B mouere ais, quod postea scribo de crasso humore in pupilla coacto ex Galeno 1. De Loc. Aff. cap. 2. credo tibi potius altam uertiginem mouisse, ut, quid respondeas, nescias: quare iterum cum Galeno asseram, humorem illum esse morbum oculi, & eius lædere actiones, donec aliud a te audiero.

187.C Obiicis demum, te argumentum protulisse ad probandum, humores tumorũ non esse morbum, sed causam morbi, recitatum a me lib. 2. cap. 35. quod cum confutandum esset cap. 38. reieci illud ad morbos organicos; cum autem nullam eius mentionẽ factam inuenias inter morbos organicos, & præcipuè inter morbos magnitudinis, hoc sumis pro uictoriæ signo, & triumphas; at non diu triumphabis. Dico .n. sicuti prætermisi argumentum illud in morbis ex intemperie, tanquam nihil concludens aduersus me, cũ productũ fuisset ad demonstrandum, humores tumorũ non esse morbos, quos neq; ego assero morbos esse, ita etiam præterii in morbis magnitudinis, cũ & in illis asseram non humores, & substantiam morbum esse, sed excedẽtem magnitudinem, ut declaraui cap. 28. uitiosa uerò magnitudo, & uitiosa dimensio unum est, atq; idem. Quare licet argumẽtum verum sit, nihil tamen mihi repugnat, & ideo prætermisi.

Digres-

DIGRESSIO ADVERSVS DICTATA Medici Itali.

CVm explicatæ sint difficultates omnes a morbis ex intemperie cum substantię affluxu emergẽtes, antequam ad alias Defensiones transeam, apponam, quæ celebris medicus, de quo antea, dictauit contra duo decreta nostra: alterum, quo statuimus, intemperaturas cum affluxu substantiæ esse tumores præter naturam tantum: alterum, humores tumorum esse eorum causam materialem, non efficientem: sic itaque scribit.

Ardua, ac perdifficilis sanè quęstio exoritur circa intemperies cũ affluxu materiæ: atque hęc quidem non unica, sed, quod ad præsens attinet institutum, duplex: quarum prima est, utrum soli tumores pręter naturam hoc nomine sint donandi, ita quòd intemperies illæ, quę fouentur a præsentia materiæ, membri substantiam sine tumore irrigantis, ac madefacientis, ad nudas potius, ac simplices intemperies, quàm ad eas, quæ cum affluxu materiæ esse dicuntur, sint referendę: altera uerò non minus difficilis quæstio est circa materiam in tumoribus ipsis contentam: nunquid scilicet illa pars morbi essentialis, aut potius eiusdem causa continens sit dicenda. Cum uerò quæ a clarissimis uiris ad has dissoluendas quæstiones in medium allata fuere, mihi haud planè satisfaciant, ob id prius eorum sententiam aperiam, mox uerò & meam opinionem subiungam. Tenent igitur isti uiri doctissimi, solos præter naturam tumores eas constituere intemperies, quas cum affluxu materiæ uocat Galenus, hac tamen adhibita distinctione, quòd si in tantam attollantur magnitudinem, ac molem, ut ab ea proximè lædantur actiones, tumor ille non tantũ ad similares partes spectabit, ita ut intemperies cum affluxu materię sit dicendus, uerum etiam ad organicas pertinebit, eritq; morbus auctæ magnitudinis; si uerò ad eam non peruenerit molem, quę actiones lædat, intemperies tantum cum affluxu materiæ dicetur. Quòd si eadem hæc materia, non excitato tumore, ad partem aliquam similarem feratur, cuius substantiam irrigando madefaciat, ea quidem nõ erit intemperies cum affluxu materiæ dicenda, sed nuda potius intẽperatura, materia verò inbibita eius causa antecedens dicetur. Quã sententiam Galeni authoritate manifestissima in lib. De Diff. Morb.

confirmant, qui hæc omnia clarissimè asserit, & simul etiam loca, quibus videtur fluores illos, qui tumorem non excitant, inter intemperies cum affluxu materiæ connumerare, ita exponunt, vt ostendāt Galenum eiusmodi fluores causarum antecedentium loco habuisse potius, quàm partium essentialium eius intēperiei, quæ ab ipsis producitur. Quod verò ad aliam attinet quæstionem, respondent, in tumoribus præter naturam duo considerari, intemperiem scilicet ipsam, & subiectum eiusdem: subiectum verò duplex esse aiunt, quorum primum est, pars ipsa similaris in tumorem sublata, & materia ipsa in tumore contenta, quæ partis extensionem facit. Cum itaque in rebus compositis ex materia, & forma cōstantibus, tam naturalibus, quàm artificialibus, post earum generationem duæ necessariò cōcurrant causæ ad eas constituendas, materia scilicet, & forma, inquiunt ipsi, tumores ipsos ex duplici similiter parte constare, quæ ambæ essentiam ipsius constituunt, non secus atque essentiam domus conficiant tum lapides, ac ligna, tanquam partes materiales, tum figura illis superinducta, tanquam pars formalis; vnde aiunt, intemperiem extensam non tantum per partem similarem, verumetiam per materiā illam extendentem, & tumefacientem, quæ in parte ipsa præter naturam continetur, esse partem formalem, seu formam tumoris: ipsam verò materiam fluxam esse partem eius subiectiuam, seu causam materialem; quæ cum nulla efficiendi vi sit prædita, propterea quòd vi propria non mouetur ad efficiendum tumorem illum, non potest propriè causa continens appellari; quippe quæ si datur, inter efficientes, non autem inter materiales sit reponenda. Ego autem in vtraque quæstione breuiter sic sentio. Primum quidem, quod ad secūdam attinet quæstionem, dico, partem similarem, quæ tumore præter naturam afficitur, illam esse, quæ propriè dicatur intemperie affecta: & quòd mala qualitas a materia tumefaciente ad partem illam deriuata, & per ipsam extenta sit intemperies morbosa: & quòd materia tumorem efficiens, & qualitatibus præter naturam affecta, eiusdem tumoris sit causa, ab initio quidem efficiens, postea verò conseruans. Neque enim inconueniens arbitror etiam in rebus permanentibus, & totum suum esse simul habentibus, post earum generationem ab efficiente causa prouenientem, ad hoc vt diutius permaneant, ac longiore tempore perdurent, causa egere conseruante, qua sublata statim, aut paulò post res illas sponte sua perire sit necessarium; quæ causa, & si de genere efficientium sit, in rebus tamen fluentibus, & successiuam existentiam habentibus, formæ loco habetur, ita vt per illam

tan-

tanquam per formalem causam etiam a philosophis commodissime definiantur: quæ res si in rebus non permanentibus uera existit, nõ video cur etiam in permanentibus illis, quas modo dixi, eademmet de causa locum non sit habitura. Quæ si vera sunt, vt ego quidem arbitror, & a me latius in quæstione De Causa Continente est demõstratum, sequitur, vt ad secundam quæstionem dicere debeamus, materiam tumoris, qualitate præter naturam affectam, causam esse illius continentem, & conseruantem: quæ cum ad formalem sit redigenda, erit quidem meritò pars morbi essentialis, atque ipsa propemodum morbi essentia dicenda, sed non eo modo, quem prioris opinionis assertores inquiunt. Ex his iam facilè arbitror patere, quomodo prima proposita difficultas sit diluenda. Si enim materia in tumoribus contenta non suæ corpulentiæ, & molis ratione efficit, vt tumores illi sint morbi in intemperie, sed potius ob vitiosam illam, qua prædita est, qualitatem, ob quam, post primam morbi generationem, efficitur causa conseruans illius intemperiei, non video profectò, quomodo ob eandem rationem materia illa, quę absq; vllo tumore, substantiæ membrorum infarcta, & in eiusdem poros recepta, quatenus malam habet qualitatem, qua in membro illo morbosam intemperiem generet primum, mox vero & conseruet, non debeat morbos intemperierum cum affluxu materiæ constituere: si quidem sublatio illa partis in tumorem, quæ a corpulentia, & mole materiæ prouenit, accessorium quoddam, & penitus aduentitium est ipsi intemperiei, quatenus est morbus similarium partium; nec meæ huic opinioni Galeni locum arbitror repugnare, qui ex cap. 5. lib. De Diff. Morb. adducebatur. Neque enim aliud arbitror sibi eo loco voluisse Galenum, quàm ostendere, secundam morborum similarium differentiã esse omnibus notiorem, quàm primam, propter tumores ipsos præter naturam, qui cum ad secundam attineant differentiam, sintq; sensui euidentiores, quàm intemperies ad primam attinentes, hinc fit, vt dicat, illas quidem ab omnibus admitti medicis, has verò non omnibus æque patere. Hæc ille.

Ego verò paucis respondebo, cum iam omnia confutata sint; & prius ad secundum. Quando itaque asserit, tam fluorem materię, quæ tumorem non excitat, quàm quæ excitat, morbos ex intemperie cum affluxu constituere, nõn aduertit, se morborum horum naturam peruertere; cum enim materia tumorem non excitans possit ab intemperie, quam partibus similaribus inussit, seiungi, si seiungatur, intemperies illa non amplius erit cum affluxu, sed nuda, & sola. Quo

modo

modo igitur verum erit, quod afferit, huius materiæ intemperiem efficere, & conseruare partium intemperiem, & demum causam eius esse continentem? Nec tumor a materiæ corpulentia proueniens accessorium, & aduentitium est, sed symptoma pathognomonicum, necessariò consequens: a cuius intemperie partium intemperies propagata fouetur, & sortitur, vt intemperies cum affluxu substantiæ perpetuo sit, & uocetur, quod in fluore materiæ ante exploso non euenit, nec euenire potest. Responsio ad cap. 5. De Morb. Diff. nullius est momenti; nam Galenus tradit differentias morborum ex intemperie ab earum natura, atque essentia, non à facili, & difficili cognitione. Neque enim facilis, & difficilis cognitio constituit has intemperies, sed ipsa ab earum constitutione exoritur; vnde quę cum affluxu substantiæ prouenit, facilè cognoscitur, quia sub sensus cadit propter tumorem; nuda verò difficulter cognoscitur, cum sensibus ita apertè exposita non sit. Præterea si detur, intemperies istas a fluore non excitante tumorem, esse & ipsas intemperies cum substantiæ affluxu, non erunt notæ, vt illæ, quæ cum tumore sunt; quare non erit semper verum, intemperies cum affluxu nudis esse notiores. Sunt deinde alia argumenta pro hoc decreto, quæ non attingit: & illud in primis, quòd sicut in libr. De Diff. Morb. solos tumores intemperies cum affluxu substantiæ esse ait: ita in lib. De Cau. Morb. harum intemperierum causas explicans, tumorum solum causas explicat. Illud præterea afferebatur, quod necessariò demonstrat, Galenum in calce noni Methodi affirmare, se in 7. libro tradidisse curationem intemperiei nudę ventriculi: & tamen cap. 11. & 12. tradit curationem intemperaturarum, quas extrinsecus alit superuacuus humor: his declarans, hanc etiam nudam esse intemperiem, cum ab humore illo alente seiungi possit. Verum igitur est, intemperiem cum affluxu, nihil aliud esse, quàm tumorem; & hoc adeò verum est, vt Galenus interdum ita distinguat intemperies, quòd alia sit nuda & sola; alia cum tumore: quod fecit cap. 1. & 4. libri 4. Methodi. verba cap. primi adscribam. An non ita facienda diuisio est? Nempe ægre
„ sanabilium vlcerum alia propter vlceratæ carnis intemperiem; alia
„ ob effluentem humorem ita fieri; tum intemperiem rursum bifariā
„ diduci, cum aliàs in qualitate sola naturæ modum egressa subdita ca-
„ ro sit: aliàs etiam cum accessorio quodam tumore. En quàm apertè comprobetur illa intemperiei distinctio: & præterea quomodo humorum influxus, tumorem non excitans, ab intemperie secludatur. In altera difficultate, cum afferat materiam tumorum eorum primò

causam esse efficientem, postea verò conseruantem, & continentem, quæ cum ad causam formalem redigatur, erit pars tumoris essentialis, atque ipsa propemodum morbi essentia; conuellitur eius positio non solum ab argumentis nostris, sed aduersariorum etiam.
Argumenta aduersariorum reiiciunt hanc materiam esse causam formalem partem essentiæ, & propemodum essentiam morbi; sic enim aiunt, idem seipsum efficeret, & efficiens non differret ab effecto: & tandem ea omnia, quæ contra Fuchsium afferunt, asserentem, materiam illam, dum fluit, causam esse efficientem: cum fluxit, morbum. Argumenta nostra tollunt materiam istam esse causam efficientem, cum ex definitione causæ efficientis, & materialis, ex natura rei, & ex multis Galeni locis demonstrauerim, humores tumorum causam esse materialem, non efficientem, quæ frustra repetenda non sunt.

Inter huius viri dictata erat alia scriptorum meorum refutatio; quæ cum locum proprium, & opportunum non habeat in hoc tractatu, eam iam explicatis subiungam. Erat difficultas ardua orta ex cap. 6. libri De Caus. Morb. an detur morbi ex intemperie composita ex duobus contrariis, vno, & eodem tempore corpus humanum vexantibus, vt eo in loco videtur innuere Galenus; quam ego libro 2. cap. 17. & sex sequentibus ita, arbitror, discussi, vt nullum scrupulum in philosophia, in Galeno, & rei natura reliquerim. Itaque æquum fuerat doctissimum hunc virum aliter sentientem, & ea suos auditores docentem, quæ, vt mea fert opinio, Galeno, Aristoteli, & veritati repugnant, prius refutare decreta, & argumenta mea; quę tamen prætermisit, vno solo excepto, a quo fortasse pendere omnia, quæ scripsi, arbitratus est; totam eius seriem adscribam: deinde aduersas mihi, & Galeno sententias examinabo.

Circa morbos compositos ad calidam, & frigidam, atque ad humidam, & siccam intemperiem attinentes, quæritur, nunquid ex Galeni sententia duo hæc morborum genera sint admittenda: & quòd admitti non debeant, facilè probatur eo argumento, quòd Galenus diminutus esset, qui in lib. De Diff. Morb. dum omnes percurrit morbos ad intemperies, tam simplices, quàm compositas attinentes, de illis ne verbum quidem fecerit, cum tamen in eo loco ex professo omnes morborum species inquirat, idque adeo diligenter, vt non vereatur etiam earum sectarum, quas ipse non probat, morbos inuestigare. Ex altera parte eos esse admittendos ostendit Galeni authoritas, qui in 6. cap. lib. De Cau. Morb. duo hæc morborum genera ita clarè, ac manifestè introducit, vt planè cæcus videatur, qui ipsum aliter

ter

ter sensisse existimet. In hac difficili, atque ardua difficultate duas inuenio præclarissimorum hominum sententias, atque has quidem tota diametro pugnantes; si quidem existimant nonnulli huiusmodi morbos esse admittendos; quorum sententię cum communis philosophantium opinio refragetur, qui contraria in eodem subiecto haudquaquam consistere posse asserunt, ipsi vt suam tueantur sententiam, ostendunt quomodo id fieri posit, ut duo contraria in eodem subiecto posint consistere; quod an eis ex sententia successerit, aliorum esto iudicium, qui hoc placitum ad rationis examen redegerũt, & quantum veritatis in se contineret, exactissimè perpenderunt. Mihi verò in præsentia sufficiat illud dixisse, quòd etiam si demus, veram esse hanc eorum sententiam, nõ soluitur tamen difficultas, quã primo loco attulimus, & qua probabamus, Galenum in lib. De Diff. Morb. diminute, atque imperfecte eorum morborum numerum explicasse. Alii autem nostri seculi clarissimi medici Peripateticorum placitis penitus acquiescentes, qui nec realia, nec spiritalia contraria in eodem subiecto consistere posse arbitrantur, piaculum esse existimarunt, si Galenum tantum non modo medicum, uerum etiam philosophum id nõ animaduertisse dicamus; proinde toto cœlo eos aberrare existimant, qui compositos istos ex contrariis qualitatibus morbos introduxisse existimantur, recteque ipsum in lib. De Diff. Morb. de numero intemperierum statuisse existimantes omnes, quæ pro aduersa opinione Galeni authoritates uidebantur adduci posse, ita interpretari sunt conati, vt nunquam in eis asseruerit, in eodem præcisè subiecto duo reperiri contraria. Ego uerò in hac controuersia (ut quid sentio fatear ingenuè) arbitror, non multum ad præsens institutum facere, quid de contrariis in eodem, aut diuerso subiecto consistentibus sentiant philosophi. Nam, ut demus, ea nullatenus in eodem subiecto posse reperiri: id tamen non facit, quin medicus artifex sensatus, & omnes suas considerationes ad curationis metam dirigens, aliter, atque philosophi faciant, quæstiones aliquas determinet, nihil tamen a philosophorum placitis ea de causa dissentiens. Quamobrem cum sępenumero contingat, ut in eadem sensibili, ac minima parte simul percipiantur caliditas, & frigiditas, quemadmodum pluribus exemplis demonstrauit Galenus, hinc fit, ut tametsi ratio oppositum dictet, ipse tamen iudicium sensus sequutus, tã quam medicus asseret, duo in eodem subiecto contraria reperiri: & hoc ipsum in lib. De Caus. Morb. & in 3. De Simpl. Med. Facult. asseruisse existimo. Quod si uerum fuerit, illico se nobis offeret dissoluenda paulo

da paulo ante proposita difficultas, quomodo scilicet non sit reprehendendus Galenus, qui in lib. De Diff. Morb. hos morbos non inuexerit. Ego itaque huic difficultati hoc modo satisfaciendum puto, potuisse Galenum multis in locis asseuerare, duas contrarias intemperies actu in eadem sensibili minima corporis parte (quicquid de hoc ipsa ratio in oppositum dictauerit) reperiri, calidam nimirum, & frigidam, aut humidam, & siccam, nec tamen ob id cogetur, eas inter morbos intemperierum connumerare. Ad hoc enim, vt aliquid dici debeat morbus, requiritur, vt sit diathesis, atque adeò res permanēs, cuius partes omnes simul sint, adeò vt, sublata causa, possit subsistere, non autem quod sit pathos, & quòd suum esse dependeat tantum a causa, ita quòd illa sublata, affectus nullus omnino relinquatur. Addo insuper, quòd qualitas illa, quæ inter morbos connumerari debet, ad hoc vt sit morbus, non sufficit, vt corpori insit præter naturā, sed requiritur insuper, vt ab ipsa actiones proximè lædantur sensibiliter: non autem quòd hæc eadem qualitas corpori adueniens, & ipsum aliquandiu afficiens, vim habeat causæ salubris, quæ oppositam qualitatem morbosam possit demoliri. Quibus in hunc modum constitutis; respondeo, Galenum contrarias illas qualitates, quas in eodem corpore aliquando reperiri concedimus, idcirco inter morborum differentias non connumerasse, quoniam vel non sunt diatheses, sed solum pathemata, vt apparet quando alterum crus in calente, alterum verò in gelida aqua immergimus, aut cum aloem melli admistam gustamus: vel si sunt diatheses, vna tamen earum morbi rationem habebit, a qua proximè lædantur actiones, reliqua verò illi opposita, erit quidem associata intemperiei morbosę, sed non quæ lędat actiones; imò potius subeat rationem causæ salubris; quod epialæ febris exemplo manifestissimè potest declarari, in qua morbus est intemperies ipsa calida, ab accensa putredine proueniens, frigiditas verò illi associata non morbi habet rationem, sed causæ potius salubris, & quæ, si diu persistat, poterit calorem febrilem obtundere, non secus atque reliqua refrigerantia præsidia. Quòd si obiiciat aliquis, hanc ipsam frigiditatem cōcurrere ad morbosam intemperiem procreandam, vt pote, quæ actionem sensus tactus lædat, qui omnino molestiam percipit ex illa caloris, & frigoris inæqualitate, ego illi vice uersa illud obiiciam, quòd eademmet ratione reliqua præsidia dolorifica (quę innumerabilia planè existunt) non causæ salubres, sed morbi potius essent dicenda, ea ex parte, qua non sine dolore, & molestia morbos ipsos, & causas morbificas abigunt; quod quàm sit ab-

surdum, nemo est, qui non videat. Quę omnia ex ipso etiam Galeno in cap.8. libri De Inæquali Intemperie colligi apertissimè possunt. Ille hactenus.

Nos autem ad hæc breuiter respondemus; ac primum, cum suppo nat de philosophorum sententia duo contraria in eodem subiecto nullatenus reperiri posse: & statim asserat, medicum artificem sensatum statuere, idem subiectum duobus affici contrariis, non dissentien tem a placitis Philosophorum, non possum ego animo concipere, quomodo non dissentiat. Cum supponat deinde, Galenum libro De Cauſ.Morb.cap.6.& 3.De Simpl.Med. cap. 16. a sensibus persuasum, ratione reclamante, statuisse, duo in eodem subiecto contraria reperiri, hæc fortè nimis licenter de Galeno pronunciat. Potest ratio decipi: decipiuntur & sensus sæpe: debuit igitur, cum hæc de tanto viro pronunciaret, ostendere, sensus non falli, & rationem falli, aut aliquo alio modo hæc dissidia componere. Demonstraui ego has repugnantias a Galeno esse alienas; at ipse demonstrationibus neglectis, supponit, Galenum ita credidisse: & remouet ex omnibus argumentis meis id solum, quod contra Galenum tendit, si ita credidit, quod huiusmodi est. Si dantur morbi ex intemperie composita ex contrariis qualitatibus, veluti calida, & frigida, aut humida, & sicca; reprehendendus est Galenus, qui eas omisit; excusat itaque Galenũ duobus modis: altero, quòd istæ qualitates non sint dispositiones, sed passiones; veluti quando alterum crus in aqua calente, alterum in ge lida immergimus: tunc enim per vniuersum corpus vno, atq; eodem tempore permeat calor, & frigus: altero, quòd vna quidem ex his qua litatibus dispositio, & morbus sit: altera non: quæ licet morbosa sit, actiones tamen non lædat; imò verò causæ salubris rationem subeat; veluti in epialo, in quo caliditas a putredine humoris orta morbus est; frigiditas verò illi associata, non solum non est morbus, sed rationem causæ salubris subit: vnde si diu persisteret, posset calorem obtũ dere non secus, atque alia remedia refrigerantia. Quòd si quis obiiciat, hãc etiam frigiditatem morbum esse, quia molesta sit sensui perinde, ac caliditas; respondet, si hæc qualitas morbus dicenda est, quia pellendo calorem, dolorem afferat, reliqua etiam remedia dolorem afferentia non essent dicenda causæ salubres, sed morbi. His positis, facilè est videre, cur Galenus prætermiserit intemperiés istas ex con trariis compositas, quia aut neutra morbus est, aut altera duntaxat. Hæc quidem valde sunt ingeniosa, sed iudicio meo, nodos non soluunt; nam vt alia omittam, si verum est, in epialo pituitam vitreã non

putre-

putreſcentem,ſua frigiditate obtundere calorem a putreſcente oriẽtem,eiuſque eſſe remedium, nonne verum eſt, putreſcentem etiam ſuo calore obtundere frigiditatem non putreſcentis? Quare ſi frigida intemperies non eſt morbus, quia ſubit rationem cauſæ ſalubris in retundenda caliditate; neſcio,quomodo ex altera parte,calida intẽperies ſit morbus,cum pariter cauſæ ſalubris rationem ſubire poſſit. Verum ſi intemperies hę morbi non ſint, quia ſubeant rationem cauſæ ſalubris,nec febris conuulſioni ſuperueniens,eamq́ue depellens, vt author eſt Hippocrates, morbus erit. Præterea cur frigiditas in epialo morbus non eſt, ſi interdum magis uexat, & urget, quàm caliditas? & non rarò rigores pernicioſos inuehit? At demus frigiditatem in epialo morbum non eſſe:in hydrope anaſarca febricitante nõne ſunt intemperies frigida,& calida,& humida,& ſicca? dãtur igitur hæ coniugationes ex contrariis qualitatibus:quare nõ rectè eas prætermiſit Galenus. Præterea ſi verum eſſet,vt clariſſimus hic vir ſupponit,Galenum aſſerere in lib. De Cauſ. Morb. reperiri has duas qualitates contrarias in eodem ſubiecto,neceſſe eſſet, utramq; morbum eſſe,cum ibi de morborum cauſis ſcribat. Non laborabo ut oſtendam, quomodo hæc opinio perturbet omnium morborum ex intemperie diſciplinam;nam unuſquiſq;,cum intellexerit Galenum, ex ſeptem capitibus ante a me citatis id facilè deprehendet: quomodo item peruertat diſciplinam temperamentorum : reddatq; Galenum ualde ſibi repugnantem, qui primo De Temperam.cap.2. ex ſex coniugationibus quatuor qualitatum, eas non poſſe conſiſtere aſſeruit, quæ ex contrariis conſtant:ſi quidem concedit corpus eſſe calidum, & frigidum,humidum,& ſiccum.At, inquit,illę ſunt paſſiones: reſpõdeo,non paſſiones tantum,ſed diſpoſitiones etiam contrarias,idem corpus uexare,ut patet ex hydrope febricitante.Quare hęc difficultates non remouent. Sed finem his imponamus, ſi prius uirum hunc admoneamus;cum præclaro,atq, optimo ſit ingenio, ut id exerceat in eruẽda veritate, non in alliciendis auditoribus nouarum poſitionum lenociniis;& meminerit, ſe in eo eſſe gymnaſio, in quo Galeni diſciplina cœpit illuſtrari,& hucuſque illuſtrata fuit a uiris præclariſſimis,a quibus turpe erit illum degenerare. Sed ad Eraſtum redeo.

Defensio quinta De Epilepsia.

188.C SCribis deinde, me lib. 3. cap. 28. mouere Camarinam de epilepsia: quod unum in exordio tot tuorũ mendaciorum verum est. Nam proculdubio tota illa tua disputatio de epilepsia aduersus Galenum, est vasta, & cœnosa palus errorum fœtidissimorum: quibus non contentus, eam reples longè pluribus, & fætidioribus. In eo capite recenseo Fernelii, & Rondeletii argumenta, & tua nonnulla, quibus suadetur, epilepsiam non prouenire ab obstructione ventriculorum cerebri, conflata ex humoribus crassis, & lentis, vel pituitosis, vel melancolicis, vt Galenus censuit: sed potius a vellicatione, & mordicatione vaporum malignorum, & humorum tenuium, atque acrium. Omnibus his argumẽtis expositis cap. 29. aliquot ex illis refello. Primum erat huiusmodi: Si epilepsia fieret obstructis finibus cerebri, in apoplexiæ inuasione prius ingrueret epi-
189.B lepsia, & ei etiam recedenti succederet. Hoc ita refello. Si apoplexia repente irruit, repente fit etiam integra ventriculorum obstructio; quare non excitatur epilepsia: & cum subito etiam excernatur materia illa obstructionis, non restat imperfecta obstructio, quæ epilepsiam excitet. Hanc refutationem irrides homo ridicule, & ridicu-
189.B lè quæris: quomodo demonstrare possim, non oportere prius ex di-
C midio, quàm ex toto obstructionem fieri? Respondeo enim, quæ ad sensum apparent, & quæ ab aduersario etiam conceduntur, non indigere demonstratione. Conceditis omnes, apoplexiam fieri obstructis cerebri ventriculis: conceditis, eam subito ingruere; imò id supponitis in argumento; quòd si vos non concederetis, ex se apparens est, cum multos videamus loquentes, ambulantes, & negocia sua exequentes ea repente corripi. Si paulatim affectus hic inuaderet, & sensim replerentur ventriculi, fieri posset, vt quando semirepleti essent, excitaretur epilepsia; deinde succederet apoplexia: at cum ictu oculi ferè hoc eueniat, licet prius fiat semirepletio, quàm integra, tamen tam cito absoluitur, vt epilepsiæ symptomata non excitentur. Quare cum id appareat, demonstratione non eget; & tu verè ex illis es, qui habitu non scientiæ tantum, sed etiam peritiæ carent, cum demonstrationes quæras, ubi demonstratione non est opus. Vnde etiã patet, vestrum illud argumentum esse contra apparentia. Cum quæris rursus, vbi continebatur tanta humorum copia, quæ subito tã magnos sinus impleuerit, iterum declaras, te naturæ rerum, & modi

cam

eam inuestigandi imperitum esse. Præcipiunt Aristoteles,& Galenus,cum effectus aliquis apparet, eum esse concedendum: deinde eius causam inuestigandam;at tu contra inuestigas, quomodo effectum verum,& sensibus apparentem nugis,& figmentis deleas;si concedis apoplexiam fieri ex repletione ventriculorum cerebri, & repẽte inuadere,nonne ex se consequitur, ventriculos cerebri posse repẽte repleri? quid igitur rerum notarum comprobationem quæris? Nonne etiam notissimum est, ubi, & quomodo tanta excrementorũ crassorum copia colligatur? Scribit Galenus 9. De Vsu Partium cap.1. & 3.in cerebro gigni excrementa crassiora in ventriculis colligi,ac inde per vias notas ad palatum,& nares expurgari;scribit idẽ 3.De Sympt.Caus.cap.4.ex intemperie, & repletione cerebri interdum tantam copiam horum excrementorum gigni, vt eorum fluxio quædam interdum excitetur non absimilis alui fluori, vt apparet in distillatione,& grauedine.Frustra itaque,imperitè,atque ineptè præ 189.C cludis uias istis humoribus ad cerebri uentriculos: frustra tot obsta- D cula obiicis,ac si excrementa ista extrinsecus, & ab aere impluerent; at cur alia repagula solidiora illis non opposuisti,cranium, pericranium,cutim,capillos,galeros,& pileos? Nec minus imperitè appa- 190.A rentia oppugnas,cum quæris,quo natura deponat,& quomodo tantam excrementorum copiam: quis enim id non nouit, & quotidie obseruauit,apoplexiam excipi a paralysi alterius partis corporis? eò igitur depellitur hęc materia; quæ depositio cum subito fiat, non datur epilepsiæ locus. Reliquas reliquorum argumentorum Fernelii confutationes iurgiis, non rationibus lacessitas prætermittis, negans te aliorum esse patronum in iis, quæ ad te non per- 190.B tinent; qua in re tuo dees instituto, & tituli pollicitationi. Si enim uiuam, & accuratam Anatomen exerces librorum meorum, cur non & hic obseruas, quod per eam totam obseruasti? nam cum multa taxaueris,quæ ad te non pertinebant, cur non taxas & hic quæ taxanda tibi uidentur? certè si qua tibi data fuisset ansa, eam auidissime arripuisses. Ad primum deinde Rondeletii accedis a me cap.28.recitatum, & cap.30.refutatum; quod tuum esse at- 190.C firmas; in quo cum dixerim, te per multas ambages insistere, respondes, hoc esse falsum: quia licet longus sis,id facis,ut sententiam tuam clarissime declares,& occasiones contradicendi præcidas; & non ad- 191.A uertis infelix,tuam illam longitudinem, repetitionem eiusdem sententiæ,diuersarum,& alienarum sententiarum crebram interpositionem,obscuritatem parere; cõplexus sum ego uersibus triginta,quod

tu trecentis edidisti. Iudicent studiosi, utra magis perspicua sit, breuitas mea, an prolixitas illa tua fastidiosa; quòd uerò per ambages hoc argumentum colligas, apertum est; interseris hic distinctiones facultatum animæ; de eius immortalitate uerba facis: de infinito: de mundi æternitate: problemata, quæ in scholis a philosophis animasticis discuti solent, proponis, & dissoluis: quæ nihil ad medicum pertinent; & sine quibus argumenta tua facilius, & apertius concludere poteras. Cum igitur hęc nihil ad rem pertineant, & meram tantum ostentationem prę se ferant, nonne sunt ambages? at mirum non est, docendi modum ignorare eum, qui rerum docendarum cognitione careat. Sed uenio ad argumentum, cuius hæc erat summa. Si epilepsia proueniret ex obstructione iam sæpe dicta, spiritus non permearent ad partes cerebro subditas ad celebrandum motum corporis totius, ut penetrant; quod argumentum diluo per enstasim, & antiparastasim; concedens enim prius permeare spiritus ad partes subditas, dico, hunc transitum nō tollere obstructionem: nā si in apoplexia, in qua longè maior est obstructio, quàm in epilepsia, permeant spiritus ad celebrandam respirationem, mirum non est, si in epilepsia, in qua minor est obstructio, non ad thoracem solum, sed etiā ad uniuersum corpus spiritus transeant. Nego postea hunc trāsitum spirituum ad alias partes, quàm ad thoracem: negoque, motum illum, qui in epilepticis apparet, a spiritibus celebrari; Primam partem responsionis explico illis uerbis. Dico, licet transeat spiritus, „ non ideo esse arguēdum, quin facta sit obstructio ab humoribus cras- „ sis, nam integra non est, unde remanent partes peruiæ spiritibus; al- „ teram partem uerbis sequentibus; at præterquam, quòd hoc argumē- „ to nihil concludit, ualde etiam hallucinatur, cum putet, motum il- „ lum conuulsorium in epilepticis a spiritibus deferri, ac si motus esset naturalis, & uoluntarius. At tu negas in apoplexia fieri integram ventriculorum obstructionem: quare responsio mea ad argumentū nulla est; non contendam, an fieri possit integra hæc obstructio, & animal uiuat adhuc; sed id tantum accipiam, quod mihi concedis, in apoplexia fieri obstructionem, & quo maior est apoplexia, eo maiorem etiam esse obstructionem. Cum itaque responsionis meæ duæ sint partes, altera, in qua probo transitum spirituum in epilepsia stante obstructione; dico uerè probari transitum spirituum responsione mea: quid enim prohibet, quin in epilepsia sit quidem obstructio, sed longè minor, quàm in apoplexia, & ideò exitum patere spiritibus corporibus tenuissimis ad partes subditas? Quanquam autem

tran-

transitus spirituum non uetet, quin epilepsia ex obstructione proue-niat, nego tamen in secunda parte responsionis hunc transitum spirituum, vnde totum argumentum corruit. Cum verò in præsentia nihil de hoc scribas, sed postea, differamus & nos huius rei discussionē ad eum locum: quia tamen asseueras, in epilepsia non debilitari mo- 192.A
tum; imò verò augeri, hoc tantum dicam, non solum debilitari motum, sed penitus intercipi, vt paulo post demonstrabimus. Cum quædam annotassem de opinione tua, cur in epilepticis motus seruetur, & sensus aboleatur, & conclusissem, te plus nimio tibi placere in philosophicis causis explicandis, & contradictionem implicare, hæc 192.A
purgas antequam ad alia venias; In purganda ostentatione philoso- B.C
phica inducis illud Aristotelicum, Vbi philosophus gradum sistit, 192.B
ibi elegans medicus incipit; nec aduertis, id esse contra te; & præterea magnam tuam earum facultatum, vtrarunque imperitiam indicare; neque enim incipis, vbi desinit philosophus: non sumis tāquam nota, quę ab eo demonstrata sunt: limites transgrederis, genera permisces, & confundis sine ulla necessitate, ob solam venditationem, quod vitium tibi est familiarissimum. Cum duas autem tibi contradictionum implicationes obiiciam, ad priorem purgandam transis; & quamuis hæc dissertatio hoc loco non rectè tractetur, cum declarata nondum sint, quę ad eius discussionem pertinent, quia tamen ordinem tuum seruare decreui, ad eam deueniam: cum pręsertim declarauerim eo cap.30. motum epilepticorum prouenire a morbo, nō a facultate, quod plurimam lucem afferet huic controuersiæ. Cum 192.D
itaque neges in epilepticis esse sensum, deinde affirmes facultatem motum epilepticorum imperare, & imperare non posit, nisi rem noxiam cognoscat, nec cognoscere posit sine sensu, hinc euenit, quòd facultas sentiet, & non sentiet: hæc est contradictionis implicatio, quam explicas, asserens facultatem, licet sensu non percipiat noxā, imaginatione tamen percipere: & ita dictante imaginatione, motum imperare: deinde authoritate Aristotelis, Galeniq; rationibus, & exemplis demonstras, ab imaginatione frequentissime motus imperari, vnde etiam me increpas, quòd a sensu solo cognitionem hāc rei lædentis proficisci asseuerauerim; qua in re more tuo probasti, quod probatione non egebat: quamplurimos motus ab imaginatione proficisci; quis enim hoc negauerit? prætermisisti uerò quod demonstrandum erat, hoc est motus epilepticos ex imaginatione celebrari. Ego vt ne de re inutili contendam, & pressius agam, fateor ab imaginatione plerunque appetitus, & motiones exoriri; at nego mo

tum

tum in epilepticis a facultate animali, uel motrice prodire, quã imaginatio excitet : & illud addo amplius, si motus epilepticorum a facultate motrice iniungitur ad expellendam rem noxiam, ut scriptum reliquisti, a sensu eam excitari necessario : nam obiectum ledens, siue sit malignus uapor uellicans, siue humor obstruens, tactus obiectum est; necesse igitur est, ut tactus eam noxam percipiat, & facultatem excitet ad eam expellendam, nec imaginatio potest rẽ hãc noxiam percipere, nisi a sensu recipiat. Quare necesse est omnino, si facultas motrix excitatur, non ab alio, quàm a sensu tactus excitari; sensus itaque in epilepticis erit, & non erit. Omittam multa mendacia, quæ in illo tuo excursu effudisti, ut me tandem ab hac molestia liberem. Ac (ut semel os tibi occludam) scito, Galenum in lib. De Sympt. Diff. cap. 3. asserere, in epilepsia actiones rectricis partis cohiberi, quas paulo ante esse dixerat imaginatricem, ratiocinatricem, & recordatricem; si cohibetur itaque imaginatio, nec motum ad rem noxiam expellendam, nec alium quempiam imperare potest. An multis ambagibus te a secunda contradictione uindices, iudicent, qui possunt eam molestiam subire tot nugas legendi; contradictionem esse manifestam patet, quia motus epilepticos a faculta
167.A te animali imperari dixisti, quod & hic repetis: unde & eos motus etiam uoluntarios uocas: asseruisti tamen esse conuulsorios, cũ ita scripsisti: at in epilepticis conuulsionibus motus membrorum non tantum non deperiit, uerum etiam auctior factus uidetur. Cum itaq; asseras, motus eos esse uoluntarios, & conuulsorios: conuulsorii autem inuoluntarii sint, ad quam dialecticam confugies, in qua tantos fecisti progressus, quę a contradictione te explicet? uerum quia nun quam tibi deerunt insulsæ tergiuersationes, nectis hic syllogismum,
197.B C quo probas, motus epilepticos esse uoluntarios. Sed cum Spudastes
198.B iniiciat quosdam scrupulos de uoluntarii significatu, omisso syllogis
C.D mo eo, multos colligis motus, qui nobis insclentibus, & nolentibus etiam fiunt, & tamen uoluntarii sunt, quoniam a facultate, & instrumentis facultati seruientibus administrantur; ac tandem (ut te a cõtradictione uindices) niteris probare, motus conuulsorios epilepti-
199.C corum non fieri a morbo sine facultatis operą. Ac (ut id commo-
199.C dius probes) suppositis quibusdam, alium longissimum more tuo,
D & ualde perplexum syllogismum erigis, ut, hoc longo, & confuso nu-
200A garum ambitu fucum facias lectori, & aliquid probasse uidearis, cum
B tamen nihil, quod ad rem faciat, probes; quod unicuique patebit cõ clusionem solam syllogismi illius consideranti; reliqua enim non per

pendam,

pendam, ne molestiam, quam ea legendo percipio, lectoribus communicem; tota atque integra syllogismi illius conclusio hæc est.
Ergo nulla musculorum cõtractio, qua, citra vllius rei extraneæ opẽ, 100.C
ad sua capita coguntur: ac membra, in quæ inserti sunt, mouent: ab »
vlla corporis affectione, nihil ad hoc anima conferente, produci po- »
test. Licet hęc conclusio vera sit, nihil tamen ad motus conuulsorios pertinet; nam eos a morbo fieri, nec tu negas: sed addis facultatem etiam concurrere; at cum in hac conclusione musculi ad sua capita retrahantur citra vllius rei extraneæ opem, morbus ab hac actione excluditur; quare nihil aliud intelligere potes, quàm naturalem retractionem; at hæc fit non solum facultate concurrente, sed ab ipsa facultate sola. Quare frustra hactenus laborasti, & frustra oculorum exẽ 200.C
plo ad eam conclusionem confirmandam vsus es. Quoniam verò, etsi ob insignem imperitiam non expresseris, in animo tamen habuisti eo syllogismo probare, motus conuulsorios epilepticorum a morbo fieri non sine facultatis animalis concursu, & hoc exemplo conclusionem hanc, animo conceptam, sed non expressam confirmare niteris, nego, eam hoc exemplo confirmari; nam proculdubio visio, & reliquæ omnes actiones sensuum, siue validę, siue imbecillæ, siue laudabiles, siue deprauatæ, a facultate proueniunt, & celebrantur sẽper. In motibus etiam ipsis deprauatis (vt laudabiles prætermittam) quidam a sola facultate, sed irritata prodeunt, vt tussis; quidam a facultate, & morbo simul, vt tremor. At conuulsio, & palpitatio a solo
fiunt morbo, vt tu etiam fateberis inferius. Quare cum motus con- 204.B
uulsorii valde distent non solum ab actionibus sensuum, sed ab aliis etiam motibus deprauatis, frustra hic, vt alibi sæpe, ab exemplis argumentaris, quæ nullam habent probandi vim. Hæc demonstrant conclusionem tuam tam expressam, quàm animo conceptam vanam
esse. Nam quæ obiicit Spudastes friuola sunt, nec minus friuola, quæ 200 D
illi respondes. Citas tamen quendam Galeni locum ex primo de
Mot. Musc. cap. 8. satis opportunum: & quanquam eo loco vtaris ad 201. A
diluendam illam obiectionem, quòd musculi contrahantur ex se, sine facultate animali, etiam in cadauere, nam si transuersim reseces musculum, vtrinque breuior fiet, quod indicat eum fuisse contractũ: ad quod respondes, nunquam retractionem illam in cadauere fieri vsque ad vltimum terminum: a facultate verò vsque ad vltimum terminum fieri: videris tamen & inde rationem colligere voluisse astruentem, ad motus epilepticos facultatem animalem concurrere; quæ hoc syllogismo complecti potest. Contractio musculorum, quæ

sit ad vltimum suum terminum, a facultate prodit: contractio epileptica fit vsq; ad vltimū terminū: ergo a facultate prodit; sed maior negāda est; nā licet Galenus asserat, facultatem contrahere musculum vsque ad extremum, hoc asserit ad differētiam naturalis musculi propensionis, quæ vim non habet eum contrahendi ad extremum, vt facultas habet: non inde tamen tollit, quin ea extrema contractio fieri possit etiam a morbis, cum in magnis conuulsionibus vltra etiam

201.C terminum facultatis contrahantur musculi, adeo ut membra ipsa in-

D terdum distorqueantur. Quæris deinde ἀκρίβεια illa tua subtilissima, & accuratissima, discrimina alia inter contractionem factam a morbo, & a facultate: quod indicat magnum te esse anatomes magistrum; necesse enim est, si unquam percepisti, quę scribis, te non solū exquisite, sed curiosè etiam, & ambitiosè dissecuisse multa membra uiuorum contracta tum a morbo, tum a facultate sola; sed dubito hæc esse mera somnia, & figmenta, cum ea etiam imaginationi subii-

201.A cias sic scribens; & hoc concesso, tamen imaginabile non esset, &c.

Galenus interim tua hæc discrimina contractionum fictitia, somnia, „ & deliramenta 6. Aph. Comment. 39. sic dissipat. Conuulsio (ut ipsum indicat nomen) conuulsis fit ad propria capita musculis (ut au„tem clarius dicam) reuulsis: qualis ipsis etiam est motus secundum „ naturam; verum hic quidem non fit sine animalis appetitu: conuul„ sio autem passio est inuoluntaria, ad similem venientibus neruosis „ partibus dispositionem, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumebant. Hic habes, in conuulsionibus retrahi musculos ad sua capita, & in eandem deuenire dispositionem, in quam deueniunt, dum ex arbitrio mouentur: & in alio non differre a motu sanorum, quàm quod ille non fit absque animali appetitu: conuulsio verò inuoluntaria est, quò fit omnino, eam non celebrari a facultate, sed a morbo; verum fateris & ipse imprudenter, te hactenus somnia

202.B produxisse, cum ita concludas. Idem hoc etiam probatur ratione, indicans, te hactenus ratione non pugnasse. Sed transeamus ad rationes istas, ab egregia tua philosophia petitas. Proponis argumentum, quo vsus es in omnibus partibus Anatomes, cui id fundamentum subiicis, quòd per habitus, & dispositiones corpus nō mouetur,

202 C sed quiescit; quæ fatuitas sæpe antea reiecta est, & demonstratum, licet habitibus præsentibus cesset motus, habitus tamen illos agere, & mouere; cessant quidem motus præcedentes habitum, & dispositionum generationem, sed vbi geniti sunt, suam uim agendi habent; fal

202 D sò itaque concludis. Iam constat, morbum esse corporis nostri di-

spositi-

ſpoſitionem vitioſam. Quare non poteſt ipſa motum vllum edere, „
quem anima inſtrumento muſculorum, quos informat, efficit. Nam „
diſpoſitiones uim agendi habent; in motu verò conuulſorio morbus non edit motum, quem anima muſculis efficit, ſed motum ei ſimilē, vt ait Galenus loco ante citato, & ſæpe alibi; nam ſi in chordis inſtrumentorum muſicorum a nimia repletione fit hęc contractio, a plenitudine facilius in partibus uiuentibus fieri poteſt. Quare licet actiones omnes ferè, & motus a facultate animali prodeuntes, ſiue male, ſiue bene, celebrentur a facultate: ſunt tamen quidam motus, qui a morbo ſolo prodeunt: inter quos eſt vera conuulſio; quod tu 204.B
etiam concedis, vt procedente ſermone videbimus: quanquam negas, motus epilepticos eſſe ueram conuulſionem: quare tota uis argumentorum eò conferenda eſt, & demonſtrandum, conuulſiones epilepticas ueras eſſe conuulſiones, ne fruſtra tempus conteramus; & ideo cum ſequens argumentum ſit eiuſdem generis, eaſdem ruinas habet. Cum enim negas, uitioſum motum a morbo fieri poſſe, 203 A
quin motus etiam abſolutè fiat: & cum motus abſolutè a facultate proueniat, ideò non poſſe motum uitioſum a morbo effici, quin facultas etiam concurrat: hoc negandum eſt, cum appareat, conuulſionem fieri a morbo ſolo; nunquam enim motus ille emanauit a facultate, licet ſimilis ſit motui ab ea prodeunti, ut ante uidimus. At in- 203.B
ſtas, ſi morbus uitioſum motum ciere poſſet ſine animæ miniſterio, 209.B
poſſet etiam ſanitas actiones probas edere, anima non concurrente; reſpondeo, per legem oppoſitorum contrarium potius eſſe ſtatuendum: ſi a morbo prodeunt actiones ſine facultate, ergo a ſanitate prodeunt cum facultate. Vrges iterum, ſi anima nihil agente membra 203.B
uitioſè moueri poſſunt, idem in cadaueribus etiam euenire poterit: nam palpitatio, quæ ſine facultate in uiuis excitatur, in cadaueribus etiam euenit; reſpondeo breuiter cum Galeno, in chordis muſicorū inſtrumentorum id ſæpe euenire, quare fruſtra garris. Triumphas demum, & uictoriam celebras ſic inſultans. Summa eſt, quòd fieri uirtu- 203 C
te naturali nulla poteſt, ut a morbo producatur actio animalis, uel „
bona, uel mala, quicquid tandem fingat, & comminiſcatur Mōtanus. „
Sed heus tu? dormis, an uigilas? quid mihi nocet tua hæc ſumma? ubi unquam aſſerui ego, a morbo produci actionem animalem bonam, uel malam? aſſerui ſemper motus conuulſorios epilepticos a morbo tantum prouenire cum Galeno: at nunquam dixi, motus illos eſſe animales: nam licet (authore eodem Galeno) animalibus ſimiles ſint, animales tamen non ſunt: nunquam bonos eſſe dixi, nun-

quam id aliqua uirtute naturali fieri posse asserui; imò uerò quan-
cunque virtutem a motibus illis exclusi. Altera pars epilogi tui
falsissima est,quòd probaueris, musculorum contractionem epilepti
cam sine facultatis auxilio non fieri; nam etiamsi id probare tibi per
suadeas, probationes tamen tuas reieci omnes. Tertia pars non
minus falsa est,quòd contractio epileptica animalis,& voluntaria sit;
voluntarium autem motum cum Galeno semper intelligo, qui à fa-
cultate animali prodit: inuoluntarium,qui a morbo. Quare falsum
est etiam,quòd vnquam affirmauerim, te aut dixisse, aut putauisse
203 D motus epilepticos volentibus ægris fieri; & ideo cum hæc mihi obii-
ciebas,aut delirabas,aut te delirare fingebas. Retinui ego semper si
gnificationem motus voluntarii, & inuoluntarii, a Galeno millies
vsurpatam,quem si negligis, quid ad me? Dixi,te implicasse contra
dictionem, cum asseruisti contractionem epilepticam prodire a fa-
cultate;nam cum omnibus notum sit, eam esse inuoluntariam, cum
a morbo prodeat,sequetur etiam esse uoluntariam, si a facultate pro
deat; erit igitur inuoluntaria,& uoluntaria: a qua implicatione non-
dum te explicasti,nec explicabis vnquam. Ostendis demum me per
peram, & negligenter te inuoluisse in ea contradictione: nam sic
205 A etiam dicere liceret,inuitam vrinæ emissionem, tremorem, torpo-
rem esse motus uoluntarios,& inuoluntarios; uoluntarios,quia pro-
deunt a facultate; inuoluntarios,quia sunt motus læsi, & nobis no-
lentibus fiunt; quòd si negem id uerum esse, cogar asserere, omnes
motus,qui a facultate animali fiunt, ab eadem non fieri, si nolenti-
bus,& nescientibus nobis fiant; respondeo,inuitam vrinæ emissionē
esse symptoma facultatis animalis abolitæ,& ideò inuoluntariam es-
se tantum: cæteros motus deprauatos a te commemoratos,esse qui-
dem facultatis animalis symptomata,non motuum uoluntariorum,
vt tu ineptè, atque inscitè scribis: & appellari posse uoluntarios, ac
inuoluntarios: quia(ut latè demonstrat Galenus in 2.de Symp.Cau.)
motus illi sunt opera morbi,& facultatis coeuntium. Quare quate-
nus a morbo celebrantur, inuoluntarii dici possent: quatènus a fa-
cultate, uoluntarii; at hoc nihil ad rem, cum sermo noster sit de con
uulsionibus epilepticis,quæ a solo morbo fiunt, & ita sunt inuolun-
tariæ,vt uoluntariæ esse non possint. Quare cum uoluntarias facis,
nonne contradictionem incurris? & propterea,si te ab araneis meis
exoluere cupis,demonstrandum est ualidius,quàm hactenus feceris,
contractionem epilepticam prodire a morbo, & facultate simul, ut
204.B prodeunt motus nunc allati; nam cum uidearis admittere hoc in lo-
co,

co,conuulſionem ueram a ſolo morbo prouenire, hoc reiicit omnia tua ſuperiora argumenta, vt in eorum confutatione demonſtrauimus; ſed vt loci illius vim fugias, ais nihil eum pertinere ad conuulſiones epilepticas,cum illæ ueræ non ſint conuulſiones; qua de re cũ paulo poſt verba facturus ſis,locum eum expectemus,licet id hic opportunius diſcuſſum fuiſſet; poteras te uindicare ab hac contradictione, ſi dixiſſes, quantum ad te pertinet, nullam hic eſſe contradictionem,cum contra Galenum ſentias,& pro certo habeas,conuulſionẽ epilepticam a morbo,& facultate ſimul prodire: quare apud te uoluntaria,& inuoluntaria eſt; at ego ſiue tibiipſi contradicas,ſiue non,parui facio; id ſolum contendo, te veritati repugnare; nam vere epileptica conuulſio a ſolo morbo efficitur; unde quicunque aſſerit, conuulſionem illam a facultate animali,& a morbo prodire,aſſerit, eam eſſe voluntariam,& inuoluntariam,vti eſt tremor, quod falſiſſimum eſt: & cum tu in hoc mendacio ſtabiliendo tantopere labores, indicas, inde pendere tuam a contradictione explicationem. Ad ea, quæ ſcripſi de reſpiratione ſeruata in epilepticis,& apoplecticis, ex qua colligebatur, non impediri tranſitum ſpiritibus,etiamſi ab humoribus craſſis uentriculi cerebri ſint obſeſſi,reſpondes,non 204 C
ideo ſequi, quin uia ſpiritibus pro obſtructionis proportione inter- „
cludatur. At hoc ego etiam concedo; nam ubi maior obſtructio, ibi proculdubio maior interclуſio: ubi minor, minor: unde in uehementiſſima apoplexia,in qua integra eſt obſtructio,nullus tranat ſpiritus; qua de cauſa (ut ipſe etiam teſtaris) æger extemplo moritur. Verum hæc non infirmant argumenta noſtra, imò uerò ualde confirmant; nam ſi in apoplexia, in qua maior eſt obſtructio, ſpiritus permeant,ergo & in epilepſia,in qua minor. Atqui abſolutè negas, 204.
in epilepſia eſſe obſtructionem quampiam,cum ſpiritus non paucio C. D
res, imò uerò plures influant, quàm antea, quod motus ualidiores, quàm antea indicant: quis enim in epilepticis aliquibus muſculos „
thoracis maiori uiolentia moueri,& conuelli non uidit? Hic ſanè „
tot ſunt errores,quot ſententiæ,& plures. Taceo præcipuum errorem,in epilepſia nullam eſſe obſtructionem, nam de hoc eſt contentio noſtra; falſum eſt, ſpiritus non pauciores ad partes ſubditas influere;quia cum præter reſpirationem nullus motus a facultate animali celebretur,partes illæ non indigent ſpiritibus. Quare aut exiguus,aut nullus eſt influxus;& indicium ex mótibus ualidioribus vanum eſt; nam ſi de motibus aliis,quàm de reſpiratione intelligas, nõ ſolum validiores non ſunt; imò nulli ſunt motus a facultate prodeuntes;

tes;

tes; hi enim soli indicarent magnum spirituum influxum, si validè ce lebrarentur; motus verò, qui adsunt, validi non sunt, si cognoscimus qui nam sint validi motus ex libro De Tuen. San. imò verò imbecil-
" li, sed hoc ante demonstratum est. Hæc de motibus totius. At maiori violentia musculi thoracis in quibusdam mouentur, & conuelluntur. Si de motibus conuulsiuis loquaris, nihil ad rem, nam a morbo proueniunt, non a facultate; si de motibus a facultate prodeuntibus, nego eos esse validiores; imò verò longè imbecilliores; at violenter mouentur; respondeo, quò violentius mouentur, eo imbecilliorē esse facultatem: & certè hoc indicat, te paucos vidisse ægros, & parum esse exercitatum in affectibus dignoscendis. Quare si tibi subiiceretur æger aliquis in respiratione omnes simul mouens musculos, vt pectus vna cum scapulis manifesto subleuetur, vt subiiciebat Galenus 4. De Loc. Aff. cap. 7. crederes, eos motus esse validos, & fieri ob transitum multorum spirituum, cum tamen motus illi uiolenti plerunque summam facultatis imbecillitatem declarent. Instat hic uir doctissimus, si musculi thoracis conuelluntur, sic enim dictat ratio, cum hæc sit uniuersalis conuulsio, & ad ipsos tranat facultas, quomodo negare poteris, motum illum deprauatum prodire a morbo, & facultate; & esse uoluntarium simul, & inuoluntarium, vt Erastus asserit? Respondeo, hic duos esse motus diuersos, conuulsiuum, qui a morbo solo trahit originem, & motum uere animalem, qui re-
204 D spirationem celebrat; sed ad te redeo. Inducis hic, quæ scripsi con
205 A tra Gabucinium, qui putauit, Galenum sibi repugnare, quòd alibi dicat in epilepsia esse difficilem respirationem: alibi propriam eam esse dicat apoplexiæ: & eius difficultatis affers explicationem, in qua enitet præclara tua rerum, ac verborum cognitio, atque obseruantia; ais igitur. Difficultas respirationis est aut diminuta, ut in apople
" xia; aut læsa, ut in epilepsia; cum Galenus itaque negat, in epilepsia
" esse difficultatem respirandi, de diminuta intelligit: cum esse affir-
" mat, de uiolenta, & deprauata. Solent distinctiones rebus obscuris lucem afferre: at hæc tua, ut aliæ, perspicuis tenebras offundit. Innuis difficultatem respirandi esse diminutam, aut læsam; at Galenus in primis uerbis libri primi De Diff. Resp. scribit, difficultatem respirationis esse læsionem quandam eius facultatis: quare respiratio diminuta, læsa est respiratio, quod consentit cum Galeni disciplina tradita libro De Diff. Sympt. cap. 3. cum læsam actionem dicit esse, aut ablatam, aut perperam celebratam: perperam autem celebrari duobus modis, altero languidè, & diminutè: altero cum errore. Ex his liquet, dimi-

diminutam actionem esse speciem læsæ actionis: quare suo generi nō contradistinguitur; aduerte an & hic contradictionem implices; nā in apoplexia per te est respiratio læsa, & non est respiratio læsa; sed hæc transeant. Cum asseris, in apoplexia respirationem esse diminutam; in epilepsia non item; quæro, an hæc sit differentia quædam separata ab aliis traditis a Galeno in primo De Diff. Resp. veluti sunt magna, & parua: velox, & tarda: frequens, & rara: rhythmum seruans, aut corrumpens: æqualis, aut inæqualis: ordinata, aut inordinata; & sit ne vna ex his, an plures, an omnes; quòd si diminuta datur, dabitur & aucta: quæ nam igitur erit diminuta, & aucta respiratio? apud te fortasse parua, tarda, & rara erunt diminutæ: magna, velox, & frequens auctæ; præcidendum igitur erat, quid per diminutam intelligeres. Ad hæc, cum in epilepsia violentam esse scribis respirationem, indicas in apoplexia violentam esse non posse: & præterea uiolentam diminutam esse non posse: at vtrunque falsum est, cum Galenus 2. Aph. 42. Comment. in maximis apoplexiis uiolentam respirationem esse dicat. & 5. De Loc. Aff. cap. 1. tam in epilepsia, quàm in apoplexia ei locum assignat. Falsum igitur & secundum; nam si respiratio apoplectica est violenta, diminuta etiam est; quod aliunde etiam constat; cum Galenus in lib. De Cauf. Resp. omnem respirationem præternaturalem violentam esse affirmet. Quare diminuta quoque, cum pręternaturalis sit, uiolenta est. Cum itaque componis repugnantiam in Galeno, tua illa compositio locum habere non potest; cum tuæ illę distinctiones, & differentiæ respirationum non intelligantur, nec apud Galenum extent. Attende iterum, dum niteris te a repugnantiis exoluere, an in multis aliis te inuoluas. Cum demonstrassem, conuulsionem epilepticam non fieri a facultate animali, & spiritibus; sed a concussione cerebri, atque id te inficiari uidissem, coactus sum rationem tuam reiicere. Cum itaque Furnius assereret, motus illos cerebri concussionem consequi, & asseuerares tu, non ob concussionem fieri, sed a spiritibus facilè permeantibus, cū nulla adsit obstructio, id comprobasti ex apoplexia, & paralysi, in quibus motus illi non apparent, quia spiritus non transeunt, & hæc addidisti; quomodocunque cerebrum cogites concuti. Ego vim, & momenta rationum in te magis considerans, quàm uerba sæpe temere, & ineptè prolata, iudicaui, te putare in paralysi, & apoplexia etiā cerebrum concuti; nam sic ratio tua erat validior in hunc modum progrediens. Vis uidere in epilepsia motum illum fieri non ob concussionem, sed ob spirituum transitum: in apoplexia, & paralysi licet

adsit

adsit illa concussio, nullus tamen fit motus, quia spiritus non tran-
seunt; non ergo a concussione oritur, sed a spirituum transitu. Quòd
205 A si neges, vt nunc negas, in paralysi, & apoplexia cerebrum concuti: ar
B gumentum tuum omni vi spoliatur; nam Furnius persistet in suo pro
posito, & dicet, motus ille in epilepsia fit ob cerebri concussionem,
non ob transitum spirituum: in paralysi verò, & apoplexia non fit,
quia in illis non adest illa concussio. Quare reiiceret argumentum
tuum, & non diceret; non possum reluctari amplius, & quæ sequun-
tur; præterea putas tu, concussionem cerebri Erasti apoplexia labo-
rantis, sola cogitatione Furnii depictam, habere vim aliquam in ce-
rebro Erasti? sumus ne hic in rebus imaginariis, in rebus abstractis
a sorde materiæ, quibus adeo es intentus, vt sensibus te abdices? an in
rebus vere subsistentibus? si vera esset hęc concussio in apoplecticis,
cur concusso cerebro, non concuterentur & orta a cerebro? in utrã-
uis partem te vertas, turpissime erras. Sed cur ex tacitis coniecturis
ostendo, te uoluisse asserere, in paralysi, & apoplexia cerebrum con-
» cuti, cum eodem in loco, quo id negas, sic scribas? si per cerebri con-
» cussionem (sic enim legendum puto) intelligit motum, quem uirtus
» expultrix uehementius incitata efficit, non refragor, me de paralysi,
» & apoplexia aliqua dixisse; uide quàm apertè concedas hanc con-
cussionem, & statim eandem impudenter neges? sed cætera prose-
205.C quamur. Subdis, si concedatur hæc concussio cerebri, nihil me lu
D crifacere, sed potius in contradictionem manifestam incidere: cum
enim ante asseruerim, conuulsionem epilepticam a solo morbo pro
uenire, & non a facultate, hic confitear a facultate expultrice proue-
nire: quare cum ea de Galeni sententia dicam, traho Galenum etiã
in contradictionem. Antequam obiectionem diluo, animaduer-
te, etiam si ego in hanc contradictionem incurram, nihil hęc uale-
re ad confirmandam positionem tuam. Propositum tibi est, de-
monstrare contra Galenum, epilepsiam non prouenire ex obstructio
ne uentriculorum cerebri, eo argumento, quòd spiritus transeant ad
partes subditas, ad celebrandum motus epilepticos, quod ego confu
taui, negans motus epilepticos a spiritibus, & a facultate animali pro
uenire, a concussione uerò cerebri prouenire asserens; satis itaque
mihi sit, ex concussione hac somnia tua dissipari, & Galeni decreta
confirmari, etiamsi in aliquo errore deprehendar; sed errorem etiã
arcebo; nec me defendam, quòd cum negaui, motus illos a facultate
prouenire, de animali intellexerim, non de naturali, qualis est expul-
trix, quia non tantum negaui a facultate animali prouenire, sed a

solo

solo morbo prouenire asserui,& si non asserui,nunc assero. Si a solo itaque morbo proueniunt, a facultate prouenire non possunt, quæcunque ea fit. Est alia ratio facilis,& aperta uindicandi me,& Galenum a repugnantia,quam tu etiam ex libris meis,

Si mens non leua fuisset,

colligere potuisses. Cum demonstrauerim motus epilepticos duabus de causis excitari; altera est concussio cerebri, altera est obstructio ipsa, in qua principium spinalis medullæ repletur, & ex consequenti origo neruorum ab ea prodeuntium: replentur etiam origines neruorum a cerebro prodeuntium, vnde fit vniuersalis conuulsio totius corporis; quod cum ibi demonstratũ fuerit,pluribus non prosequar; confirmabo tantum ex 3. De Loc. Aff.cap.6.Asserit ibi Galenus, si totum corpus infra caput conuellatur,initium spinalis medullę laborare; si verò facies etiam vnà cum reliquo corpore conuellatur,non solum exortum spinalis medullæ, sed cerebrum esse affectum; inde possumus colligere, quid in epilepsia eueniat.His constitutis dico, vbi replentur neruorum origines, inde veram exoriri conuulsionem: quæ est tensio musculorum,& retractio ad suum principium: quæ ubi facta est, æger potius immobilis redditur: non enim cum retracti sunt, & tensi nerui,& musculi,se se extendunt in conuulsionibus, vt apparet in emprosthotono, opisthotono,& tetano; vnde epileptici interdum immobiles apparent, & membra adeò tensa,& rigida habent, vt ne per uim quidem possis ea extendere. Hæc est vera conuulsio uniuersalis, & a solo morbo proueniens. Est & alia agitatio in epilepticis, siue motum conuulsiuum,siue conuulsionem non veram eam appelles,orta a concussione cerebri, in qua cum cerebrum modo se contrahat, modo se dilatet, inde oritur motus totius; in quo crebro, & inordinate membra contrahuntur,& extenduntur; hæc non est vera conuulsio: cum vera conuulsio, extensionem non habeat, sed contractionem tantum: & est hic motus potius quassatio, & rigor quidam, quàm conuulsio. Dico igitur, & ueram conuulsionem, & non veram in epilepticis apparere; veram a solo morbo prouenire: non veram a facultate expultrice excitari; neutrum tamen ex his a facultate animali,& spiritibus celebrari; hoc pacto corrunt tuæ repugnantiæ, quas non introduxisses, si rectè, quę scripsi, considerasses, cum reieci Gabucinium,negantem in epilepsia, veram esse conuulsionem: cum ipse non intelligeret,alios esse motus in epilepsia, quàm qui ex cerebri concussione proficiscuntur.Vana igitur sunt omnia, quę obiicis;

in explicatione verò spuriæ conuulsionis, comparo cerebrum cordi,
206 D & neruos arteriis; volens sub oculos subiicere, quomodo motus epi
207 A lepticï concussionem cerebri consequantur; nam sicuti ad dilatationem cordis, arteriæ dilatantur: ad contractionem, contrahuntur: ita ad contractionem cerebri, nerui, & musculi contrahuntur: ad dilatationem extenduntur. Neque ego hic vires considero, sed id tantùm, quòd, sicut moto corde, mouentur arteriæ: ita concusso cerebro, cõcutiuntur nerui; scio arterias facultatem dilatationis, & summissionis sumere a corde: sed si cor ipsum non moueretur, nec ipsæ mouerentur; quare in hac tantummodo motuum consecutione comparationem feci. Cum ab obstructione excitari conuulsionem in epilepsia scribo, obiicis, me fateri, facultatem etiam concurrere; sed & tu
207 B etiam semper id es professus. Respondeo, te affirmare, facultatem animalem cum morbo conuulsionis authorem esse: at id nego, & naturalem animali contradistinctam affirmo, motus conuulsiuos, seu potius concussionem parere. Negas præterea, obstructionem vim mouendi habere; & ideo absurdè a me pronunciatum id fuisse: qua in re, sicut in aliis, rabiosa illa tua vindictæ libido te videre non sinit, quæ præ oculis habes; cum enim dixi, conuulsionem epilepticam ab obstructione oriri, addidi, eo, quo diximus, modo: modus autẽ erat, quòd cerebrum se circa materiam illam obstruentem contrahat: non mouetur itaque obstructio, sed cerebrum; sed hoc pacto obstructio est causa conuulsionis spuriæ: veræ enim alio modo, hoc est replendo neruorum origines. Cito Thadæum tanquam virum grauissi-
206 C mum, & dilucidissimum, vt plures habeam testes, & quia video eum difficillimas, & grauissimas quæstiones longè subtilius agitasse, & planius, quàm limatos hos recentiores, & vnguentis delibutos. Ne-
207 B gas, nescio quo ore, te dixisse, in paralysi, & apoplexia spiritum non
» distribui, cùm sic scripseris. In apoplexia, & paralysi, in quibus spiri-
» tui accessus ad membra præclusus est. Tua igitur est hæc opinio, quanquam absurdissima sit; sed ego nihil absurdum a te alienum puto.

Quòd Gabucinius putauerit nullum esse alium motum in epilepsia,
207 D quàm contractionem cerebri a natura factam, vt rem noxiam expel-
» lat, ut illi impono, patet ex eius verbis. Ea, est, inquit, differentia comi
» tialem inter casum, ueramq; conuulsionem, quòd hic cum conuulsio
» ne, nempè motu conuulsorio a natura: vera autem conuulsio præter
» naturam fieri solet. Est itaque prima differentia, quòd casus comitialis fit cum motu conuulsorio a natura: vera conuulsio verò præter
» naturam. Deinde quomodo vterque fiat explicat. Si quidem in uera

con-

conuulſione muſculorum ligamenta; neruiq́; violenter, neque pro „
voluntatis imperio: cerebri verò ſinus a natura retrahũtur, vt,quod „
noxium in ipſis continetur,excernatur. En quomodo per conuulſio-
nem epilepticam nihil aliud afferat, quàm ventriculorum retractio-
nem,vt ego illi impono; hinc fit,vt iure eum ſic reprehendam; at cõ-
uulſio non eſt motus hic,id eſt, conuulſio epileptica non eſt retractio —
ipſa ventriculorum; imò verò ab hoc motu naſcitur;nam reuera con
uulſio epileptica,ſi de ſpuria loquaris, eſt motus deprauatus neruo-
rum,& muſculorum,oriens ab illa ventriculorum retractione, ſiue a
concusſione cerebri, vt clarius loquar: quod & tu ipſe fateris, cum
ſic me irridens, & taxans ſcribis. Nec Gabucinius puto,nec Eraſtus „
ſomniarunt aliquando, motum partium vitioſum eundem eſſe cum „
cerebri motu. Quid tu ſomniaueris ibi non quæro, ſed quid Gabuci-
nius ſcripſerit,& quid ſcripſerit, rectè expoſui. Cum verò addo, Aut
a repletione ſpinalis medullæ, intelligendum eſt de vera conuulſio-
ne,vt antea explicaui. At tu cum nec Gabucinium, nec me intellexe-
ris,temerè,& inſcitè ſententiam meam deluſiſti. Inſcitè etiam quæ- 208 A
ris,an initium ſpinę contrahatur,& diſtendatur ad exturbandum ea, „
quæ negocium ei faceſſunt.Nam vnico verbo demonſtraui,quomo-
do conuulſionem,& veram quidem pariat, cum dixi, ab eius reple-
tione conuulſionem fieri,quod quomodo ſit intelligendum, iam ex-
poſitum eſt.

Noua Argumenta Eraſti probantia,conuulſionem epilepticam proue-nire a morbo,& facultate animali,eorumq́; confutatio.

CVM hæc aduerſus me vomuiſſes, & animaduertiſ- 208 A
ſes, te non plene contra Galenum in 4. Antipara-
cel. probauiſſe, motus epilepticorum a morbo, &
facultate animali ſimul prouenire, ad id proban- —
dum noua affers argumenta; traditis prius diſtin-
ctionibus quibuſdam inutilibus: quibus prætermiſ-
ſis, ne cogar unumquodque uerbum tuum exami-
nare,& reprehendere, ad argumenta ueniam. Quæris primum, 208 C
in quo genere actionum collocem conuulſionem epilepticam. Re- ——
ſpondeo diſtinctius,& uerius,quàm tu, conuulſionem, a concusſione
cerebri exorientem, a facultate expultrice prodire. Hæc autem facul
tas naturalis eſt,ab animali diſtincta; quare perperam hic confundis 208.B

naturalem cum animali, ut lectorem decipias. Est igitur facultas hæc
108 D naturalis, non animalis; quare perperam asseris, me, Thadæum, & Galenum tecum sentire, cum tu id facultati animali ascribas: exorientem verò a repletione principii neruorum, quæ vera est conuulsio, a morbo prodire. Vt verò demonstres, hunc motum cieri a facultate animali, sic argumentaris. Hic prauus musculorum motus, aut est contrarius eorundem motui, cum sanitate fruuntur, aut non; & probas, ab eadem vtrunque cieri facultate, si contrarii sint. Si verò respondebo, non esse contrarium, nihil ad hoc dicis; satis enim est tibi, cum duo aduersantia proposueris, alterum tantum discutere: vt idem in omnibus appareas elegantissimus, ac subtilissimus, non medicus solum, sed philosophus, & dialecticus. At alterum etiam membrum aduersum in tuam sententiam trahere debebas, si propositum assequi cupiebas. Ego (vt summatim agam, & parcam labori tot tua tam valida argumenta confutandi) amplexabor partem eam, quam tacitam præteriisti; & dicam, motum hunc prauum musculorũ non esse contrarium motui sanitatis; & mihi Galenum astipulantem habebo, cum retractionem musculorum ad principia in conuulsione similem esse dicat retractioni, quæ in sanitate fit, vt ante ex 39. Comment. 6. Aphorismorum, & aliis locis demonstraui: si qua autem est diuersitas, ea est in causis efficientibus, cum retractio illa in sanitate emanet a facultate, retractio verò conuulsiua a morbo; sine vllo itaque labore, & sine ictu alicuius teli, victoria sum positus. Quòd a causis contrariis idem, aut similis effectus producatur, docet Galenus 2. De Sympt. Cau. cap. 5. cum rigorem a calore, & frigore duabus causis contrariis, concitari dicat: quod author etiam tuus familiarissimus De Opt. Sec. cap. 23. affirmat. Cum itaq; iudicasti, membrum illud me esse admissurum, perperam iudicasti. Sed (vt de hoc etiã aliquid dicam) peruersè etiam iudicas, retractionem conuulsiuam, & sanorum, quatenus retractiones sunt, esse contrarias; nam retractio retractioni contraria non est, sed extensioni. Dices, alter motus est bonus, & naturalis: aliter est malus, & præter naturam, ergo contrarii. Respondeo, contrarietatem non esse in motibus, cum iidem sint, sed in causis motuum; vnde cum deducis bona actio, & mala quælibet ab eadem parte, & eadem facultate producuntur, ualde impingis; nam licet bona uisio, & mala ab eodem oculo procedant, bonitas tamen uisionis a facultate oritur: malitia uerò a morbo. Sed in his potest esse aliquid difficultatis, cum ad celebrandam malam uisionem facultas omnino concurrat: at in conuulsione nullus est scrupulus, cum

ad

ad celebrandam veram conuulsionem, te etiam attestante, nullo modo concurrat animalis facultas. Quare tuis istis argumentis frustra laboras, & tibi id tantum demonstrandum esset, conuulsionem epilepticam non esse veram conuulsionem. Nescio verò qua prudentia ea protuleris; Contrariæ actiones a contrariis pronascuntur: cum conclusionem tuam destruant. Cum enim statuas, retractionem conuulsoriam, & sanam, esse actiones contrarias: per te sequetur, eas a causis prouenire contrariis: at propositum tibi erat demonstrare, eas ab vna, & eadem prouenire, id est a facultate. Nec minus deliria tua euanida reddit, quod subdis. At contrariæ causę circa idem subiectū volutantur. Hæc autem sunt sanitas, & morbus; nam una, atque eadē est retractio, quæ a sanitate fit, & a morbo; illa bona, quia a facultate: hæc mala, quia a morbo; at parum confisus nouo hoc argumento, ad vetera deuolueris, negans a sanitate, & morbo produci actiones, cū dispositiones sint, quæ quietis causa sunt; quę cum ad satietatem, & fastidium confutata sint, nunc a te id tantum quæro, cur passim admittas morbi definitionem, cùm in ea dicatur, morbum actiones primò lædere? Præterea quæro, an modificatio sit actio: si sit, ergo dispositiones agunt; si non sit, quid ergo est? Cæterum primo membro argumenti tui insolubiliter, vt soles, demonstrato, altero in obliuionem tradito, noua affers argumenta; supponis autem prius, distortiones musculorum esse morbi alicuius symptomata. Deinde sic vrges. Si morbus potest instrumentum, cuius est dispositio, peruersè mouere, non coagente anima: poterit etiam sanitas idem rectè mouere, absque animæ auxilio. Cum argumentum hoc nouum non sit, sed ante etiam intentatum, & a me refutatum, nunc id tantum addam, te paulo ante confessum esse, veram conuulsionem, & palpitationem a solo morbo celebrari: quod falsum esset, si morbus agere non posset sine animæ actione. Ridiculum quidem est hoc argumentum, verum quod sequitur non minus ridiculum; in quo pro absurdo habes, partes corporis constituere morborum instrumenta; quid enim absurdi in se continet, membra, sicuti laudabilium actionum instrumenta sunt, ita etiam prauarum instrumenta esse, si instrumentum id uocas, quo actio celebratur? Nihil igitur repugnat, si musculi retractionis ad principium suum probæ, & naturalis instrumenta sunt, eiusdem etiam distortæ, & deprauatæ instrumenta esse; at illius causa erat sanitas, huius morbus; igitur & sanitatis, & morbi instrumenta sunt.

Sequitur non minus elegans argumentum illud; Si læsarum motionū illarum causa esset morbus, quæro, ubi nam morbus ille consistat,

in musculis ne, an in cerebro? Præter alia uitia huius argumenti a me nunc prætereunda, adest illud, quòd duo proponis, & vnum tantum exequeris, vt antea quoq; fecisti; imò verò nec illud plenè absoluis; quæris, an morbus sit in musculis, an in cerebro; nec explicas quid eueniat, si sit, aut non sit in cerebro. De musculis verò id tantum explicas, quid eueniat, si morbus in illis non sit: non autem quid eueniat, si sit. Ego (vt superius) partem a te minus exagitatam amplectar: & dicam, morbum esse in ventriculis cerebri: & esse eorum obstructionem, excitatam ab humoribus crassis, qui replentes neruorũ initia, in causa sunt, quamobrem tendantur, & secum musculos tendant, qui sic tensi membra tendunt, & distorquent; en, quàm facilè appareat, quomodo musculi membra distorqueãt, etiamsi in ipsis morbus non sit: nec seipsos moueant, cum a repleto principio tendãtur, & retrahantur: nec absurdum sit, morbum efficaciter mouere vbi nõ est, cum ita esse appareat, & causa etiam in promptu sit; atq; hæc quãtum ad veram conuulsionem: ad quam facultas nulla concurrit; nam

2 ic. A de spuria, & cerebri concussionem consequente, satis ante disputatũ est. Excipiuntur hæc argumenta a summa, reliquis tuis summis cõsimili; cum enim earum officium sit, vt summatim colligant, quę latius explicata fuerant: tuæ summę noui semper aliquid afferunt, pręter res explicatas; sed & ipsa vanissima est, vt reliqua. Licet.n. morbi actiones non efficiant, sed quæ sunt, deprauent, ueluti hyposphagma, quod uisionem, quæ adest, deprauat, cum tunc rubra omnia appareant: obstructio tamen epileptica motum non deprauat aliquem, cum motus omnis sit interceptus: sed motum quendam efficit deprauatum. Quare non dicitur motum deprauare, sed motum edere deprauatum; vnde sophismata tua concidunt omnia; nam conuulsio a solo morbo producitur in musculis motu suo naturali priuatis. Quare obstructio epileptica duo genera symptomatum in motu inuehit; nã & motus omnes animales consuetos intercipit, & deprauatum quendam motum parit, qui conuulsio est. Summa sit; si numerum errorum, quos in nouis argumentis tuis commisisti, subducere velis, non poteris, etiamsi peritissimus Arithmeticus sis. Nec aduertis, si vim haberent hæc argumenta, quantum tibi repugnent, qui ante veram cõuulsionem, & palpitationem etiam a solo morbo, sine facultatis concursu celebrari asseruisti; sed hoc ante etiam annotaui.

Re-

Reditus ad argumenta Rondeletij.

DE secundo Rondeletii argumento, negas te loqui velle duas ob causas: altera, quòd eo non sis vsus: altera, quòd eius vim ignores; at vsus, & tanquam valido vsus es, cum sic scripsisti. Rectius multo Rondeletius „ hinc effici putat, obstructionem nullam adesse. Gale- „ nus, inquit, in libro De Vsu Part. scribit, nos sæpe fuis- „ se per epilepsiam corripiendos, si per peluim, siue choannam pituita „ expurgari non potuisset: & quæ sequuntur. Quid igitur non negabis, si res tam euidentes, & tuas negas? Locus autem, quem citat Rondeletius, quia ipse deprauatus est, est 8. De Vsu. Part. cap. 6. nec Galenus dicit, nos fuisse epilepsiis corripiendos, sed apoplexiis. Quod rursus affers, ventriculos cerebri non posse repente obstrui ob magnitudinem suam: & quid inde inferendum sit; confutatum iam est abundè, cum scripserim ex Galeno 4. De Loc. Aff. cap. 2. in apoplexia non ventriculos tantum cerebri, sed eius etiam corpus vexari. At hoc nihil esse, ais, quod apertè demonstrat sectio. Sanè puto, te ita esse diligentem in vera corporum anatome, vt in librorum meorum Anatome fuisti: quare non magis tibi credam, quàm tu Galeno credas.

210.A

210.B

210.C

Vellicas, quòd cap. 31. dixerim cum Galeno, epilepsiam, & apoplexiam differre, quòd in illa minor, in hac maior sit obstructio: asserēs magis, & minus non variare species. Respondeo magis, & minus quidem non uariare species, sed rem quanque, naturam suam in certo quodam statu, & gradu collocatam obtinere. Vnde obstructio certis quibusdam terminis epilepsia est: certis aliis apoplexia: quare licet differant secundum magis, & minus, attamen magis, & minus species illas non constituunt; sed certus quidam status, & dispositio utriusq;: quod apertissimo exemplo declaratur. In articulorum morbis sunt, ἐκπτώματα, στρέμματα, διαστρέμματα, διαστήματα, quę omnia sunt euersiones articulorum secundum magis, & minus differentes: diuersæ tamen species morborum sunt, non id a magis, & minus sortitæ, sed a certo modo, & mensura euersionis. Quid? si magnam partem gurgulionis amputes, nonne erit morbus magnitudinis? si totum, numeri? sanè si paucas quasdam regulas uniuersales, quas didicisti, in particularibus quandoque exercuisses, tot nugas non effudisses. Cum fateris, plures obstrui uentriculos in apoplexia, quàm in epilepsia: & negas id soluere argumentum tuum, plurimum falleris; nam licet ab eadem causa proueniant, modus tamen, & mensura causæ eas distinguit.

guit. A cap.30.in quo diluo argumenta Rondeletii, magna cum ordinis perturbatione ad 31.vbi tua refuto,transgressus, nūc eadem confusione a 31.ad 30.transgrederis, vbi ad argumentum Rondeletii,quod tamen ab Auerroe sumpsit, respondeo,cum ex subita inuasione,& discusʃione epilepsiæ, eam ab humoribus tenuibus prouenire ait; primum enim scribo, Galenum hoc eodem argumento probasse,epilepsiam a repletione, non ab inanitione prouenire. Taxas
110D igitur,& hoc nihil ais ad rhombum esse. Respondeo,me tunc nihil aliud mihi proposuisse,quàm demonstrare eodem medio varias conclusiones colligere Galenum,& Rondeletium, seu Auerroim, cum ille a subita inuasione, & discusʃione arguat epilepsiam a repletione fieri: hic a tenuibus humoribus; quàm apte,& ad locum illum appositè id fecerim,potest vnusquisque,qui leget iudicium ferre. Nō fuit illa quidem refutatio argumenti, sed pręparatio ad refutandum, vt locus indicat; nec Hippocratem authorem facio,quòd couuulsio epileptica proueniat ab inanitione,vt somnias; cum sic scribam; Galenus cum videret,epilepsiam esse vniuersalem conuulsionem, sciret- „ que ex Hippocrate conuulsionem prouenire ex repletione, aut ina- „ nitione: declaraturus,epilepsiam non ex inanitione,sed ex repletione fieri,&c.His verbis innuo,Galenum,cum sciret,de sententia Hippocratis,conuulsionem ex repletione, & inanitione fieri: & statueret epilepsiam conuulsionem esse,ne quispiam crederet, eam ab vtraque causa oriri posse,id dubium sustulisse,& asseruisse, epilepsiam a repletione tantum exoriri.Si ego tua non intelligo, excusandus sū, cum tam confusè,& obscurè scribas;at quis te excuset,cum tam facilè,tam planè a me scripta non intelligas? aut verius non intelligere fingas? Cum scribam,in discusʃione eiusdem argumenti Rondeletii,in epilepsia materiam obstruentem cerebri ventriculos spiriti-
111.B bus traiectum ad membra intercipere,sic infers.Sequitur hinc tantū de eorum virtute decedere,quantum sunt impediti;quam illationem si admisero,quid positioni tuæ conferat, aut meæ noceat,non video; nisi inferre uelis,hanc interceptionem esse fàlsam,cum membra moueantur,& uehementius,quàm in sanitate; at hoc est,de quo contendimus,multifariam iam reiectum. Repugnantia, quam ibidem notas in euacuatione humorum crassorum in accesʃione epileptica,& nulla est, & declarat, te malitiosè mecum agere, ut sæpe soles; non enim sententiam meam in responsione ad secundum argumentum Rondeletii integram citas; nam si integram citasses, omnis repugnātia sublata fuisset;iis enim, quæ citas, hæc adiungo. Quòd si etiam

con-

concesseris,excrementa illa extrudi a cerebri uentriculis,nihil decre „
tum Galeni damni faciet; vbi igitur est repugnantia? Quæris, „
quando materia illa non extruditur per nares,& palatum, quò eam
deponat natura: & ais,in hac quæstione, me magis pisce esse mutũ;
At si nondum respondi,cur me carpis,quomodo enim respondeam, 211.C
antequam interroges? Sed cum Spudastes sic respondeat,Imò dicit „
tenues humores sæpe difficilius vacuari crassis, cum se in ipsas p[ar]- „
tes penitius insinuent,altiusque penetrẽt, tu ita subdis.Quid hoc ad „
rem præsentem attinet? Indicans, verba illa quæsitum illud non spe-
ctare,sed argumentum potius Rondeletii;adeò perplexè, & incon-
dite loqueris,vt sæpè diuinare oporteat,quid velis. Quidquid sit, ad
quæstionem tuam, quam nunc audio, nunc respondebo, id euenire
in leuibus epilepsiis,& per consensum infestantibus; quòd si in graui
bus etiam id euenire contendas: respondebo,si non euidenter extru
datur illa materia,occultè tamen dissolui,& dissipari,per palatum in
ventriculum deponi,& in asperam etiam arteriam,vt indicat stertor
qui in ipsis quandoque exauditur; sed cum responsionem illam meã 211.D
ad argumentum Rondeletii non pertinere dicas,quia non quæritur,
quis humor facilius in profundum subeat, sed qui facilius expella-
tur a patentibus cauitatibus; respondeo, hoc vel maximè pertinere
ad id argumentum; nam si humor tenuis redundet in ventriculis ce-
rebri,in eius contractionibus difficilius euacuabitur, quàm crassus,
quia facilius subibit substantiam cerebri. Mirarer, nisi te nossem,
cur euacuationem humorum,qui a tusse expectorantur, derideas,cũ
tam egregius sis philosophus,vt scias leuia facilè ascendere; grauia 211.D
facilè descendere; sed cum ex thorace difficulter extrudantur tenuia, 212.A
& leuia, licet ascendant, quanto difficilius a ventriculis cerebri ex-
turbabuntur, cum descendendum sit? In fine capitis 30. confuta-
ueram argumentum Rondeletii,quo probat,omnem epilepsiam fie-
ri ab acri materia sine obstructione: tu antequam confutationem il-
lam reiicias,alio modo nectis argumentum,sic scribens. Symptoma- 212.B
ta,quibus neruorum genus ex interuallo quatitur,omnia eueniũt ob „
aliquam rem mordacem,dum eam conatur excutere; at omnis epile „
psia tales habet conuulsiones, omnis igitur epilepsia ab acri aliqua „
materia,aut similiter vexante oritur. Maiorem ex Galeno probas, „
ex 3.De Loc.Aff.cap.7.vbi asserit;epilepsiam per consensum fieri,vt
singultus: ita enim neruorum principium concutitur, quo expellat
quod ad ipsum a parte primò affecta affertur,vt concutitur ventricu-
lus in singultu; & hæc subdit; ad hunc modum reliqua quoq; sympto

 mata

„ mata omnia, quibus neruosum genus concutitur, fieri putauerim.
Respondeo,non rectè stabilitam fuisse maiorem; nam falsum est omnia symptomata, quibus nerui concutiuntur, prouenire ob aliquam rem mordacem: quoniam aliter ex Galeni loco,cui inniteris,colligitur.Cum enim hæc symptomata singultui compareт,audi,quæ de singultu differit.
„ Existimaui similem aliquem cerebro motum euenire,
„ qualis stomacho interdum a re quapiam molestante accidere solet,
„ quippe qui cum a ciborum mole grauatur; aut vbi,corruptis cibis,
„ mordicus infestatur,tum singultu affici conspicitur. Ex his patet, non mordicantia tantùm,sed etiam aggrauantia mole sua singultũ, & neruorum quassationem proritare. Falsa igitur est maior; nec minor sana est, quia non omnis epilepsia tales habet conuulsiones, sed alias etiam, & grauiores, vt ex eodem Galeni loco facilè colligitur
„ sic scribentis.Quum cecidissent, qui non ex propria cerebri affectio
„ ne,sed per consensum comitiali morbo laborabant, eos citra perpe-
„ tuam conuulsionem,veluti palpitando, per interualla concuti videbam. His verbis indicat, in vera epilepsia esse veram, & perpetuam conuulsionem,non solum palpitationem,& quassationem per interualla. Quid verò inter conuulsionem,quæ σπασμὸς dicitur,& quassationem, quæ κλονὸς,discriminis sit, declarat Galenus 2. De Sympt. Cau.& libro De Tremore,Rigore,&c.& breuius primo De Diff.Pul. cap.27.Cum falsæ sint pręmissæ,falsa est & conclusio, quæ & Galenũ sibiipsi repugnantem facit: qui alibi passim, & præsertim in principio eius capitis,epilepsiam ab humoribus crassis cerebrum obstruentibus,& principium neruorum replentibus prouenire affirmat; quanquam Galenum sibi repugnantem facere mihi soli vitio des: tibi verò laudi ascribas. Proposito hoc argumento,statim suscipis patrocinium argumenti Rondeletii,quod cum sic necteretur, Epilepsiæ per consensum a materia tenui, acri, & flatuosa sine obstructione fiunt: ergo omnis epilepsia fit eodem modo; hanc conclusionem falsam esse dixi;nam si ita liceret argumentari, liceret etiam sic; suffusio per consensum a ventriculo oritur a vaporibus fumosis; ergo omnis suf-
212.C fusio a vaporibus fumosis oritur.Hanc meam responsionem nũc reii-
D cis.Quæ vim haberet,inquis,si non vna, atq; eadem omnium epile-
„ psiarum esset species. Verùm cum specie non differant,sed quibusdã
„ tantum accidentibus, nullam habet vim: quia cum omnium epile-
„ psiarum vnam esse oporteat causam proximam: & constet,vaporem
„ acrem, vel uenenatam auram symptomata epileptica inuehere: de
„ crasso uero humore dubium sit, cur non admittimus potius causam

cer-

certam, quàm incertam, & argumentis non solubilibus subiectam? Et quia adducebam discrimina inter has epilepsias, quæ ante quoq; in confutatione minoris propositionis adscripsi, instas, illa esse discri mina maioris, & minoris. Deinde similitudinem cum suffusione pro cedere negas; nam in suffusione tam per consensum, quàm ex proprio oculorum affectu eadem est causa, quæ opacitate sua symptomata illa in oculis creat; at causa epilepsiæ aliter se habet; non enim vna ratione, sed diuersis epilepsiam inducunt, alia obstruendo, alia mordẽdo, aut vellicando, aut quocunq; modo exagitando. Hęc est summa, & vis responsionum tuarum, hoc est sylua ingens errorum: quæ nunc detruncanda est. Cum itaq; asseris, epilepsias non differre specie, apertissimè falleris, cum vna ex his ab obstructione proueniat, quæ morbus est cerebri instrumentarius: reliquæ ab intemperie potius membrorũ inferiorum. Quòd si adsit differentia maioris etiã, & minoris, illa est ĩ symptomatibus: grauiora.n. in ea, quæ ex obstructione, q̃ in ea, quę ex cõsensu; quãquã hęc symptomata etiã specie differãt: in alia.n. est cõuulsio: in alia quassatio, & veluti palpitatio. Sed & id falsissimum, oportere vnam esse causam tãtum; imò verò etiam si specie non differrent, a diuersis tamen causis oriri possent, cum antea demonstratum sit, vnius atq; eiusdem effectus interdum contrarias esse causas. Cum uerò iudicas certiorem esse causam uapores, & auras, quàm obstructionem, ostendis solitam iudicii tui peruersitatem, in deteriorem partem in rebus dubiis semper inclinantis; nam si qua fides Galeno habenda est, quam tu certam causam constituis, ipse dubiam, & incertam esse putat: cùm sic loco a te sæpe citato, & nunquàm percepto scribat. Superest, ut causam inuestigemus, quamobrem in huiusmodi per consensum affectionibus epilepticæ fiant » conuulsiones; nam ne Pelops quidem ullam ad hanc rem attulit pro » babilem persuasionem: neq; etiam alius quisquam, cum quo aliqua » nobis fuerit consuetudo. Proponit deinde ipse causam probabilem, » non certam, & ab essentia rei petitam. De obstructione uero ab humoribus crassis nunquam dubitat; & cum hanc oppugnari posse dicas argumentis insolubilibus, ego sæpè iam demonstraui, quàm facilè dissoluantur. Negas præterea similitudinem cum symptomatis suffusionum per consensum a uentriculo procedere. At scito eam esse Galeni: qui 3. De Loc. Aff. cap. 7. Omnibus, inquit, commune est, » quòd cerebrum afficitur, uel consistente in ipso affectu, id quod plu- » ribus epilepticis accidit: aut a uentriculi ore ad cerebrum per con- » sensum ascendente; atq; hoc genus proportione respondet acciden »

213.B
213.B
C

 tibus,

„ tibus, quæ oculis a ſtomacho adueniunt, veluti in ſuffuſionibus. Nec
obſtat, quod obiicis; nam ſi eadem ratio eſt in ſuffuſione per conſen-
ſum, & primaria viſum oblædendi, eadem etiam eſt in epilepſiis, cum
in vtraque occludantur cerebri uentriculi; neque enim concideret
æger, ſenſu, motu, memoria, & ratione priuaretur, niſi id eueniret.
Præterea nonne illud argumentandi genus Rondeletii ex ſe vitio-
ſum apparet? Nam per argumentum illud ſequitur, nullum eſſe di-
ſcrimen inter epilepſiam per conſenſum, & primariam; quòd ſi nul-
lum ſit diſcrimen, internoſci non poterunt. Quare fruſtra laboraret
Galenus in libris De Loc. Aff. in inueſtigandis his diſcriminibus.
Hæc erant illa tua, quę momentum habent, quæ præterire nolui. An
verò ridenda ſint, ipſe videris; ego quidem non ſolum non rideo;
imò temporum noſtrorum calamitatem deploro, quibus ars noſtra,
tam vtilis, tam humano generi neceſſaria, tam infames profeſſores
ſortita eſt.

De Cap. 31.

QVAEDAM tua argumenta verè ridicula aduerſus Ga-
leni dogmata curſim cap. 31. refutaui, ne multis le-
ctorem morarer in tam friuolis, & puerilibus nugis:
ita tamen refutaui, vt potueris quid verum ſit diſpi-
cere. Reniteris tamen adhuc; & quantum ad argumē-
tum ſumptum a ſternutamento, ſatis habes in verbis
meis annotare contradictionem; ad rem verò nihil reſpondes; ſed
quando ita vis, cum in hoc argumento unum tantum errorem notaſ
ſem, alios nunc patefaciamus. Ex ſimilitudine ſternutamenti cū
„ epilepſia hæc contra Galenum collegiſti. Cæterum in ſternutatione
„ obſtructio nulla eſt: ergo nec in epilepſia obturatio tanta commini-
„ ſcenda eſt; neque opus eſt, vt in epilepa putemus, membra ſpiritu
„ animali magis priuari, quàm in ſternutatione ſpoliari contingit. Si
hæc diſſona, & abſurda collegiſti ex iis, quæ ſenſum latent, cur non
collegiſti etiam hanc ſimilitudinem ex iis, quæ ſenſui patent? In ſter-
nutatione homo ſtat, ſedet, ambulat, & omnes motus, quos antea, li-
bere exercet, ergo & in epilepſia; in ſternuitione homo videt, audit,
odoratur, guſtatum, & tactum integrum habet, ergo & in epilepſia;
in ſternuitione homo ratione non priuatur; ergo nec in epilepſia; in
ſternuitione non oblæditur memoria, ergo nec in epilepſia; ſter-

nuta-

sternutamentum a somno,& singultu liberat, ergo & epilepsia; cur hæc non ita deduxisti? sanè quia iudicasti mendacia esse, quæ vel a mulieribus deprehendi valeant: obstructione verò,& spirituum trásitu sperasti posse multis imponere, cum nec spectentur, nec palpentur; hæc tunc prætermisi,& satis habui dicere sternutamentum,& epilepsiam toto genere differre, cum illud fiat a facultate irritata, hæc a morbo. Nunc contra hoc instas asseuerans, epilepsiam non solum a morbo, sed a facultate etiam fieri, vt fit sternutamentum; idque ex me comprobas, cum asseruerim, motus epilepticos prouenire a cerebri concussione: quę concussio a facultate irritata oritur: unde etiam me in contradictione inuoluis; sed ex superius demonstratis facilè omnia corruunt; nam vera epilepsia (de hac enim intelligendum est) uniuersalis est conuulsio, non mentita, sed uera; at conuulsio vera a solo oritur morbo. Cũ uerò dixi a cõcussione cerebri prouenire motus epilepticos, non id intellexi de uera conuulsione; sed si concedã, epilepsiam etiam a facultate fieri,& simillimam esse sternutamento, licebit ne inferre, In sternutamento non est obstructio, ergo nec in epilepsia? nonne adeò diuersa sunt hæc duo symptomata, ut maior sit diuersitas, quàm similitudo? Præterea quis negat ab obstructione excitari sternutamenta? scribit Galenus 2. De Sympt. Cau. cap. 4. tussim esse motum facultatis a causa præternaturali irritatæ; & inter reliquas causas ponit obstructionem asperarum arteriarum ab humoribus crassis factam: quos humores interdum tussis expectorare non potest: sternutamentum autem potest; at nonne potest fieri, ut in naso, & meatibus ad eum excurrentibus sint humores crassi obstruentes, qui sternutationem prouocent, quæ meatus eos liberet? nonne quotidie unicuiq; euenit, ut plenas sentiat illas uias, & nihil possit expellere? quòd si materia illa sternutamentum excitet, ab eo statim expellitur. Quare quoquo te uertis, falleris. Cum arguis & hic: Singultus est similis epilepsię, ergo epilepsia non prouenit ab obstructione, 214.A B similitudinem concedo: consecutionem nego. Argumentum sumptum a uertigine negas & ipse necessariò concludere, ad probabilitatem tamen ualere; idem fateris de sumptis a sternutamento,& singultu; at meminisse debebas, sæpe te uociferatum esse, argumenta esse assumenda ab iis, quæ cum artis principiis consentiunt: & me increpasse, qui præceptum illud non obseruarim; ego sanè argumenta, quæ nihil probant,& tantum exornant, te decere arbitror: qui soles oblectamenta etiam comica consectari. Ac vt liquidius appareat, quantum argumentorum uis tibi nota sit, cum fateris, argumentum

etiam

214.A B

214.D etiam de senibus coniecturam tantum facere: nullam vrgentem probationem habere; plurimum falleris, cum a natura rei sit sumptum. Cum enim sit contentio, an epilepsia proueniat ab humoribus crassis obstruentibus, nonne ab essentia rei ducitur argumentum id, In senibus magna est redundantia humorum crassorum, raro tamen incidunt in epilepsiam. Cum verò tunc soluissem id argumentum ex recta viuendi ratione senum; vrges iterum, corpora senum pituitosa
215.A esse magis, quàm iuuenum, etiam si temperatius viuant; sed hoc est contra Galenum, qui (vt demonstraui eo loco) statuit, senes ob rectam uiuendi rationem non incidere in multos morbos; in quos iuuenes incidunt. At si incidunt in apoplexiam, cur non & in epilepsiam? hoc argumentum videbimus etiam inferius; interea satis est afferre, quod scribit Galenus 2. Aph. Comment. 39. Cum enim dixisset Hippocrates, senes magna ex parte minus, quàm iuuenes ægrotare; si verò incidant in morbos longos, ab eis non liberari, scribit sic.
» Non omnes senes minus ægrotant, quàm iuuenes, neque enim om-
» nes maiorem habent in uictu continentiam, qui uerò non habent,
» magis ægrotant, ut qui iuuenibus sint debiliores. Hinc primum elicio, uerum esse, senes non incurrere morbos, ut iuuenes, ob rectã uiuendi rationem; deinde si eam non adhibeant, morbos incurrere, & grauiores, quàm iuuenes; & propterea intemperantes non in epilepsiam incidunt, sed in apoplexiam; quia cum maiorem copiam humorum crassorum coaceruent, quàm iuuenes, in maiorem etiam
215 A morbum incidunt. Negas, post morbillos, & uariolas cessare malignitatem in pueris, cum aliæ etiam in ipsis sint malignitatis causæ. Respõdeo, si uera sit Arabum sententia illa, morbillos, & uariolas oriri a reliquiis inquinamenti menstrui, ipsis cessantibus, cessare malignitatem; si uerò ab alia causa proueniant maligna, & eius malignitatis indicia sunt, eorum cessatio indicat malignitatem etiam cessasse. Vnde non restabit in illis maior causa malignitatis, quàm in aliis ętati-
215 A bus. Videris taxare, quòd dixerim, te asseruisse solam acrimoniam, & mordacem qualitatem parere epilepsiam: cum ipse apertè addas malignam, & uenenatam qualitatem, quia dico, te causam epilepsiæ tradere non quantitatem humorum crassorum, sed qualitatem mordicantem; at scito, me breuitati intentum, sub mordicante qualitate complexum esse & uenenatam: quam eandem inferius malam humorum qualitatem uoco; alibi uerò eas distinguo. Cum uidisses autem acrimoniam esse reiectam, nunc insistis qualitati uenenatæ. Qua de re non contendam; nunquam enim negabo, quin in pueris, sicuti

in aliis, excitari posit epilepsia acrimonia humorum, & uaporum, & uenenata aura: nego tamen, omnem epilepsiam ex his causis tantum prouenire: nego etiam, ex duabus causis à te admissis, auram malignam sæpius excitare in pueris epilepsiam, quàm acrimoniam. Nam epilepsia illa rara est: frequentior, quæ a mordicantibus: frequentissima quæ ab humoribus crassis obstruentibus; quòd validissime a nobis demonstratum est, reiectis Auerrois, & Rondeletii argumentis. Cum ad refellendam acrimoniam dixissem. Si ab hac causa epilepsia oriretur, facilè in senibus sanaretur; respondes nũc, non ab acrimonia tantum, sed a venenata qualitate etiam epilepsiam effici, innuens epilepsiam in senibus difficulter sanari propter venenatam qualitatem, quæ in dies magis inualescit; adeò vt deserta acrimonia, ad venenatam qualitatem omnes ferè epilepsias referas: & ideò quæ apud Galenum epilepsia rarissima est, apud te facta est frequentissima; imò uerò ferè sola, vt ex iis, quæ subiungis, liquet; nam quærens, cur in pubertate sanetur hic morbus, qui ante eam inuaserat, hanc causam, a Galeno alienissimam, reddis, quia calor acrior factus redundãtem humiditatem ad corruptiones procliuem resiccat: & ne tam leuiter corrumpantur, prohibet. Si hæc causa vera esset, sequeretur, epilepsiam omnem in pueritia inuadentem, & in pubertate recedentem a qualitate tantum venerata oriri: non ab humorum acrimonia; nam si ab acrimonia, non solum non cederet, sed magis inualesceret. Ex duabus itaque qualitatibus solam venenatam uideris retinere, vt penitus in partes Fernelii transeas, & deterior, atque ignorantior semper fias. Non nitar nunc Galeni rationibus, sed obseruationibus, & historiis. Asserit itaque hanc epilepsiam raro inuadere: & cum inuadit, indicia præmittere auræ ascendentis: & postquam inuasit, non parere grauia symptomata, ut parit epilepsia ex propria affectione cerebri. Possum ego astipulari Galeno, rarissime mihi leuem illam epilepsiam occurrisse; & in plurimis pueris eo affectu correptis grauissima exoriri symptomata, & multos mortuos esse, antequam in hanc vrbem introduceretur vsus vrendi occipitii. Cum hæc tua positio repugnet non rationibus tantum Galeni, sed obseruationi etiam, & ipsi sensui, patet, falsum esse, pueros in pubertate sanari, quia humores ob exsiccationem a corruptione uindicentur, & ueriorem esse causam a Galeno traditam 2. Aph. Commento 45. quia cum in teneris ætatibus redundent frigidi humores, humidique, pubertas calidior, & siccior, genitos absumit, & ne amplius gignantur prohibet. Quare frustra cornua tollis, & Galeno sic insul-

215.B

215.C

216.A

tas.

216 A tas. Sp. Aliter respondet Galenus. Er. Non est mirum, coactus enim
» est consentanee suæ hypothesi loqui; non ob id sequitur, non posse,
» ac debere nos rectius respondere. Si sic Galenum tractas, possum &
ego animo æquo ferre, quòd quæsitum meum hac responsione eluseris; nam cum in acrimoniam humorum, & venenatam qualitatem causam epilepsiæ referres, contra acrimoniam sic sum argumentatus.
» Si ab Erasto quæras, cur epilepsia puerorum in pubertate cesset, re-
» spondebit, quia acrimonia humorum retusa est: quod non est veritati
» consentaneum. Nec aliter respondere poteras, si ad quæsitum respondendum erat, vnde sequebatur, acrimoniam è catalogo causarum ve-
216. A ræ epilepsiæ excludi; sed tu me elusisti aliter respondendo; deq; elusione illa plurimum exultas, & præ lætitia adeò excæcaris, vt non videas, te de alliis interrogatum, de cœpis respondere: trita enim iam mihi facio prouerbia tua; argumentum meum erat ad acrimoniam: tu verò ad venenatam qualitatem transfers; ac ex te ipso acrimoniã eliminas. Si enim calorem acriorem causam illam extrudere statuis, acrimoniam iam per te sustulisti: quare argumentum meum confirmasti; sed & alios errores addidisti, cum epilepsiam raro euenientem frequentissimam fecisti: & sæpe euenientem sustulisti; atque hæc de prima parte mei quæsiti. Altera pars quæsiti erat, cur epilepsia in iuuentute orta, cum ægro commoriatur: cuius causam prius ex Galeno reddidi, deinde explicaui, quid tu ex hypothesi tua respondere possis. Ad hanc itaque perplexe, & balbutienti similis sic respondes.
215 D Si adultis iam accidat, non propter intemperiem pueritiæ, seu infan
» tiæ, quæ post pubertatem corrigi potuit, oritur, sed propter causas
» alias, quas sequentes ætates meliores reddere possunt. Difficile est hic, quid velis intelligere. Cum enim ego quæram, cur epilepsia iuuenum commoriatur; & tu respondeas, propter alias causas, quas sequẽtes ætates meliores reddere possunt, hoc loquendi modo uideris innuere, has causas ab ætatibus insequentibus mitiores, & leniores reddi posse; sed si hoc euenire potest, poterunt etiam summoueri, quod est contra Hippocratem, Galenum, & veritatem; nullus enim epilepticus post annum uigesimumquintum sanatur. Cogitaui quandoq; te incautè, meliores, scripsisse, cum scribendum esset, maiores; nam si legatur, maiores, quadrabit Hippocrati, Galenoque, & fortasse per meliores, ualidiores intelligere uoluisti; sed si aut maiores, aut ualidiores intelligebas, declarandum erat, quæ nam sint causæ hæ: aut explicandum tandem, quid per meliores causas significes; cum tam obscurè loquaris, suspicor, cum videres uiam tibi præclusam palàm

effu-

effugiendi, te clam surripuisse. Cum euello scrupulum, cur senes magis obnoxii sint apoplexiæ, quàm epilepsiæ, adeò consentanee re- 216 A rum naturæ euello, vt irridendus sis, cum alios ad risum inuitas; quæ enim verior causa reddi potest, quàm magna frigidorum, & crassorū humorum copia: & imbecillitas ingens facultatis expultricis? Cum itaque decumbunt humores ad ventriculos cerebri, eos subitò replēt ob ingentem copiam, vnde apoplexiam faciunt, non epilepsiam; est ne hoc nouas naturæ leges imponere, an potius ex perpetuis naturæ legibus loqui? sed instas: nonne facilius fit dimidiata repletio, quàm integra? at quis hoc negat? quis non nouit, hanc facilius, & sæpius in genere humano euenire, quàm integram repletionem? vnde si omnes ætates comprehendas, multo plures epilepsia, quàm apoplexia vexantur. Nihil hactenus risu dignum video, ac si quid est, ex verbis tuis, non meis prouenit; ais enim, me asserere humorum frigidorum „ copia promptius totos cerebri sinus repleri, quàm ex parte; vnde illu- „ dendo subdis. Hucusque facilius fuit partem cuiusq; cauitatis mediā „ implere, quàm totam. At hæc ego nec dixi vnquam, nec somniaui, „ cum contradictionem implicent; quomodo enim totus sinus repleri potest, quin prius pars eius repleatur? monstra hæc ego non scripsi; sed scripsi; in senibus integram ventriculorum cerebri repletionem facillimè fieri; quód verissimum est; sed cum fit integra hęc repletio, prius semirepletio fiat, necesse est: at ibi non sistitur propter magnā copiam humoris, sed subito totus sinus repletur; ut demonstrauimus paulo ante in discussione eiusdem difficultatis. Sed vbi eras, cum hæc scribebas? habebas ne librum meum ante oculos, an figmenta componebas? verba enim inuertisti, & sensus, ac sententias integras omisisti; ais enim; Si cum pueris senes comparauisset, tolerari potuisset. Atqui nonne ego apertissimè ibi comparo pueros cum senibus? imò verò nihil aliud molior in tota ea disputatione, quàm ostendere, pueros facilius, & frequentius epilepsia, quàm apoplexia: senes contra facilius, & frequentius apoplexia, quàm epilepsia corripi. Hæc deinde subdis. Nunc cum de solis senibus quęrat, & vtrunque „ morbum ab eadem causa, eodem in loco gigni censeat, quis non fa- „ cilius credat, ac frequentius, illum nasci oportere, qui a minore hu- „ morum copia effici potest, quàm alterum, qui maiore copia indiget? „ Quibus respondeo, omnes ita esse credituros; sed cum res contra se habeat, & senes frequentius in apoplexiam, quàm in epilepsiam incidant, quid aliud dici potest, quàm id ob magnum humorum influxū prouenire, qui cum partem sinū repleuit, nō cessat, sed totos statim

implet? Quid verò antea actum fuerit, apparuit in responsione ad
216 C primum argumentum Fernelii, vbi illam necessitatem vestram expuli, qua asseritis non posse fieri apoplexiam, quin præcedat epilepsia. Quòd neges a calorificis, incidentibus, & attenuantibus di-
216.C D scuti,& disiici posse breui tempore humores frigidos,ex crassos,repugnat experientiæ; nam humores huiusmodi asperis arteriis impacti, huiusmodi medicamentorum linctu statim educuntur; fuit itaque vera responsio mea ad argumentum tuum. Quòd si nunc addidero, veros epilepticos non tam cito,& tam sæpe excitari odoramentis illis, vt somnias,nec rationi, nec experientiæ repugnabo; affectos quidē per consensum a ventriculo,& vtero, transmittentibus vapores ad cerebrum,possunt hęc excitare; at si ea admoueas laborantibus ob humores tenues, & acres,fortasse plus nocebunt, quàm proderunt.
217 A BC Quantum ad argumentum a spuma sumptum, cum tu sic argueres.
His adde, quòd spuma ex bullis maioribus constans,luculente pro-
" bat,spiritus in hoc morbo,quàm humoris, copiam adesse largiorē.
" Hoc argumēto apertè indicas primum,spumam esse ex materia morbi: deinde hanc materiam tenuem esse, & flatulentam: postremò infers,crassam esse non posse,& causam etiam reddis,cum sic scribis, de spumæ ortu loquens;Non ex crassa,lentaque pituita pronascitur,
" quam morbi causam statuunt; vix enim post multas horas ita diuidi
" a spiritu humoris posset, vt interclusus bullas efficeret. At ego hæc tua somnia negaui,& contrarium demonstraui:ac primum, te perperam negare,spumam ex lenta,crassaque pituita fieri:quod præter ea, quæ tunc dixi, liquido demonstrari potest ex 2. Præsag. Commento 47.Deinde negaui,spumam esse ex materia morbi: & ideò non posse ex spuma argui de materia epilepsiæ; & cum spuma constet ex humore,atque ex aerea substantia, negaui tertiò aeream substantiam, qua conflatur spuma epilepticorum,esse de materia morbi: & flatum illum non esse flatum excitantem epilepsiam, sed vaporem potius a pulmonibus elatum,qui oris saliuæ immistus,& a motu violento agitatus,spumam efficit. Quòd si tunc non connumeraui omnes spumæ causas, eas ex te suppofui, & ex locis a Galeno citatis; vnde cum dixi spumam fieri a vaporibus elatis a pulmone ob motus vehementiam,excludere uolui flatum materię morbificæ, quem tu concurrere censes ad spumę generationem; & ideò rectè confutaui omnia, quæ in eo argumento confutanda erant; unde patet, multa, quæ de spuma epilepticorum tradidisti,falsa esse. Et propterea non minus irriti sunt tui latratus,quàm canis Lunam adlatrantis; neque in hoc mu-

mutabilis,& inconſtans ſum. Nego enim, ſemper ſpumam eſſe ex ma
teria epilepſiæ: at tu ex illa materia eſſe,& non eſſe ſcribis, vt vnuſ-
quiſque obſeruare poterit,qui totam eam ſeriem leget,qua argumen
tum hoc es proſecutus. Auges verò,& multiplicas repugnantias, 217.D
quarum ſolertisſimus es indagator,licet quid ſit repugnans,nũquam 218.A
didiceris; repugnantia ſunt,quæ ſimul eſſe non queunt: at ea,quæ di- B
xi,ſtare ſimul poſſunt; fieri enim poteſt, vt ſpuma non ſit ex materia
obſtructionis ſinuum cerebri: fieri etiam poteſt, vt materia illa per
nares, & palatum expurgetur, quæ materia erit obſtructionis, & a
ſpuma diuerſa erit. Reſponſio ad ſecundum argumentum Rondeletii
nihil claudit repugnantis,niſi apud hominem ignarum; nam duas af
fero reſponſiones ad illud argumentum; alteram per enſtaſim: alte-
ram per antiparaſtaſim. In illa nego humores a ventriculis effluere,&
qui nam ſint, qui effluunt, doceo: in altera concedo hos fluere, ſed
in hac effluxione hic eſt ordo; prius effluunt per nares, & palatum,
qui in adene, & in pelui continentur: deinde qui in ventriculis.
Scribis,me quædam argumenta tua, eaq́ue efficaciora prætериiſſe, 218 C
veluti ſeptimum, nonum, vndecimum: quod fateor me feciſſe, ne tæ
dio lectorem afficerem, cum præſertim ex aliorum confutatione ea
quoque posſint confutari. Verùm ſi in ea argumentorum colluuie po
tius,quàm ſerie,potui quod nam ſeptimum, nonum, & vndecimum
eſſet,dignoſcere,ea etiam cõfutemus,cum euitare haud queam,quin
erroribus tuis recenſendis ſæpe,& multum lectori moleſtus ſim futu-
rus. Septimum argumentum ſic proponis. His adde,quòd in ſopo »
re,ſeu caro ventriculi anteriores cerebri pluſquam ſemipleni ſunt pi »
tuitæ,licet epileptici tunc ægri nihil patiantur. Puto, te ex Galeno »
ſumpſiſſe quarto De Loc. Aff. cap. 2. vbi ſcribit;humorem craſſum,fri
gidum, & viſcidum,trium horum morborum eſſe cauſam,cari, apo-
plexiæ,& epilepſiæ; verum in caro,& epilepſia uentriculos magis ce
rebri,quàm corpus affici; in apoplexia verò corpus cerebri magis.
Præterea in caro anterior cerebri pars magis afficitur; in epilepſia,
& apoplexia anterior,& poſterior. Si humores frigidi, & crasſi ſunt
cauſa cari,vt patet ex eo loco,& in caro magis afficiuntur ventriculi,
quàm corpus cerebri, neceſſe eſt,vexante caro,humores frigidos, &
craſſos in cerebri uentriculis colligi: ac cum motum,ſenſumq́ue adi
mant,multos eſſe; ſint itaque,ut ſtatuis tu, qui eos dimenſus es,ſemi-
pleni. Cum igitur in his ægri nihil epileptici patiantur, ſequitur, epi
lepſiam non prouenire ab obſtructione uentriculorum cerebri ex
humoribus crasſis; nec reſponſio, quam fingis, locum habet. Sic

„ enim respondes. Epilepsia non in his anterioribus cerebri uentricu-
„ lis, sed in medio, aut postremò suscitari creditur. Patet enim ex eo Galeni loco, in epilepsia anteriorem, & posteriorem cerebri partem affici. Quare respondendum erat potius, in caro non sequi motus epilepticos, quia in eo sola pars anterior cerebri afficitur: in epilepsia verò anterior, & posterior; sed neque hæc plenè satisfaciunt; quare argumentum adhuc tenet. Cum itaque locum eum solum Galeni cõsiderasses, nec quid verè carus sit, inuestigasses, ausus es eam notam Galeno inurere; quæ facillimè elui potest, si quid carus sit, intelligatur; qui cum latè pateat (vt passim docet Galenus, & præsertim 2. Prorrh. Commento 29.) communiore significatu est profundus, & excitatu difficilis somnus, quomodo etiam subeth ab Auicenna, & aliis Mauris vsurpatur; carum, de quo agitur, eum esse puto, quem
„ Galenus eodem in loco ita describit. Sunt qui, vbi æger tum motu,
„ tum sensu tempore aliquo priuatur, etiam si vel stimules, vel ferias,
„ vel inclamites, carum appellant: qualis in quibusdam visitur, vbi tẽ-
„ poralibus in musculis vehementer percussi fuerint: uidetur quoq; sæ-
„ pius & in febrilium morborum accessionibus, in quibus neq; stimu-
„ lantes, neque ferientes, nedum inclamitantes sentiunt ægri. Hic verè
„ est carus; vnde & 5. Aph. Commento 5. carus propriè nominatur, inquit, totius corporis insensibilitas, atque immobilitas repentina. Huius si quis causam quærat, luculenter explicatur a Galeno primo De Sympt. Caus. cap. ultimo. vbi carum inter somniferos morbos enumerat, qualis est coma, & lethargus; cũ itaque illi producantur a copia humorum frigidissimorum, veluti pituita, & medicamentorum eiusdem generis: ab eisdem valde excedentibus carus etiam producitur. His ita constitutis, licet concedam in caro, vt in epilepsia semiplenos esse ventriculos: non inde tamen sequitur, excitari motus conuulsorios, vt in epilepsia: ratio diuersitatis est, quia in epilepsia humores lædunt obstruendo tantum: in caro potius alterando ad fri-
„ gidum, & humidum etiam; vnde Auicenna Prima Tert. Tract. 4. cap.
„ 1. Omnis, inquit, subeth ex complexione pendens est, propter frigus
„ primò, & propter humiditatem secundò. Quo fit, ut facultas consopita non consurgat ad humorem noxium expellendum: quare non oritur motus conuulsorius, & accessiones etiã sunt longiores; Quòd facultas non se moueat, patet in iis caris, qui a causis euidentibus inuehuntur, ueluti cum in perforatione caluariæ dura membrana comprimitur: & in fracturis, quando osse aliquo eadem comprimitur: caro enim corripitur æger, in quo sensu, & motu destituitur; quia com-

presʃio

presſio illa impedit motum,& concuſsionem cerebri. Dubitet hîc aliquis;dictum eſt,epilepſiam,& apoplexiam etiam prouenire a materia obſtruente,non alterante,cum ſubitò inuadant, & ſubito recedant: intemperies verò non fiant ſubito: quomodo igitur carus oritur a frigiditate, ſi repentè inuadit? poſſumus dicere, in caro materiam illam diutius confluere, & ideò intemperiem poteſt introducere; vnde acceſsiones etiam valde longiores ſunt acceſsionibus epilepticis. Nonum argumentum,Si epilepſia ex obſtructione humo-„ rum craſſorum fieret, deſineret in paralyſim, veluti apoplexia; iam „ confutatum eſt; erat enim tertium argumentum Fernelii, vbi etiam demonſtratum eſt,quo extrudatur materia illa: ex cuius confutatione colligitur etiam vndecimi confutatio,ne fruſtra tempus conterã.

DEFENSIONIS SEXTAE, PARS PRIMA, IN qua demonſtratur,morbos inter ſe diſtingui a propria eſſentia, non a læſis actionibus.

DEVENTVM eſt ad Defenſionem ſextam,cuius hæc eſt occaſio. Cum obſeruaſſem, morbos ex intemperie lædere non tantum actiones partium ſimilarium, ſed etiam inſtrumentalium:morbos contra inſtrumentarios lædere,non ſolum inſtrumentorum actiones, ſed etiam ſimilarium,conſtitui lib.4. cap. ultimo.a læſis a- 218 D ctionibus non poſſe rectè de morbo iudicium ferri, ſit ne inſtrumentarius,an ex intemperie:nec uiciſsim ex morbis dignoſci læſæ ne ſint actiones partium ſimilarium, an inſtrumentalium: cumque te aliter viderem ſentientem,errores tuos diſsimulare non potui. Ac duos tã tum inter innumerabiles notaui,qui ad rem meam pertinebant; alterum,quòd ex morbis enitaris in cognitionem, & diſtinctionem ſimilarium,& inſtrumentalium actionum deuenire: alterum,quòd ratiocinationem actionem miſtam, hoc eſt tam ſimilarem, quàm organicam eſſe cenſeas.Hoſce duos errores defendis,& prius priorem,multa ſupponens de anima,quæ prætermitti poterant, tum quia ſæpius, 219.B ſæpiuſque ante fuerunt inculcata: tum quia ſuperuacanea ſunt,tuo etiam teſtimonio, cum poſt multa ſic ſcribas. Quoniam enim anima 220.B impatibilis eſt,ac nulli per ſe obnoxia mutationi,ſeu alterationi,cer „ tum eſt,huius culpa nullam actionem mutari, aut deteriorem effici. „ Vnde quæcunque euenit variatio, aut mutatio in actionibus, eam

ab

ab instrumenti mutatione euenire asseris; atque hic, cum multas po sitiones attingas, accipio mutationes actionum prouenire ab instrumentorum animæ dispositionibus: accipio etiam actionem organicam, & actionem similarem genere differre: ac dispositionem etiam similarem ab organica genere discretam esse: accipio præterea, nun quam morbum dispositionis vnius esse morbum alterius dispositionis; & non solum accipio, sed eo in loco ratione etiam confirmo, quod tu non negas: sed cum ex his ita infers, Impossibile esse, vt vel morbus similaris organicam: vel organicus similarem functionem per se, & primò oblædat: te valdè hallucinari assero; nam licet dispositio similaris non possit esse dispositio organica: uel organica similaris; & licet dispositio similaris salubris, hoc est bona temperies actionem instrumentalem fortasse edere non possit: nec instrumen talis similarem: cum tamen utraque alteri usum quempiam afferat, hinc fit, ut morbus similaris actionem lædat organicam, & organicus similarem, vsu illo intercepto; quod quomodo eueniat, alibi sæpe demonstrauimus. Tu verò cum haud intelligas, quæ Galenus apertè scribit, & multo minus, quæ non scribit quidem, sed ex scriptis colligenda relinquit, hęc dogmata respuis, & respuendo in turpissimos er rores incidis: qui ut omnibus pateant, tota hęc res exemplo sub ocu los subiicienda est: deinde quæ obiicis, refellenda. Vnumquodque instrumentum constat ex partibus similaribus, quę si proprio sibi morbo corripiantur, id est intemperie, proculdubio morbus ille totius instrumenti actionem uitiabit, etiam si nullus adsit morbus instrumentalis; nam si partes manus insigni laborent intemperie, quis neget, eam uitiare apprehensionem, quæ eius est actio? Declarat hoc Galenus primo De Sympt. Caus. cap. 2. cum asserit, uisionem, oculi actionem, uitiari a morbis ex intemperie, instrumentariis, & ex solu ta continuitate. Cōtra si in manu exoriatur morbus instrumentalis, uerbi gratia, ingens obstructio in uenis, & arteriis, quæ in musculos inseruntur, eorum nutritio, quæ actio similarium est, profectò uitiabitur, etiam si nondum adsit intemperies. Quare morbus instrumentalis actionem lædit similarem, etiamsi nullus adsit morbus similaris; quod expressit Galenus 3. De Symp. Cau. cap. 1. uentriculi exemplo,

110.C quem locum paulo post discutiemus. At multa hinc, inquis, se-

D quentur absurda: quæ omnia nego, imò uerò absurda illa in te conuertantur necesse est. Primum itaque falsum est, duo genera contradistincta coincidere: nec solum falsum est, sed etiam indicat, te unum rerum omnium ignarissimum esse: licet enim morbus organi-

cus

cus actionem similarem: & similaris organicam lædat, non ideo tamen morbus similaris,& organicus coincidunt,& unum atque idem sunt: nam si actio lęsa symptoma est;& unum, atque idem symptoma a contrariis causis potest exoriri(ut superius ex Galeno 2.De Sympt. Caus.cap.5.& 4.De Tuen.Valet.cap.2.demonstratum est) mirum nō est, si actio eadem a morbis genere diuersis,& contradistinctis lædi possit;rigor,& horror symptomata sunt: & tam a frigida, quàm a calida intemperie excitantur: ergo caliditas,& frigiditas conincidunt, & unum sunt? uide in quæ absurda incidas,dum aliorum absurda venaris. Secundum absurdum falsissimum est, & ingenii tui absurditatem magis patefacit, cum audes absurdum esse asseuerare, ab una & simplici qualitate distinctas genere actiones produci;nam(ut omittam Galenum, & Aristotelem) nonne Virgilianum illud arguit te falsi?

Limus ut hic durescit; & hæc ut cæra liquescit
Vno, eodemque igni.

Non est itaque absurdum, vnum, atque eundem morbum actiones tam similares,quàm organicas lædere. Tertium absurdum exploditur illustribus exemplis, & à Galeno sumptis, quibus demonstratū fuit, morbum organicum lædere actiones similarium,integra earum temperie: & intemperiem lædere actiones instrumentorum,integra instrumentaria dispositione. Nonne, vt alia taceam,in morbis per consensum læduntur sæpe actiones tam organorum,quàm similariū, nihil incommodi subeunte facultate similari,vel organica, a quibus illæ actiones prodeunt? Quòd præterea hinc morbi definitio euertatur, somnium est; neque enim definit tunc morbus esse dispositio præter naturam primò lædens actionem. Quintum etiam absurdum syluam ingentem aliorum absurdorū inuehens,vanissimum est: oriturque non ex decretis meis, sed ex inscitia tua; putasti, me asserere,morbum similarem, id est intemperiem lædere actionem instrumenti, sine instrumenti morbo: & morbum instrumentalem lædere actionem similarium,sine earum morbo; quod ego nunquam cogitaui,aut scripsi; sed asserui, morbum similarem, hoc est intemperiem lædere posse actionem instrumentalem sine morbo instrumentali, veluti est morbus conformationis, numeri, magnitudinis, & situs; sed sine morbo instrumenti non asserui; quomodo enim instrumentum a morbo liberum esse potest, si partes eius morbo affectæ sunt? vnde si intemperies partium componentium,manuum apprehensionem lædat,quis dicat manum vacare morbo, licet nullus morbus ad-

sit instrumentalis, vel in natura instrumentali? sic morbus instrumen
talis lædere potest actionem similarem sine morbo quidem similari,
non tamen sine morbo; sic sensi, & oratione tam plana, & perspicua
exaraui, vt omnes, te vno excepto, id possint intelligere. His con-
221 A stitutis absurdi vanitas patet; non enim ex decretis nostris sequitur,
sanitatem similarem posse organicam operationem producere sanã
organo ægrotante: nunquam enim dixi, morbum similarem lædere
posse actionem organicam, organo sano; quomodo enim sanum, si
partes componentes ægræ? Nec etiam ex scitis nostris sequitur, sa-
nitatem organicam producere actionem similarem sanam, similari
ipsa ægrotante: nunquam enim asserui, morbum organicum lædere
actionem similarem, similari morbo non affecta; licet enim morbo
ex intemperie non laboret, similaribus proprio, morbo tamen quo-
dammodo affecta est; nec sequetur, morbum plures lædere actiones,
quàm sanitas producat; nam licet morbus similaris actiones simila-
rium, & instrumenti lędat: sanitas etiam similaris ad vtrasque produ
cendas confert. Sic morbus instrumentalis vtranque lædit, quia sani
tas instrumentalis vtrique confert. Qua de re sequentia etiam absur-
„ da frustra sunt inuecta: Nam sanitas, & morbus circa easdem actio-
„ nes præcisè hærent. Quòd si morbus duas lædit actiones, sanitas ei
opposita easdem conseruat; nec morbus latius patet contraria sani-
tate, & actio læsa semper erit læsa, quomodocunque lædatur; licet.n.
similaris organicam lædat, organum tamen bene non sese habet, & li
cet morbus instrumentalis similarem lædat actionem sine morbo si-
221.B milari, similaris tamen illa facultatem suam deuinctam habet. Nec
„ falsum erit axioma illud tuum; actionem omnem modum accipere
„ a dispositione partis, cuius est actio. Cum enim utrunque genus actio
num ab utroque partium genere producatur, aut usum capiat: a di-
„ spositione utrarunque partium modum accipiet. Cum uerò sic
„ scribis; Facultas quoque proferet opera instrumenti sui, actionem ui
„ tiosam absque uitiosa instrumenti dispositione; puto te tertium ab-
surdum repetere iam confutatum; neque ex his prohibetur, quin
morbus semper læsæ actionis causa continens sit; unde ad eius subla-
tionem semper actio statim restituetur in integrum, sicuti ad eius in-
uasionem statim fuerat uitiata, siue morbus similaris actionem orga
nicam lędat, siue organicus similarem. Concludendum igitur est,
quidquid contra me excogitasti, rationi, & sensui repugnare, & uerè
veræ artis principia labefactare. Admirabuntur studiosi, te nihil
unquam sani in tam magno uolumine protulisse, in quo uerisimile

est,

eſt,te omnes uires ingenii effudiſſe:unde reſtat de aliis operibus tuis idem iudicandum. Imponis mihi,quòd aſſeuerauerim, morbos ſimilares interdum actiones tantum organicas lædere, & organicos, actiones tantùm ſimilares:quod nunquàm ex verbis meis a te adſcri ptis extorquebis;ſed etiam ſi verba mea aliter ſonent, ſponte tamen crimini illi me ſubiicio, cum crimen non eſſe hactenus demonſtratum,& poſthac validius demonſtrandum ſit. Cum hæc mea decre ta tibi,qui nunquam ad intimam Galeni diſciplinam penetraſti, paradoxa videantur,ſic ſcribis. Malo credere,eum aliter ſenſiſſe, licet odio quodam mei huc pertractus ſit. Quo in loco proculdubio aliorum mores,& cogitationes ex tuis metiris; ego nullo te vnquã odio ſum proſecutus; quam enim iniuriam vnquam a te acceperam? deinde tanti id non fuit,vt ſcribendum mihi eſſet,quod non ſentirem; ſcripſi,vt ſenſi: & verè me ſenſiſſe demonſtro. Cùm decretum illud,de quo contendimus,probaſſem ex Galeno 3. De Sympt. Cauſ. cap.primo.aliter locum illum interpretaris, ac Galenus ſenſerit; ſed antequam id facis,multa iterum abſurda contra Galenum congeris, ſi ita ſenſit.Ais itaque omnia abſurda,quæ dixiſti,& alia inſuper plura hanc opinionem vrgere; & cum alia proferre deberes, eadem tamen,ſed aliis verbis profers,vt oſtendas,non deeſſe tibi ingentem argumentorum,ſeu potius nugarum copiam. Cæterùm cum eò tendant omnia,vt oſtendas, ex opinione mea conſequi morborum confuſionem; nam & ſimilaris erit organicus: & organicus ſimilaris: repeto, nihil huiuſmodi ſequi; licet enim morbus ſimilaris lędat actionem organicam, ſemper tamen morbus eſt ſimilaris; & contra,licet organicus ſimilarem lædat,eſt tamen ſemper morbus organicus. Infers deinde,inde ſecuturum,Galenum primo Meth.cap.8.falsò tradidiſſe,affectum vnà conſiſtere cum actione: nec poſſe vſquam, aut probam actionem eſſe ſine corporis naturali affectu: aut uitioſam, niſi cum corpus ſit uitio affectum. Sed ad hoc iam reſpondi paulo ante,cum demonſtraui, ſanitatem cauſam eſſe bonarum actionum continentem, & morbum malarum: unde & hic,licet morbus ſimilaris actionem lædat organicam,& organicus ſimilarem,nonne in uitioſa actione corpus etiã vitio affectum eſt? Idem dixeris ad locum ex 3. De Sympt.Cauſ.cap.2. citatum inter errata; nam licet actio inſtrumentalis a morbo ſimilari,& ſimilaris ab inſtrumentali læditur,non inde ſequitur,quin pars actionem lædens læſa ſit, vt iam demonſtratum eſt.Idem dixeris ad ſecundum locum ex 2.Meth.cap.3. Tandem poſt repetitionem abſurdorum ſuperiorum,nouum affers his uerbis.

[Margin: 221.C D 222 A » 222 C „ 223 A „ „ „ 223.B]

Nn Fal-

„ Falsum erit principium omnis methodi inuestigandi locos affectos,
„ quod Galenus lib. primo. in fine cap. primi, & principio cap. 2. po-
„ nit: si ventriculo nulla intemperie affecto, nihilominus eius coctio lęditur. His verbis innuis, actiones læsas morbos, & partes morbo affectas necessariò indicare; vnde si ventriculi concoctio lædatur, apertè significas, læsionem illam coctionis, uentriculi intemperiem indicare. Per te igitur actio læsa, & morbum, & locum morbo affectum indicat. Hanc obiectionem proposui ego, & reieci libro quinto. cap.
„ 27. vbi ita scribo. Obiiciat hic mihi quispiam peruertere me, &c. Quare non repetam inutiliter, quod ibi palam demonstro; cum præsertim locum eum paulo post inuadas, quò cum peruentum erit, ita inanes obiectiones tuas reddam, vt ventus non sit inanior. Sed percurramus, quę interim blateras; Vbi iterum eisdem incommodis vexasti Galenum, si tertio De Sympt. Cau. cap. primo. mecum sentiat, eum locum in medium producis, & exponis, vt alios soles. verba Galeni a te producta eius lingua, sūt hęc, διὰ ταῦτα μὲν δὴ πάντα, κακῶς ἡ γαστὴρ πέπτει, τῆς δυνάμεως αὐτῆς, ἧ πέπτει, βλαπτομένης, ἐν μὲν ταῖς δυσκρασίαις κατὰ τὴν οἰκείαν ἑαυτῆς οὐσίαν, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις νοσήμασιν, ὅσα μὲν ἁπλῶς ἐσὶν ὀργανικά, παραποδιζομένης μόνον, ὅσα δὲ ἐκ δυσκρασιῶν τε, καὶ ὀργανικῶν σύνθετα, κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους. Cum Galenus hic apertè pronunciet, sicuti bis antea fecerat, coctionem uentriculi vitiari non intemperie tantum, quæ morbus est similaris, sed morbis etiam organicis, audes tamen eum in aliam distrahere sententiam, sed frigidè, ac ieiunè. Cum ergo primæ partis sensus sit, uentriculum infeliciter coquere, facultate ipsa concoctrice in propria essentia læsa, si morbus intemperies sit: sic ipse breui col-
224 A ligis. Intēperies lædit coctionē verè & propriè, siue secūdū substātiā; ubi statim recedis a Galeno, cū dicas intēperiē lædere coctionē, quæ actio est: at Galenus ait lædi facultatē concoctricē, quod melius reliquis verbis quadrat. Cū n. dicat, eā lædi in propria essentia, quis nō videat, facultatem declarari, cuius propria essentia temperies est? vnde si temperies hæc in intemperiem vertitur, eius essentia proculdubio læditur. Huc accedit, quòd paulo ante etiam dicebat, facultatis læsionem duobus fieri modis, vel propter sui substātiam, vel propter morbum organicum. Præterea ab initio horum symptomatum, læsæ concoctionis causam dicebat esse aberrationem facultatis alteratricis a suo scopo. Nec potest hic Galenus vitiosarum actionum mentionem facere, cùm earum causas quærat; vt itaque hæc rectè accommodantur concoquendi facultati, ita perperam actioni; quia temperies nō est propria essentia huius actionis, sed facultatis, a qua pro

dit

dit illa actio; & non aduertis, te in abſurdum incidere, quo nihil abſurdius eſſe poteſt, temperiem actionis eſſentiam eſſe. Huic alius error ſuccedit, quòd Galeni uerba perperam conuertis, Malè concoquit uentriculus actione eius læſa, cum apud Galenum ſit, facultate, quæ concoquit, læſa. Partem inſequentem caſu potius, quàm ſcienter rectè conuertis: eam tamen nec intelligis, nec rectè explicas. Sic autem conuertis. Per alios autem morbos, quicunque ſimpliciter sũt „ organici, impedita ſolum. Si uox illa, impedita, referatur ad faculta- „ tem concoquendi, recta eſt conuerſio; ſed ita tulit caſus; nam tu re- uera non ad facultatem, ſed ad actionem refers, vt patet ex tua expoſitione: quod vero Galeni ſenſui repugnat: qui cum aſſerere velit, quid aliis in morbis eueniat, ſtatuit, ſi morbi ſint abſolutè organici, facultatem ipſam ſiue alteratricem, ſiue concoctricem impediri tantùm, qui modus loquendi apertè indicat, facultatem integram quidem permanere, & non oblædi, impediri tamen, quominus feliciter fungatur officio ſuo concoquendi. Quamobrem ſicuti inſignis error fuit in prima parte, aſſerere actionem concoquendi per morbos ex intemperie lędi in propria eſſentia, vt ibi demonſtrauimus: ita & hic non leuis error eſt, aſſerere, morbos organicos non lędere actionem concoquendi, ſed impedire, quia morbi omnes rectè dicuntur tam lædere, quàm impedire actiones; vnde Galenus primo De Loc. Aff. eos irridet, qui aſſerebant, aliud eſſe actiones lædere, aliud impedire; ſed ſi de facultatibus loquamur, voces hæ valde differunt. Quare morbi organici non rectè dicuntur lædere facultatem alteratricem, quia cùm temperies ſit, lædi non poteſt, niſi ad intemperiem immutetur; impedire tamen eam rectè dicuntur; nam licet hæc facultas, hæc temperies bene ſe habeat, a morbis tamen organicis impediri poteſt, ne bene agat; veluti ſi ſani hominis crura deuincias, facultas quidem ambulandi non læditur, impeditur tamen. His conſideratis neminem adeò rudem futurum puto, qui non aduertat, te in explicanda hac ſecunda parte hallucinari, & ineptire. Cum ais itaque, morbum organicum non lædere ſubſtantiam coctionis, duplici erras nomine; neque enim temperies coctionis eſt ſubſtantia, ſed efficiens; falſum eſt etiam morbum organicum non lædere concoquẽdi actionẽ. Præterea quid ineptius audiri poteſt, q̃ morbũ nõ corrũpere actionẽ actionis? quæ tu ſtatuis, cũ aſſeris, morbos organicos nõ corrũpere ſimilarẽ coctionis actionẽ. Quod verò ſequitur nõ minus ineptũ eſt; morbũ organicũ inſtrumẽtalẽ ſtructurã duntaxat actionis concoquẽdi uitiare. Quænã eſt hæc, obſecro, actionis cõcoquẽdi ſtructura?

apud quē inuenisti, actiones structurā habere? sed mirū non est, cū an
tea actionis huius substantiam temperiē esse dixeris, si nunc eiusdem
structuram instrumentalem introducas. Loqueris ne hic, vt sentis? an
,, putasti me ludificare? Dices, te, cum scripsisti. Nō lædit substantiam
,, coctionis, per coctionem intellexisse non actionem concoquendi,
sed facultatem. Respondeo, apparere in tota hac oratione, te intelli-
gere de actione, non de facultate, quod uerba illa indicant; sed impe
dimento est, ne, ut debet, fiat; quoniam si de facultate intellexisses,
,, non, fiat, sed, faciat, scripsisses; nam actio fit, & facultas facit; sed pla-
nius te ipsum in verbis statim sequentibus, interpretaris. Videa-
mus nunc quàm rectè tertiam partem eorum uerborum explices; do-
cuerat Galenus in prima parte, quid eueniat facultati concoctrici vē-
triculi in morbis ex intemperie sola: in secunda, quid in morbis or-
ganicis solis: in tertia verò docet, quid eidem facultati eueniat, si
hæc duo genera morborum coniungantur; Ait igitur, In morbis his
compositis, vtrunque vitium consequi; nam facultas concoquendi,
& in propria essentia lædetur a morbis illis, quatenus erunt ex intem
perie: & impedietur quatenus erunt organici. Tu hanc vltimam par
,, tem sic exponis. Si autem ex intemperiem progenerantibus humori
,, bus constet, iam nō sola structura lęditur, verùm etiam propria actio,
,, siue coctio. In his paucis verbis, Dii boni, quot sunt errores? Quæ-
ro, quid est hoc, quod constat ex intemperiem progenerantibus hu-
moribus; ex verbis tuis præcedentibus sanè id cognosci non potest,
verùm ex iis, quæ subinfers, tumorem præter naturam intelligis; nā
passim diligentissimè imitaris authorem tuum De Opt. Sec. ab obscu
ris ad perspicua progrediens; at Galenus tumorum exempla attulit
in secunda parte, ut patet ex uerbis præcedentibus, quorum uerba a
,, te citata, & a me, sunt conclusio. Sic itaque scribit. Noxæ quæ ab in-
,, strumentalibus oriuntur morbis, in iis, quæ erysipelata uocantur, &
,, oedematis, & phlegmonis, & scirrhis, & abscessibus, & carbunculis,
,, & aliis circa uentrem id genus, partim simplicibus, partim composi-
tis morbis consistunt. Si tumores in exemplum morborum instrumē
talium, facultatem uentriculi concoctricem impedientium Galenus
protulit, solam eorum magnitudinem excedentem considerans, a te
in exemplum morborum ex organicis, & similaribus compositorum
non rectè proferuntur. At ex iis, quę subdis, colligitur distinctio, obie
ctionem hanc summouens; scribis enim tumorem, aut solum esse,
224 B aut non solum; si solus, morbus est organicus tantum, & actionem
impedit, non lædit; si uerò non sit solus, eam lædit, & impedit; non so

lum

lum esse eum statuis, qui ex intemperatis ualde humoribus constat. Pulcherrima sanè distinctio, & aureis notanda literis; innuis nanq; hos tumores, si constent ex humoribus non admodum intemperatis, tanquam organicos tantum lædere; sed si humores illi sint intemperati admodum, tunc intemperie afficiunt, & mala structura etiam. At hoc morborum naturam inuertit, corrumpitque. Cum enim ex Galeno, libro De Diff. Morb. cap. 12. constet, tumores esse quidem morbos interdum ex intemperie tantum: interdum etiam organicos: atque hoc, quando magnitudine lædunt: constat etiam, tumores semper esse morbos ex intēperie: organicos non semper. At per te oppositum euenit: nam semper sunt morbi organici: ex intemperie nō semper, sed tunc dūtaxat, cū ex humoribus cōstant valde intēperatis; atq; hinc id etiā sequetur absurdū a te sēper taxatū, ꝙ distinctio horū morborū orietur ab intēsiore, & remissiore intēperie, quippe qui cum remissiore intēperie sint organici, cū intēsiore, ex intemperie, & similares. Taceo tritum illum, & vulgatum errorem tuum, iterum atq; iterū inculcatum, quando asseris, actiones in propria essentia lædi, in structura impediri; quę nam enim essentia, aut structura actionum fingi potest? Tot, & plura monstra, praua Galeni verborum conuersione, & expositione peperisti, si rectè perplexam, & absonam orationē tuam percepi. Sed videamus iam, quomodo ex eo loco morbos organicos similarium actiones lædere, & similares organicos, falsum esse demonstres, quę est principalis nostra altercatio. Probas itaque ex eo Galeni loco, morbos organicos non lædere actiones similarium; nam si læderent, non tradidisset distinctionem illam, quòd morbus organicus non lædat substantialem actionem, sed eam duntaxat impediat, sic enim duas facit læsionum species; quas coincidere non posse clare indicat; Cum ex Galeni oratiōne pateat, te totum eius sensum peruertere, & veritas erui non posit, nisi verus sensus appareat, cum enarremus. Propositum erat Galeno eo in loco, explicare causas prauarum actionum uentriculi in cibo concoquendo, ac communem earum causam alteratricis facultatis frustrationē esse ait; hæc facultas nihil est aliud, quàm caliditas innata uentriculi, vel temperies ipsa. Frustratur itaque temperies, quando non bene concoquit edulia duas ob causas: altera est vitium facultatis ipsius: altera externus error. Omisso externo errore; noxa facultatis, hoc est temperaturæ duobus fit modis: altero, cum in propria læditur essentia, & morbus ex intemperie fit: altero, cum impeditur, quòd morbi organici præstant. Hoc pacto distinctionem illam rectè traditam esse fateor:

G

224.B

teor: fateor tumores, quatenus morbi sunt organici non lædere facultatem in propria essentia: vnde etiam fateor aliud esse lædere facultatem, aliud impedire: fateor tandem, lædentia ipsa esse genere diuersa, & non coincidere; quomodo enim conincidant, & vnum sint, atque idem, morbi ex intemperie, & instrumentales? cum hæc concedam omnia, illud etiam constanter affirmo, vtrunque ex morbis istis primò, & per se lędere actionem concoquendi uentriculi: nihil enim hoc repugnat rei naturæ, aut Galeno cum antea quoque sit demonstratum, vnum, atque idem symptoma a causis etiam contrariis prouenire posse. Quare non repugnat rationi, & Galeno, concoctricem actionem uentriculi a morbis similaribus, & instrumentariis læ-
224 C di. Cum verò scribis, Neque debes putare in verbis, impedire, & lædere, præcipui aliquid latere: si pronuncientur hęc de actionibus, tecū sentio: nam lædere, aut impedire actionem idem ferè est: si uerò de facultate, longè differunt, vt iam declaratum est. Quare actio coquēdi læditur tam ab organicis morbis, quàm ab intemperie; facultas verò ab intemperie in propria essentia læditur: a morbis organicis impeditur tantùm, & non lęditur. Instas non in verbis his, sed in re discrimen quærendum esse: quæ discutienda sunt, vt magis, & magis tua rerum medicarum imperitia, & decretorū Galeni ueritas dilucéscant. Explicaturus, quomodo tumor solus, quem pro morbo organico usurpas, impediat coctionem, & substantiam eius nō lædat,
224.C D sic scribis. Impedit, ut tantam ciborum copiam non capiat, corporique præparet, quantam debet; item, ut non ęque complecti cibum
» possit, unde imperfectius eos alterari oportet. Ex his infers, tumorē,
» ut morbus est organicus, coctionem non primò, & per se lædere, sed secundario, & per accidens lædendo actionem capiendi, & complectendi. Cum hic multæ sint actiones læsæ sese deinceps consequētes, eas consideremus; tumor lædit actionem capiendi, quia capacitatem uentriculi facit angustionem, tumor itaque primò, & per se lędit actionem capiendi: at si intemperies ualde calida exsiccando; & ualde frigida densando, & corrugando eandem capacitatem reddat angustiorem, nonne & ipsæ primò, & per se lędent actionem capiendi? ergo tam morbus organicus, quàm morbus ex intemperie primò, & per se lædunt actionem capiendi in uentriculo. Pręterea sicuti tumor iste complexum uentriculi lædit primò, & per se, nonne etiam quæcunque excellens intemperies complexum hunc primò, & per se lędere potest? duæ itaque actiones uentriculi hactenus tam a morbo organico, quàm ab intemperie primò, & per se lęduntur. Quid

igitur

igitur impedit, quo minus tumor per se lædat actionem uentriculi concoquendi, ut læditur a nuda intemperie? Dices, Galenus ait, actionem impediri, non lædi. Respondeo hoc falsum esse: non enim ait impediri actionem, sed facultatem. Quæro igitur, cum facultas sic impeditur, bene ne an male concoquat: male, respondendum est; tumor itaque causa est malę concoctionis. Est ne igitur primò, an secũdario? & dices secundario; at quid primò erit causa? respondebis facultatem; sed repeto, si facultas integra est, & nulla noxa affecta, quomodo primò causa est? repetes, etiam si læsa non sit, impedita tamen est: at quod nam est hoc impedimentum? tumor pręter naturam. Erit igitur impedimentum facultatis causa primò, & per se læsę coctionis; at istud impedimentum nihil aliud est, quàm tumor; ergo tumor causa est læsę coctionis. Vnde quemadmodum, cum læditur facultas in propria essentia, illa lęsio, illa noxa est morbus, & causa lęsæ actionis, cur quando impeditur, illud impedimentum esse non debet causa primò, & per se læsę coctionis? Si hoc impedimentum morbus non est, profer alium morbum; habemus læsam coctionem, ab aliquo igitur morbo læsa sit oportet; at alium non habemus, quàm tumorem, tumor igitur per se læsę coctionis causa est. Cum hęc sint uerissima, non solum a tuis illationibus non destruuntur, sed magis stabiliuntur. Inferre uoluisti, tumor non lædit primò coctionem, sed complexum, unde fit, ut uentriculus non rectè complexus cibum, infeliciter eum concoquat; at non aduertis, tam lęsum complexum esse actionem læsam, quàm læsam coctionem; & licet hæc ab illa producatur, utriusque tamẽ morbum esse causam; morbus autem hic alius non est, quàm tumor: unde causa est tam læsæ coctionis, quàm lęsi cõplexus, ut in libris nostris, & in primis Defensionibus demonstrauimus. At putas, te omnes instantias declinare, cum asseris, chyli generationem non esse actionem purè similarem, unde inferri potest, 225 A
mirum non esse, si non tantum a morbis similaribus, sed ab organicis etiam lædatur. Quid sentias, planius explicas in quarta Antiparaccl his uerbis. Quædam sunt actiones partium, quę neque purè similares sunt, neque prorsus instrumentales, sed mistæ, seu mediæ, utrunque „
extremum participantes; talis est motus cordis, itemque generatio „
chyli in ventre. Cur actiones hæ sint mistæ, sic explicas. Hę a tempe- „
rie inchoantur quidem, at fine structura non absoluuntur; sic uentri „
culus cibos alterat, ac mutat propter temperamentum; continet au- „
tem tot simul propter capacitatem. Quam propriè, & quàm uerè hæc dicantur, uideamus; cum chyli generatio per te actio sit mista ex

simi-

ſimilari,& inſtrumentali, quæro, quomodo fiat hæc miſtio, & inter quæ cadat; reſpondebis,cadere inter actionem alterandi,quæ prodit a temperamento, & capiendi,quæ prouenit a capacitate;& comprehendes etiam,puto,alias actiones omnes huic actioni uſum feretes; at quomodo fiet hæc miſtio, cum ea tantum miſceantur, quæ per ſe ſubſiſtunt veluti ſubſtantiæ? at hic nihil eſt,quod per ſe ſubſiſtat. Di-
219 D ces, per miſtas intelligo medias, & vtroq; extremo participātes;cum itaque ſtatuas a partibus inſtrumentariis prodire tantum actiones inſtrumentarias: & a ſimilaribus ſimilares, neceſſe eſt actiones iſtas miſtas,vel medias,& vtroque extremo participantes emanare a partibus,quæ neque verè ſimilares ſint,neque uerè inſtrumentales, ſed vtraque natura participent.At quæ ſunt,quis eas deſcripſit?ſcio,multas eſſe partes,quæ ſimilares,& organicæ dici poſſint, ſed diuerſis rationibus;eſſe autem partes vna, & eadem ratione ſimilares, & inſtrumentarias,nunquam didici. Præterea cum actiones a ſe inuicem diſtinctæ ſint(nam actio continendi diſtincta eſt ab actione alterandi, attrahendi,& expellendi)quomodo chyli generatio ex his compoſita,& confuſa eſt? Poteras tu,ſi quid in te eſſet pudoris, & ingenuitatis,ex iis,quæ libro 4. cap. 2. ex Galeno colligo, facillimè corrigere commentitias illas tuas deſcriptiones,& diſtinctiones actionum;inde enim didiciſſes,generationem chyli non eſſe actionem miſtam ex alteratrice, & contentrice: ſed eſſe alterationem ipſam, cui deſeruiunt retentio, & tractio, & reliquæ; at maluiſti deliramentis deliramenta addere; & in expoſitione unius loci Galeni tot maculis te deformiorem reddere,de quo loco plura non dicam, & ad alium ue-
225 A niam. Locum ex libro De Conſtitutione Ar. negas pertinere ad
B præſentem alterationem; at ſi non pertinet, cur eum protuliſti? Ego ſanè eum protuli ad demonſtrandum,morbos ſimilares,& inſtrumētarios non eſſe diiudicandos, & diſtinguendos ab actionum læſionibus, ſed a propria eſſentia: quod ad propoſitam ibi diſputationem valde pertinebat.Temere igitur tu nunc eum producis,non ego. Atqui ad præſentem etiam quęſtionem locus ille pertinet; imò verò a poſitionibus tuis uim validiorem aſſumit, quàm tunc habebat; nam ſi actiones ab inſtrumentis prodeuntes primò, & per ſe prodeunt a parte aliqua ſimilari;a toto inſtrumento per accidens,& ſecundario: per poſitionem tuam ſequetur, morbos inſtrumentales morbos non eſſe: morbi enim ſunt,qui primò,& per ſe actionem lædunt; at morbi inſtrumentales non poſſunt primò, & per ſe actiones lædere: cum partes inſtrumentales primò,& per ſe actiones non edant.Nec potes

diſſol-

dissoluere hanc obiectionem: & positiones illas tuas defendere; ego verò facilè dissoluam, asserens, nihil esse impedimento, quo minus morbi instrumentales primò, & per se lædant actiones; licèt instrumenta primò, & per se actiones non edant; nam morbum instrumentalem, aut similarem non constituit læsio actionis similaris, aut instrumentariæ, sed propria essentia; vnde quamcunque actionem lædat, morbus instrumẽtalis est: quamcunque vicissim lædat similaris, morbus est similaris. Niteris deinde demonstrare, partem similarem, 225 C quatenus similarem, non edere actionem instrumenti, sed quatenus D instrumentalem; meque huius sententiæ authorem facis: comprobasque ex Galeno lib. De Diff. Morb. cap. 3. scribente, carnem, quatenus caro est, consistere in compositione quatuor elementorum: quatenus verò est pars instrumenti cuiuspiam, in formatione, & magnitudine discrimen obtinere: hactenus Galenus. Tu uerò ita pergis: Musculus itaque est instrumentalis actionis prima causa, non quatenus hęc, vel illa temperie præditus, sed quatenus contrahi, & laxari aptus est. Hæc omnia ferè, vt reliqua, plena sunt mẽdaciis. Licet enim partes similares, vt concurrunt ad compositionem instrumenti, instrumentali natura participent, non edunt tamen actiones, quatenus ea natura participant, sed quatenus verè sunt similares; nam si verum esset, quod affirmas, Galenus statim falsa scriberet; imò verò pugnantia inter se. Sic enim actio prodiret primum, & per se, ab instrumento, contra quàm ipse statuit: inde consequeretur, eam a parte similari primò non emanare; imò verò fortasse, nec secundariò; ac (vt quod verum est asseram) pars similaris nec primò, nec secundariò, nec ullò alio modo causa esset actionis: quæ absurda sunt, & contra Galenũ. Verùm quòd pars similaris tanquam similaris agat, docet primo Methodi cap. 6. Est, inquit, instrumentum oculus: actio verò visio: vna ex particulis eius similaris, ac primum visionis instrumentum cryställinus humor: id nanque est, quod alterari debet ab aliquo extrinsecus occurrentium colorum, vt animal videat. Alterari verò non potuit, nisi purum omninò perspicuumque esset; at purum ita, perlucidumque esse non posset sine eo, quod nunc obtinet, temperamento; quippe ostensum est, vnamquanque rerum talem esse, qualis est propter calidi, frigidi, humidi, & sicci temperamentum. Ideoque si quid horum magnopere immutatum sit, aut planè non videbit, aut malè videbit animal. Vltima hæc verba declarant, humorem cryställinum authorem esse visionis suo temperamento: & destruunt præcipuum propositum tuum contra me intentatum: morbos similares non læde-

re actiones instrumentales primò, & per se: hinc enim patet, morbos ex intemperie vitiare instrumentorum actiones: ostendunt quinetiam, te valde hallucinari, cum in quarta Paracels. & in Thesi 38. De Melanchol. scribis, receptionem colorum in humore crystalloide actionem esse purè instrumentalem; cum propter conformationem, & leuitatem in eo sistantur, sicuti in polito quodam speculo rerum oppositarum imagines sisti solent; apertè enim Galenus asserit, actionem illam a temperamento exoriri. Hinc etiam patet, te plurimum a veritate aberrare, cum affirmas, musculum mouere crus, non quatenus similarem: sed quatenus contrahi, & laxari aptus est: quod a structura ipsa proficisci contendis. Sciendum nanque est, licet musculus sit author motum omnium voluntariorum, veluti incessus, nō totum musculum eam vim obtinere, sed fibras eius tantum, quæ corpora sunt uerè similaria, quas si contrahi, & extendi uis facultate instrumentali, difficile est inuenire, quæ nam sit; nam figura non est, nō superficies, non cauitas, non magnitudo, non numerus, non situs, non compositio; instrumentalis itaque non est, nisi nouam naturam instrumentalem fingas, vt in coloribus fecisti. Præterea cum facultates naturales attractio, retentio, expulsioque, fibris celebrentur, quæ contrahuntur, & laxantur vi temperamenti: unde & tu Thesi 13. earum actionem purè similarem fateris esse: cur & fibras musculorum vi tēperamenti extendi, & contrahi negabimus? nam licet hunc motum anima, non natura imperet, a propria tamen temperie sortiuntur, ut animæ imperia exequantur. Credendum est itaque partes istas similares non facultate instrumentali, sed similari agere. Id clarius adhuc Galenus aperit septimo Meth. cap. 2. & 3. in illo enim tradit, actiones prouenire a parte similari: in hoc a temperie partis. in cap. 2. itaque sic scribit. Reuertamur nūc ad morbum eum, qui omnium est primus, nempè qui in similaribus nascitur, quibus scilicet primum animātis functiones referuntur acceptæ. Si quidem monstratum in aliis operibus est, quemadmodum instrumentalium quamque partium aliquid agere dicamus, ueluti oculum uidere, aut crus ambulare; esse enim sicuti id, quod præcipuum est actionis crurum, non cruris totius, sed musculosi in eo generis; sic uisionem, non oculi totius, sed crystallini in ipso humoris: ac in reliquis quibusq; organis ad portionem. Cap. 3. sic. Ergo quoniam vnaquæque animalis particula propriam actionem edit, quæ tantum ab aliarum actionibus differt, quantum ipsa particula ab aliis, quæ illas edunt, est diuersa. Differt autem ab aliis particula quæque, eo quòd calidior, vel frigidior, vel siccior, uel humidior

midior fit: aut quod binis horũ quibuslibet sit affecta; qui tueri actio » nem vult, hic temperamentum earum custodiat oportet. Ex duo- » bus his locis habetur, actiones instrumentorum celebrari ab una parte similari instrumenti, & partem illam similarem temperamento agere. Pars itaque similaris celebrat actionem instrumenti tanquam similaris, non tanquam instrumentalis, vt tu somniabas. Dubitabit aliquis, Galenus passim asserit, visionem esse oculorum actionẽ: auditum aurium: incessum crurium: apprehensionem manuum: & tandem omnes actiones ad instrumenta refert: quomodo igitur ab vna parte similari eas prodire affirmat? Ex iam dictis facilè soluitur dubitatio; nam unumquodque instrumentum multis ex partibus constat; quarum una tantum author est actionis: reliquæ uerò vsum præstant; unde particula ea si esset sola, & sine usum præbentibus, actionem illam non ederet. Rectè igitur dictum est a Galeno, actionẽ primò prouenire ab illa propria similari: secundariò uerò ab instrumento; unde præter locos ante citatos in libro De Sangu. Miss. primarias actiones a similaribus perfici ait: ab instrumentis uerò secundarias. At hinc nouæ quæstionis oritur occasio, nunquid una, eademque actio primaria sit, & secũdaria: primaria ratione propriæ similaris; secundaria ratione instrumenti: an diuersæ sint actiones. In libro De Constitutione Ar. cap. 4. uidetur indicare, actiones hasce esse diuersas, ut in incessu demonstrari potest; incessus est actio cruris, quam ex omnibus cruris particulis soli musculi celebrant; qui cũ plures sint, alii contrahunt crus, alii extendunt, alii attollunt, alii demittunt, ex quibus motibus diuersis fit incessus; contractio itaq; musculorum, & extensio, elatio, & demissio, dici possunt actiones primariæ, totus uerò incessus actio secundaria, & rectè secundaria, quia ex primariis oritur: unde & totius instrumenti actio dicitur, quia ad eã celebrandam omnes ferè musculi concurrunt; idem dices de apprehensione; sed in aliis instrumentis difficile est distinguere actiones primarias a secundariis, ueluti in uisione: quare uisio ipsa & primaria, & secundaria est: primaria humoris crystallini: secundaria totius oculi. Hæc cursim in studiosorum gratia scripta sint: quanquam conferent etiam decretis nostris in hac altercatione. Concludis 215 D tandem, & confirmas positionem tuam authoritate mea, sumpta ab initio libri quinti, quæ nihil ad rem; licet enim asseram, morbos ex intemperie organicos nunquam esse: neque organicos ex intemperie: morbi tamen ex intemperie actiones organicas possunt lædere: & organici actiones similarium, ut ad satietatem iam demonstratum

sentem altercationem facere: imò verò ineptias, & deliria tua funditus euertere? Nam si suppresio urinæ morbum quidem indicat, sed non certum, & determinatum, non similarem, aut organicum: quis hinc non colligat, morbos similarium non lędere solas actiones similarium necessariò, nec organicos organicas solas? Si enim ita læderent, actio similaris læsa semper morbum similarem: & organica organicum indicarent. Considera iterum, an locus ille ad pręsentem dissertationem faciat. Sed grauius adhuc deliras, & clarius patefacis tuam in artis operibus inscitiam, ac miserorum ægrorum infelicitatem, qui tibi se committunt. Cum enim recta curandi ratio a recta morborum, & partium morbo affectarum dignotione depromatur, declaras (vt in præfatione etiam indicaui) te huius disciplinæ penitus esse ignarum, cum sic ante citata uerba scribas. Nulla hic fuit du 226 C
„ bitatio, quin urinæ suppresio morbus fuerit instrumentalis, nempè
„ obstructio. Quare non de morbo quærere Galenus iubet, sed causam
„ eius inuestigare, quę multiplex esse potest, præcipit; & actio læsa, &
„ eius causa hic est nota: sed ignota est causa. Vrinæ suppresionẽ, mor
bum esse scribis, quod fortasse a Galeno tuo discere potuisti: apud uerum Galenum autem urinæ suppresio est actio læsa, & symptoma. Præterea ego quidem ornamenta oratoria, quæ obscuritatem nō pariant, ut non affecto, ita cum se offerunt, non reiicio: at tu hic ludis in ambiguis, cum causam notam, & ignotam esse scribis: quod medicus peritus fortasse percipiet, at tyrones hæsitabunt, & ænigmata se legere putabunt; quanquam nec falsitas ab hac sentẽtia abest. Cum enim causam notam esse ais, & per causam morbum intelligis, qui suppressæ urinæ causa est, hoc falsum est; neque enim si urina supprimatur, semper propter obstructionem supprimitur; atque id ex eo Galeni loco ita apertè patet, ut me pudeat hac de re tam euidenti apud Galenum tecum altercari; sic scribit Galenus. Subiiciamus aliquem tri- „
„ bus diebus nihil urinæ reddidisse, nonne protinus, in qua corporis
„ parte fit huiusmodi accidentis causa, inuestigabimus, an in renibus,
„ aut ureteribus, aut uesica, aut urinæ fistula? Cum urinæ suppresio no
ta sit, iubet hic Galenus primò inuestigandum esse locum affectum: unde patet eum non esse manifestum, cum signis aliis sit inuestigandus; iubet deinde causam inuestigare suppressę urinæ, quæ necessariò morbus est, cum actionis lęsę causa sit morbus. Quare nec morbus est notus; & multiplex esse potest, & aliud, quàm obstructio; ac (ut summatim agam) in tota sequenti oratione uaria signa describit, quibus locus affectus, & morbus innotescunt. Quare non recitabo Galeni seriem,

riem;nam ſtudioſis ueritatis,licet rudibus, hæc ſatis ſuperq; eſſe puto.Tibi verò,quem nec Apollo,nec Muſæ omnes doceant,ne ſi omnia quidem recenſerem,ſatis eſſent. Si actiones læſę ſtatim morbum,& locum affectum indicarent, facilis, & breuis eſſet diſciplina partis diagnoſticæ:nec quærendi eſſent receſſus,& otium, ut percipi poſſet, quos labores uideo te declinaſſe, & tempus, quod iis ſtudiis
227 A dedicandum fuerat,in nectendis ſophiſmatis (ne aliquid deterius di-
B.C.D cam) contriuiſſe. Hic multas nugas interſeris,tandem ad eandem
228 A diſputationem reuerſus,mihi ſolitas tuas contradictiones impingis.
228 B Negat, inquis, ſe corrumpere artem dignoſcendi morbos, ſi ex
» actione ſimilari,uel organica læſa non licet inferre,partem ſimilari,
» uel inſtrumentali morbo laborare. Quod ut intelligatur, ego libro
» quinto.cap.27. ſic ſcribo. Obiiciat hic mihi quiſpiam,peruertere me
» ac corrumpere artem cognoſcendi morbos. Nam ſi ex actione ſimi-
» larium partium læſa non poſſum concludere, morbum eſſe in parte
» ſimilari,quomodo morbum hunc cognoſcam? idem dixeris de actio
» ne inſtrumentali; idem de actione ab unitate proueniente. Quibus uerbis indico,ex actionibus læſis non poſſe certo morbos cognoſci;
„ eodem tamen in cap. paulo ante ſic ſcribo. Nec Galenus ex morbis
„ indagauit actionum læſiones, ſed contra potius, ex læſis actionibus
„ morbi definitionem,& morbi genera,& differentias inueſtigauit:cũ
„ actionum noxa ſit notior,quàm morbi eſſentia. Quibus uerbis indico, ex actionibus læſis morbos inueſtigari. At hęc ſentẽtia repugnat ſuperiori. Cum quid repugnans ſit, aut conſentiens, nunquam intellexeris, tuas mihi repugnantias paſſim obtrudis, inter quas mirus eſt conſenſus, ut hoc etiam in loco. Vtraque enim ſententia uerisſima. Quomodo hæc ſecunda uera ſit, demonſtraui tribus primis capitibus libri primi, ubi ex læſa actione, Galenum ſecutus, uenatus ſum morbi definitionem, & ex definitione genera ſumma morborum. Veram etiam primam eſſe hactenus euidentisſime demonſtraui; uera eſt itaque utraque ſententia, & etiamſi uideantur repugnare, non repugnant tamen. Cum enim dico, actionem læſam morbum indicare, morbum abſolutè capio; abſolutè enim ubi actio lęſa, ibi morbus; quomodo enim aliter, cum actio nulla læſa eſſe poſſit, ubi morbus non ſit? cum uerò nego actionem læſam morbũ indicare, certum,& determinatum morbum intelligo, quia urinę ſuppreſſio indicat quidem in aliqua parte corporis morbũ eſſe, ſed quisnam morbus, non indicat; ut latè demonſtrauimus. En quàm facilè concilientur duæ illę ſententię, quę tibi uidentur repugnantes.

Quam

Quam conciliationem eo etiam in loco non semel indicaui, si inuenire uoluisses.

DEFENSIONIS SEXTAE PARS SECVNDA, *in qua demonstratur, Ratiocinationem non esse actionem mistam ex similari, & instrumentaria.*

SECVNDVS error fuerat, quòd ratiocinationem actionem esse mistam ex similari, & instrumentali asserueris contra Galeni sententiam, qui actionem eam a tẽperie cerebri emanare affirmat; sed de hac parte nihil scribis: supponis tamen quasdam theses, quibus nodum hunc explicasti. Verum in his thesibus aliter 227 C D sentis: aliter in quarta Paracelsica. Illic enim ratiocinationẽ actionem mistam esse ex similari, & instrumentali constituis; thesi uerò septima, instrumentalem; sed percurramus, quæ scribis in illis thesibus de ratiocinatione tantum, nam alios errores tuos præteribo. Sexta thesi ratiocinationem ais propriam esse cerebri operationem: qua in re rectè sentis; sed hoc statim positionem tuam euertit; quanquam putem, te non intelligere, quæ nam sit actio propria alicuius partis. Cum itaque apud Galenum actio propria dicatur, ut distinguitur a communi, id quod latè ipse declarat 6. de Decre. cap. 8. & 4. de Vsu Part. cap. 12. proculdubio ratiocinatio est actio propria cerebri non communis; communes enim sunt, quæ a uenis, & arteriis, & neruis emanant, quia omnibus corporis partibus communes sunt. Alio etiam modo propria est, declarato a Galeno 2. De Loc. Aff. cap. 9. quia a propria substantia cerebri celebratur, non ab aliquo eius instrumento. Cerebrum enim uidet, & audit, sed oculis, & auribus; quare uisio, & auditio non sunt propriæ eius actiones; ratiocinatur uerò propria substantia, quare uerè propria est eius actio. Cũ itaque propria sit, & ab eius substantia prodeat: ac ex locis Galeni nunc citatis, & ex demonstratis a nobis in prima huius Defensionis parte, actiones a propria substantia prodeuntes a temperie prodeãt; certum est ratiocinationem a cerebri temperie prodire; unde sequitur, septimam tuam thesim esse falsam, qua statuis, hanc actionem esse instrumentalem, non similarem; sed adest alius in eadem error turpissimus, cum morbos lędentes hanc, & alias principes actiones, necessariò instrumentales esse statuis; nam primum, etiamsi uerum esset,

conditionem esse captiosam, includit enim, si rectè ęstimes, sophisma Zenonis Eleatæ refutatum ab Aristotele 7. Physic. 38. Quòd minima quæque particula partis similaris integræ eadem sit prædita tēperie, qua tota pars, & concurrat pro sua quæque portione ad actionem totius partis celebrandam, negari non potest; quòd verò per se totam actionē celebrare possit, nemo sani sensus dixerit. Quare licèt quælibet particula cerebri ratiocinari non possit, totum tamen potest. Functiones naturales, quas concedis esse purè similares, fibris celebrantur longis, transuersis, obliquis: vnde fibra longa attrahit, transuersa expellit, obliqua retinet; non est tamen dicendum, in particula quaque fibrę eandem esse vim, quæ in tota est, sed vnamquamq; concurrere ad actionem celebrandam; quis enim minimam quanq; particulam eandem habere vim cum toto asseueret? est itaq; hoc sophisma, non argumentum. Argumentum, quod decimatertia thesi, & duabus sequentibus continetur, ex falso manat principio; statuis .n. solas functiones naturales esse purè similares, attractricem, retētricē, expultricem, alteratricem: at ratiocinatio nulla est ex istis, ergo actio similaris non est; sed falsum est, solas actiones naturales esse similares, cum Galenus (vt multis ante probaui) propriam actionem instrumenti a temperie vnius partis tantum emanare constituerit; vnde sexto De Decretis ante citato; Ex propria, inquit, specie substantiæ propriam etiam esse functionem oportet: porrò qualis est pulmonis substantia, talem nullam aliam inuenies: cerebri item corpus id est, quale nullū aliud. Quis neget hic proprias cerebri functiones, vt a communibus distinguuntur, & ab iis, quas instrumento aliquo cerebrum celebrat, a substantia cerebri prouenire? In septimo etiam de Anatome cap. 8. ait, omnes peritos naturæ interpretes tum philosophos, tū medicos fateri, actiones substantiæ proprietatem imitari. Quid verò sit hæc substantia, declarat primo De Vsu Part. cap. 9. cum asserat nihil esse aliud, quàm temperamentum calidi, & frigidi, humidi, & sicci; quinto etiam De Loc. Aff. cap. 6. Porrò, inquit, omnium facultatum essentiam in peculiaribus partium temperantiis consistere didicistis. Hinc igitur sequitur, actiones, quæ a substantia partium emanant, a temperie emanare. Quamobrem ratiocinatio etiam, & reliquæ principes actiones, cum a substantia cerebri prodeant, a temperie cerebri prodeunt necessariò. Incommodum, quo aduersarium vrges quintadecima, ridiculum est; nam ratiocinatio, vt propria cerebri actio est, ita a propria eius, & aliis omnibus dissimili substātia producitur; a sola itaque substantia similari cerebri, non ab aliis simila-

ribus procedit. Quare incommodum risu explodendum. Argumentum decimæsextę redolet & ipsum petitionem principii; sumis enim pro concesso, actiones similares a morbis similaribus tantum; & organicas ab organicis lædi: quod non solum non est concessum, sed sępe a me refutatum; facilè itaque respondebo, ratiocinationem; etiam si actio similaris sit, a morbo organico lædi posse; & ideo argumentum nullum est. Possumus etiam dicere, etiamsi subitò erumpat delirium, non tamen subitò genitam esse intemperiem, sed paulatim contractam, vt ferè fit in deliriis ex primario affectu cerebri concitatis; nam de his intelligendum est, ac sanè antequam delirium apertè erumpat, solent eius præludia quædam antecedere. Quare de his rectè dici potest, quod tu asseris de febribus in thesi huic succedente; cum præsertim deliria in febribus soleant euenire; sed cum certo constet ex Galeno, vt in principio demonstrauimus, actiones istas, vt plurimum, morbis ex intemperie vitiari, licet etiam morbis organicis interdum deprauentur, hoc non solum non destruit decreta Galeni, sed confirmat, quòd actiones cuiuscunque generis a quocunque morbo lædi possunt; atque hinc corruit etiam argumentum decimę octauæ. Ad argumentum decimænonę facilis est responsio; cum enim solutio continui temperiem ex se non lædat, vt demonstraui libro 5. cap. 27. argumentum est a me: dicam enim tunc non vitiari actiones cerebri, quia temperies eius non vitiatur: sed si cerebrum vulneratum contrahat inflammationem, actiones eius uitiantur, quia vitiata est temperies. Ad vigesimam etiam ex antea dictis facilis est responsio, totum illum apparatum, structuram, & ornatum cerebri vsum ingentem afferre omnibus actionibus eius tam communibus, quàm propriis: imò verò sine illo apparatu eas non posset edere; si iecur esset solum, & nudum parenchyma sine arteriis, neruis, venis, sineque meatu ullo, quomodo, & ex qua materia sanguinem gigneret? non est tamen dicendum, naturam instrumentalem hepatis esse sanguificationis opificem, sed vsum tantummodo præbere, asserendum est; vnde cum in fine vigesimætertiæ cõcludis, admirabilem illam fabricam ad functiones animales conferre, insciens, & nolens fateris quod verum est, & semper a me concessum, fabricam instrumentariam cerebri conferre ad actiones animales; sed addendum, licet conferat, non esse tamẽ earum causam primò, & per se; quod & si antea sæpe comprobatum sit Galeni authoritate, aliam tamen nunc etiam addam; octauo itaque De Vsu Part. cap. 13. cum reprehendisset *Erasistratum*, qui uarios plexus in cerebro esse asseruisset: propterea

rea quòd homines mente, & ratiocinatione cætera animantia superant, subiungit. Melius autem fortè fuisset existimare, intellectum se- „ qui non compositionis varietatem; sed corporis, quod cogitat, atq; „ intelligit, quodcunque id sit, bonam temperiem; neque enim boni- „ tas, ac perfectio intellectus multitudini spiritus animalis potius vi- „ detur attribuenda, quàm qualitati. Non obstat itaque argumentum tuum decretis nostris. Nec thesis vigesimatertia eis repugnat, etiã si concedatur quicquid in ea scribis; nam (vt patet ex vltimis Galeni verbis nunc recitatis) si ratiocinatio prodiret a spiritibus, ab eorum temperie prodiret; sed thesis illa plena est mendaciorum. Verum quidem est (vt asseris) spiritum primum esse animæ instrumentum: verum est etiam, cerebri substantiam non esse animæ instrumentum, sed quod inde infers falsissimum est, ratiocinationem prodire a spiritibus, & non a substãtia cerebri; cum enim dictum sit, eam esse propriam cerebri actionem, a cerebri substãtia emanet necesse est. Quare substantia hæc instrumentum quidem animæ non est, sed domicilium; insidens itaque anima cerebri substantiæ, actiones obit, aut per se, aut per instrumenta. Motum, & sensum instrumentis obit, & eis facultatem per spiritus animales impartitur; ratiocinationem verò, & alias principes actiones per se obit sine aliis instrumentis: & hoc consentit cum disciplina Aristotelis asserentis 3. De Ani. sexto, in „ tellectui nullum esse instrumentum, vt sensitiuo; & licet ex decretis Galeni sæpe ante explicatis hoc euidentissimum sit, ex septimo tamẽ De Decretis cap. 3. id reddam euidentius; nam ibi non solum decreta sua exponit, sed eorum etiam demonstrationes ex apparentibus texit; ait igitur sic. Ex quibus sensui patentibus rebus suspicari pos- „ set fortasse aliquis, alterum ex duobus, vel si incorporea est anima, „ spiritum illum, qui in cerebri uentriculis continetur, primum animæ, „ quasi domicilium esse; vel si est corpus anima, eundem illum spiritũ „ esse animam; sed quia videmus collisis uentriculis animal paulo post „ rursum sentire, & moueri, neutrum horum sentiendum est. Rectius „ verò erit, si existimemus, in ipso quidem cerebri corpore habitacu- „ lum animæ esse, qualiscunque substantia eius fuerit, nondum enim „ de hoc consideramus. Sed primum ipsius instrumentum ad sensus „ omnes, & item ad motus, qui ex appetitione fiunt, hunc esse spiritũ: „ vnde fiat, ut exinanitus, animal minime uita priuet, sed stupidum, sen „ su, motuque erepto, tantisper reddat, quo ad rursus collectus restitua „ tur. At si spiritus animæ substantia esset, fieri nullo modo posset, quin „ simul atque ipse esset euacuatus, continuo quoque animal interiret. „

Et post aliquot uersus demonstrationem eandem repetit his verbis.
„ Hoc itaque idem membrorum ipsa fabrica præ se ferente, didicimus
„ spiritum hunc animalem, neque substantiam animæ, neque domici-
„ lium eius, sed primum tantum instrumentum esse, eo quòd, cum ex
„ vulneratione fuerit euacuatus, illico animal quasi mortuum collabi-
„ tur: cum iterum colligitur, reuiuiscit. Ex his, & aliis ante demonstratis patet, actiones istas principes non aliunde produci, quàm a cerebri temperie, quæ a lædentibus has actiones, & corrigentibus comprobari possunt, vt docet idem Galenus 3. De Loc. Aff. cap. 5.

Vigesimaquarta thesis vim habet decimętertiæ; quare eodem modo confutanda est. Conclusio, quam vigesimaquinta colligis, conceditur; nam, vt paulo ante demonstratum est, cerebri substantia primum instrumentum animæ non est, sed eius domicilium. Vigesimasexta, vigesimaseptima, vigesimaoctaua, ponentes spiritum primũ animæ instrumentum, consentiunt iis, quæ hactenus demonstraui; nam quòd sensus, & motuum voluntariorum sint instrumenta, omnibus concessum est: quòd verò actionum etiam principium, nõ caret controuersia: imò verò potius sentiendum est, has actiones proueni re a cerebri substantia; non enim essent propriæ cerebri actiones, si instrumentis indigerent, ut paulo ante demònstrauimus; cum cerebrum per oculos videat, per aures audiat, spiritu animali ad sensoria illa, & reliqua facultatem transmittit: at cum per se author sit principium actionum, non indiget vehiculo, facultatem earum ad alias partes deferente; nec uelocitas earum actionum arguit, eas a spiritibus celebrari, cum ipsę velociores sint spiritibus. Nauim Vlisis cogitatione velociorem, per hyperbolem, fuisse scribit Homerus, nihil ea velocius ne excogitari quidem posse indicans; sunt spiritus proculdubio instrumenta sensus, & motus, vt velocissimè exequantur imperata animę sentientis, & motricis. At anima ipsa, sensuum, & motionum author, longè uelocior. vnde & Galenus 3. De Dignos. Pul. cap. 1. ait. Mentis transcursum esse uelocissimum. Quare actiones principes, cum suapte natura uelocitatem omnem exsuperent, non egent spiritibus, aut alio instrumento. Altimarus in pulcherrimo quæsito, quo probat principes functiones ab anima non in uentriculis, sed in corpore cerebri exerceri, statuit, has etiam facultates eo spiritu animali pro organo præcipuo uti, qui per corpus cerebri disseminatus est, hac potissimum ductus ratione, quòd spiritus ille, nisi organũ esset huius facultatis, frustra esset. Cum enim spiritus animalis in vẽtriculis contentus, sit instrumentum, & vehiculum facultatum sensibilium,

lium,ac motricum ad instrumenta sensuum,& motus,necesse est,hũc spiritum per corpus cerebri diffusum, aut facultatum principum esse instrumentum,aut frustra esse progenitum; sed facilè respondetur. Cum enim motus,& sensus etiam a cerebro procedant, sed per propria instrumenta celebrentur, facultas hæc distribuitur prius spiritibus his per cerebrum disseminatis,deinde per illos ad spiritus ventriculorum deferuntur:& ideò frustra progeniti non sunt. Declarat hoc „ Galenus 7.De Decretis in calce cap.7.cum dicat, hunc spiritum per „ totum cerebrum diffusum esse,cuius postea particeps factus oculorũ „ spiritus, lucidus efficitur.Hanc rationem cum leuem esse intelligeret & uir ille doctissimus, in progressu orationis conatus est demonstrare,hunc spiritum non fuisse genitum incassum,etiamsi facultatũ principum instrumentum non sit. Verum est Galeni locus 8.De Vsu Part. cap.13.quo apertè asserit,bonitatem, & perfectionem intellectus nõ „ multitudini spiritus animalis potius, quàm qualitati esse attribuen- „ dam;est itaque hic spiritus principum etiam facultatum instrumentum; sed & hoc facilè diluitur. Nam Galenus ibi non determinat, quod nam sit corpus,cui facultas illa insidet: quod patet ex uerbis statim præcedentibus;reprehendens enim Erasistratum,Melius,inquit, „ fuisset, existimare intellectum sequi non compositionis varietatem, „ sed corporis,quod cogitat,atque intelligit (quodcunque id sit)bonã „ temperiem. En quomodo per uoces illas, quodcunque id sit, Galenus indicat, se indistinctè loqui; unde si corpus illud spiritus sit,perfectio intellectus ab eius bona tẽperie prouenit potius, quàm a multitudine; alibi verò & 7.De Decretis potissimum (vt antea demonstrauimus) statuit cerebrum esse animæ domicilium, non spiritum; spiritum verò eius esse instrumentum,& uehiculum in sensu,& motu distribuendo; sic enim semper locutus est, & nunquam id scripsit de principibus facultatibus;imò uerò libro De Ocul.parte 2.cap.1.asserit, cerebrum per se principes functiones edere, sensum,& motum per instrumenta. & In Art.Med.cap.12.has actiones a solo principio prouenire ait; nisi dicas hos spiritus his facultatibus etiam vsui esse, cum ad eas species sensibiles deferant. In uigesimanona corrumpis quicquid boni casu,& temere potius, quàm consulto in uigesima secunda scripsisti, statuens, cerebri structuram ad eius actiones conferre,quod ego etiam fateor; at hic pronuncias. A cerebri structura, „ vt pote parte animata,primò produci operationes principes, & ani- „ males,quod est contra multa Galeni dogmata. Primùm contra illud, quo admonet,inuestiganti propriam instrumenti actionem,quæren

dam

dam esse partem instrumenti, quæ nulli alteri sit similis: hæc enim primò, & per se actionis causa est, instrumentum ùerò secundò; est & cõtra dogma illud; In instrumentis esse vnam tantum particulam, quæ actionis causa sit, reliquas verò usum aliquem afferre: at si a natura instrumentali nascatur actio, partes instrumentum constituentes nõ tantum vsum afferent, sed actionis etiam opifices erunt, est & contra id, quod Galenus censet; Actiones omnes exoriri a temperie, & temperiem constituentibus. Præterea sumis tanquam concessum, quod controuersum est. In trigesima si sentis, spiritus animales instrumenta esse quarundam facultatum animę, tecum sentio; nec mirum est, facultates aberrare a suis actionibus vitio solo spirituum: quia cũ instrumenta vitium aliquod contrahunt, non possunt rectè exequi, quod facultas imperat. Quòd si aberrare faciunt principes etiam facultates, non ideo sunt earum instrumenta, quia non sunt causæ primò huiusmodi errorum, sed cum primò sensus aberrare faciant, hic error ratiocinantem etiam, & imaginatricem animam seducit, vt in vertigine; motus enim spirituum inordinatus visionem ita vitiat, vt omnia circumagi appareant: quod animæ partem etiam imaginatricẽ, deinde ratiocinationem decipit. Verum affirmas, spiritus esse instrumenta principum etiam actionum, imò verò primas causas, vt apparet ex thesibus sequentibus; quarum tres prius occurrentes multis, & turpissimis scatent erroribus; statuis primum, spiritum non amplius instrumentum, sed subiectum facultatum, & in earum vitiis locum affectum; quæ non solum Galeni authoritatibus, & demonstrationibus ante descriptis repugnant, sed etiam tibiipsi, qui hactenus spiritus instrumenta esse asseuerasti; statuis eos esse partes corporis, quod non admittitur ab omnibus: eos deinde partes similares esse ais, quatenus temperie prædití sunt: instrumentales quatenus seruiunt instrumentis, at seruiunt instrumentis, ergo instrumentales; quæ nam consecutio est hæc? oculus constat ex multis similaribus, veluti tunicis, & humoribus etiam, ergo vnaquæque tunica instrumentalis est, vnusquisque humor instrumentalis, quia vnaquæque ex illis, & vnusquisque ex his seruiunt instrumento oculi? At si instrumentales sunt, natura aliqua instrumentali præditi sint necesse est. Vbi igitur est figura, cauitas, & superficies spirituum horum, quo numero præditi sunt, qua magnitudine, situ, & connexione? Lucidi sunt, inquis, tenues, subtiles, puri, mobiles: quæ qualitates si immutentur, etiam si tẽperies nullam noxam contraxerit, principes actiones læduntur; sed si hæ qualitates instrumentariæ sunt, & earum vitia principes lædunt actio-

actiones,morbi sint uitia illa oportet:addendi itaq; erunt noui morbi instrumentarii Galeni morbis:quod quomodo faciendum sit,tuũ erat docere. Quàm verum est Aristotelicum illud, Pauca considerantes facilè enũciare. Haud mihi persuadere possum,te adeò infelicis,& peruersi esse ingenii, ut, si minimam adhibuisses consideratio-nem,hæc enunciaturus fuisses. In illa tua infami Anatome quidquid in buccas illas inflatas veniebat,effundebas,vt multos repleres quinterniones,quos ante nundinas ederes.At in thesibus istis non iracundia dictatis,sed ante librorum meorum editionem excogitatis, & in auditorio discussis,quis te tantus stupor oppresit, vt tot portenta cõfingeres, & qualitates illas instrumentales esse statueres, quas Galenus passim affirmat temperamentum sequi?& potissimum primo De Vsu Partium cap.9.Exoriuntur itaque hæ qualitates ex temperamẽto;& ex immutatione temperamenti immutantur; quod clarè indicauit primo Meth.cap.6.cum scripsit, humorem crystallinum purum esse, & pellucidum propter temperamentum:quod idem de spiritibus affirmandum, non mutari eorum qualitatem, nisi ob intemperiem; possent quidem vapores ascendentes a partibus inferioribus turbare spirituum puritatem, & tenuitatem:at affectus ille per consensum esset. Quòd autem qualitates hæ spirituum plurimum conferant tanquam qualitates non instrumentariæ,sed temperamentum consequẽtes ad motum,& ad sensum,verum est,& demonstratur a Galeno primo De Sympt.Cau.cap.2.in sensu visus apertissimè, cum sic scribit. Simili modo & animalis spiritus, uel ad unguem purus est, qualis æther:vel nebulæ ritu humidus,ac turbidus:præterea in modo substãtiæ vel plus eius habetur,uel minus. Ac si quidem multus est,& æthereus etiam,quæ longissimè absunt uidet,ac perfectè discernit;sin paucus est,& purus,quæ propè sunt,exactè dignoscit:quæ procul absunt non uidet; quòd si humidus simul,multusque est,longissime quidem uidet,sed non exacte;sicuti etiam si humidus simul,exiguusq; est, nec exacte,nec longissime uidet. Verùm spiritus ipse principes actiones nec promouet,nec inhibet per se, nisi fortasse per accidens, vt ante dixi;ratio est,quia earum instrumentum non est, quippe cum sint actiones propriè cerebri,& ab eius substantia manantes: quod cũ passim scriptum reliquerit Galenus, miror te id nusquam obseruasse. Ego uerò licet id plenius demonstrauerim,tamẽ locum repetam, cui reniti nemo possit:& est in Ar.Med.cap. 12. Quo in loco principes actiones a principio ipso statim emanare statuit,& eius temperamenti,ac substãtiæ esse indicia.Cum uerò enarrans qualitates spirituum,

dicas

dicas, eos esse tenues, & subtiles, cur non dixisti etiam, quod nam sit discrimen inter tenues, & subtiles? Quidquid igitur ponis in quatuor istis thesibus, quomodocunque ponas, falsum, & portentosum est. In trigesimaquarta obiicis quædam somniis, & figmentis tuis: quam obiectionem putarem a me desumptam esse ex lib.4.cap. 2. nisi viderem, positiones istas tuas ante librorum meorum publicationem fuisse disputatas; sed siue a me sumpseris, siue ex te cogitaueris, obiectio uerissima est, & refutari non potest. Nec minus uera est, quam proponis in trigesimaquinta, quæ confirmari potest ex cap.12. Art. Med. ante a me citato; adeo autem ueræ sunt obiectiones illę, ut fortasse in tota illa tua disputatione nihil aliud ueri contineatur, quodq; artem medicam sapiat. In trigesimasexta soluis priorem obiectionem, negans, uere esse de sen tentia Galeni, particulam propriam uniuscuiusque instrumenti suo temperamento causam esse actionis. At nos iam demonstrauimus id uerum esse; nec eo incommodo urgetur hęc Galeni sententia, quòd nullus esset morbus purè instrumentarius: quia (ut ego demonstraui) morbi essentia non oritur ab actionum læsione, sed a mala dispositione partium, quæ si instrumentalis est, morbus etiam est instrumentalis: si similaris, morbus est similaris. Quare non sequitur ullo pacto tuum illud incommodum, quòd nullus esset morbus uerè instrumentalis. Ac cum hæc sit principalis nostra cõtro uersia, si dixero, te hic principium petere, non fallar, cum id pro con cesso assumas, quo de contendimus. Licet enim hanc disputationem ante libros meos confinxeris, cum tamen eam Anatomę tuæ adiungas, ut accusationi meę respondeas, perperam pro concesso assumis, quod accuso. In trigesimaseptima distrahis Galeni locum ex 1. Methodi. cap. 6. in tuam sententiam, inuitissimo ipso Galeno; nunquam enim ex eo extorquebis, intemperiem crystallini humoris uitiare uisionem, uitiata prius dispositione instrumentali. Nec puritas, luciditas, & candor humoris illius sunt dispositiones instrumentariæ, sed qualitates temperamentum consequentes, ut antea demonstratum est. Quare & in trigesimaoctaua hallucinaris, cum uerba Galeni ita sonare contendis: Galenus enim apertè scribit, luciditatem, & puritatem humoris crystallini ab intemperie exoriri, & propterea nõ sunt qualitates instrumentariæ; sed hoc iam confutatum est. Quare & ratio, quam producis, alterationem scilicet a contrariis fieri, contra te est; nam a contrariis & hic celebratur. Si enim a bona temperie prouenit humoris illius puritas; a mala prouenit impuritas: purum autē, & impurum: malum, & bonum temperamentum contraria sunt.

Tri-

Trigesimanona eiusdem est farinæ cum superioribus;& sæpe a me refutata:cum demonstratum sit consecutionem illam bonam non esse: Morbus est instrumentalis, ergo actio ab eo lęsa instrumentalis: cum hæc eadem actio ab intemperie etiam lædi posit. Quare licet morbi quidam instrumentales humoris crystallini visionem lædant, morbi etiam ex intemperie eam lædunt: vt planè demonstrat Galenus 1. De Sympt. Cau. cap. 2. eius humoris morbos in octo intemperamentis constituens. Quadragesimatertia respondes obiectioni idolorum, quam trigesimaquinta proposuisti; probans exemplo aeris commoti, & aquæ leniter fluentis, in spiritibus spectra recipi; at nemo id negat; imò verò id pro explorato habendum est, si spiritus deferunt hæc spectra animæ, recipiant etiam necesse est: at non retinent, vt colligitur ex Galeno in Ar. Med. cap. 12. Si enim ipsamet cerebri substantia nimis fluida idola non retinet, multo minus ea retinebit spiritus, cum tenuissimus sit, assiduè moueatur, dissipetur, & regeneretur; sed timeo cum putida hæc mihi stomachum subuertant, ne idem lectoribus faciant: quare paucas alias theses, quæ in hac difficultate versantur, prætcribo: cum eadem repetant, & iam sæpe confutata sint; nam aliarum positionum errores, quę altercationem nostram non attingunt, aliis disquirendos relinquam. Falsum est igitur, quod asseruisti in quarta Antiparacelf. ratiocinationem esse actionem mistam, hoc est similarem, & instrumentalem: & quod in Anatome asseruisti, eam esse organicam. Nam verè similaris est, cum a dispositione similari proueniat; non negauerim tamen, eam actionem instrumentalem etiam esse, cum a cerebro prodeat, quod instrumentum est; sed instrumentalis erit ex accidente, & secundariò, similaris verò primò, & per se.

DEFENSIONIS SEPTIMAE PARS PRIMA, in qua demonstratur, solutionem unionis, & naturæ, ab Erasto descriptam, figmentum esse.

IN vltima parte Anatomes duo facis, primum te purgas a calumnia a me illata: deinde arbitrum, ac iudicem eorum, quæ de soluta vnione scripsi, te constituis. Quantum ad purgationem calumniæ, nisi calumniam, aut verius errorem tuum, exponamus, non possumus, quid scribas, intelligere. Sic itaque scribo libro 5. cap. 25. 228 D

„ Nec Fuchſium ſolum & Alexandrinum ad has ineptias impulerunt
„ Argenterii argumenta, vt aſſererent in ſolutione continui tempera-
„ mentum diuidi, ſed Eraſtum etiam, qui in 4. parte Paracelſ. duas vni-
„ tates confinxit, alteram συμφυΐαν ideſt vnitatem: alteram συνέχειαν, hoc
„ eſt continuitatem: & prior, inquit, conſiſtit in ſimilitudine, ſiue vnita
„ te naturę, & temperamenti: poſterior in cohęſione partium ſpecta-
tur. Quantum ad primum calumniæ caput, negas, te vnquam eam
229.A controuerſiam in Argenterio, Fuchſio, aut Alexandrino vidiſſe: qua
in re quantum tibi ſit credendum, neſcio, cum ſuperius etiam nega-
ueris, te authores eos, & Vegam legiſſe, vbi ex tuiſmet verbis oſtendi
mus, te mendacem eſſe; ſed ſiue legeris apud eos, ſiue annos triginta
in Italia audiueris, parui refert. Secundum calumniæ caput, quod
229.B duas vnitates confinxeris, ſic purgas. Deinde in eo etiam calumnia
» eſt, quod me ſcripſiſſe ait, quod nec ſcripſi, nec dixi, nec cogitaui vn-
» quam, dum uixi. Verum nonne aperta, & euidens obiectio eſt, te duas
vnitates confinxiſſe? nonne eas & tunc confinxiſti, & nunc denuò cō
firmas? Quid non audebis negare, ſi ea, quæ palam ſcripſiſti, negas: &
dum negas iterum confirmas? ſanè perinde facis, atque olim condi-
ſcipulus meus apud ludi magiſtrū, qui cū per crucē Dei iuraſſet, quod
a magiſtro uetitum erat, & delatus interrogaretur, an delatio vera eſ-
ſet, negauit, & per crucem Dei iurauit, ſe per crucem Dei non fuiſſe
iuratū; cumque multis flagris cæderetur, nunquam flendo, & vocife
rando eo iuramento abuti deſtitit. Accuſo te, quòd duas vnitates con
finxeris, quas tuis etiam verbis in accuſatione expono, nunc verò ſic
229.B te excuſas. Summa eorum, quæ ibi habentur, hæc eſt; dolorem fieri tū
C ab intemperie, tum a ſolutione vnitatis; & ſi quis malit dicere a ſola
» vnitatis ſolutione gigni, id me libenter permiſſurum, modo vnitatē
» duplicem eſſe intelligat συμφύσεως, καὶ συνεχείας. His verbis proculdubio
fateris, te ſcripſiſſe, quæ obiicio. At inſiſtis, argumenta Argenterii
non te impuliſſe ad ea ſcribenda, ſicuti impulerunt Alexandrinum,
& Fuchſium, qui pronunciauerunt, in ſolutione continui partium ſi-
milarium, earum temperamentum etiam ſolui, & diuelli: te autem aſ-
ſeruiſſe temperamentum ſolui ab alterantibus, non a pungentibus,
& ſecantibus Sed quid ego in te reprehendo? obiicio, te confinxiſ-
ſe duas vnitates, quarum cum altera vera ſit, a Galeno, & ab omni-
bus recepta, reſtat alteram figmentum eſſe: quod cum tunc tantum
indicauerim, nunc demonſtrandum eſt. Cum doloris cauſas quæ-
reres, & videretur Galenus interdum duas afferre, intemperiem, &
ſolutionem continui: interdum ſolam ſolutionem continui: qua in
re

re ab Auicenna taxatur, eum vtrobique & rectè sentire, & sibi cōsentire defendis: cumque solam solutionem continui introducit, cū Aristotele, & philosophice magis, quàm medice loqui: cū solutioni continui addit intemperiem, medice loqui, quia medicum agens, cū aliter hanc, aliter illam, pro causarum efficientium differentia curari sciret, distinguere debuit. Quando igitur cum Aristotele solam solutionem continui causam doloris esse pronunciat, alterationem etiam ipsam complectitur: cum & ipsa sit quædam vnitatis solutio; ibique affers tuam illam distinctionem solutionum; tua enim est, & consimilis reliquis, quibus replesti libros tuos. Huius distinctionis partem alteram purum esse figmentum asserui, & assero. Vbi enim vnquam Galenus alterationem, & intemperiem pro solutione vnitatis vsurpauit? Passim ille quidem alterationem continuum soluere testatum reliquit: continuitatis verò, aut unitatis solutionem esse nunquam asseruit. Præterea cum solam solutionem continui doloris causam esse ait, uocat continuitatis, non unitatis diuisionem, ut patet loco uulgato ex 4. De Simpl. Med. Fac. cap. 2. At sub diuisione cōtinui diuisio unitatis, tuo modo usurpata, comprehendi non potest, cum teipso teste sint diuersę. Præterea non solum contra rerum naturam est tuum id commentum, sed etiam contra naturam, & vsū verborum; nam Galenus semper sumit pro eodem solutionem continuitatis, & solutionem unitatis: at tu cogeris eas diuersas facere. Ad hæc unitatem tuam συμφυίαν, & σύμφυσιν uocas: & in qualitatibus vsurpas. At Galenus σύμφυσιν coalitum corporum esse statuit, qui si soluatur, solui continuitatem, & vnitatem apertè scribit in libro De Constitutione Ar. cap. 6. nec Aristoteles aliter vocem vsurpat, vt patet ex iis, quæ scripsimus lib. 5. cap. 1. Præterea Galenus alterationē inter causas soluendi continuum complectitur, non quia soluat vnitatem temperamenti a te confictam, sed quia veram partium continuitatem soluat. Vnde ad difficultatem a te propositam, & infelicissimè explicatam, respondent nonnulli, Galenum intemperiem, & alterationem inter causas doloris recensere, quia ipsa etiam cōtinuum soluit: quod non rarò ipse indicauit. Non longè abieris 3. De Fract. Commen. 34. cum Hippocrates ibi innuisset, morbos omnes esse vlcera; annotat id in morbis dolorem inuehentibus esse uerum: & quo modo verum sit, sic exponit. Morbi sanè, qui dolorem afferunt, probabiliter admodum annumerari vlceribus possunt; indicaui enim dolorem inde oriri, & quòd continuum soluatur, vbi secatur, extenditur, aut contunditur: & quòd immoderatum incidat temperamen-

„ tum. Atqui solutionem continui ad vlcus spectare, cuius manifestum
„ est. Sed immoderato temperamento, vbi subita mutatio accidat, ali-
„ quam fieri continui solutionem, in opere De Simp. Med. Fac. demon
„ strauimus. Duodecimo etiam Meth. cap. 7. cum duas causas doloris
„ protulisset hunc in modum; Porrò naturalis notio nos docet, vitium
„ id corporis, ex quo sit doliturum, aut continuitatis diuisionem opor-
„ tere esse, aut alterationem aliquam; & quia non quæcunque altera-
tio doloris est causa, affert paulo post, quæ nam sit hæc alteratio his
„ verbis. Illud etiam memoria repetamus, ne alterationem quidem ip
„ sam sensim irrepentem dolorem afferre animali posse: sed eam muta
„ tionem tum confertim factam, tum uerò uiolentam esse debere. Hic
unus ex illis locis præcipuus est, in quibus apertè duas causas dolo-
ris esse pronunciat, & alterationem, & continui solutionem: vnde
„ paulo post sic scribit. Ergo si cœpisse ab euidentibus conueniet, eui
„ denter autem uidentur eorum, quę corporibus nostris propinquant,
„ hęc sola esse dolorifica, & quæ vehementer vel excalfaciant, vel refri
„ gerent: & quæ substantiæ continuitatem diuidant. Ex his omni-
bus patet, Galenum asserere alterationem esse causam doloris a so-
lutione continui distinctam. Attamen inter hæc dubium hoc pro-
„ ponit. Illud uerò inquirere, an ipsum, quod vehementer excalfacit,
„ aut refrigerat, diuisionem aliquam continui efficiat, longiore fortas-
„ se disputatione eget: at utique hoc ostensum a nobis est in Commẽ.
„ De Simp. Med. Fac. Cum itaque ibi demonstrauerit, calidum, &
frigidum mordacia esse, & dolorem facere, quia continuum soluant,
certum est idem eo in loco sensisse Galenum, & in aliis etiam, ubi al-
terationem pro causa doloris solutioni continuitatis adiungit; solam
solutionem continui doloris esse causam. Quòd si quandoque illi al
teratio addatur, eam etiam soluendo continuum, dolorem ciere. At
cum omninò apud te statueris, qualitates primas alterando tantum,
& non semper continuum diuidendo, dolorem inferre, solutionem
hanc respuis, quia Galenus eo loco nihil aliud demonstrare uoluit,
quàm frigidum ulceribus mordax esse, & ideo de frigido externo tan
tum intellexit: alterationes verò internas dolorem inferre posse si-
„ ne continui solutione; unde ita concludis. Si neget Galenus ab intẽ-
„ perie interna dolorem gigni absque eo, ut continuitas soluatur, co-
„ gemur ueritati potius adhærere, quàm Galeno; sed facilis est respon-
sio, Galenum 12. Methodi, & alibi, non solum de externis causis dolo
rum, sed de internis etiam locutum esse; quare solutio hæc locum ha
bet in utrisque. Præterea si mordicatio solutionem continui indi-

cat,

cat,quamcunque partem ſiue internam,ſiue externam calidum,& frigidum mordicent, eius continuitatem ſoluunt; quotieſcunq; igitur mordicant,profectò continuum ſoluunt: at ſi non mordicent, continuum non ſoluunt: ſed tunc nec dolorem inuehunt; vnde fieri quidem poteſt,vt qualitates iſtæ corpus alterent,& dolorem non concitent.Quis enim id neget? ſed cum dolorem concitant,dico eas ſemper confertim,& violenter irruere,ac continuum ſoluere;vnde verè ex Galeno concludi poteſt,alterationem dolorem nunquam inducere,niſi ſoluendo continuum. Quòd ſi in hoc ei non adhæres, eius diſciplina nullum ideò ſuſcipit incommodum: nam ſi quam iacturam faceret,quia ei non adhæreas,tota iam corruiſſet. Torſit hæc difficultas viros pręclaros,atque in primis Fuchſium,& Vegam,nec rectè ſe inde explicarunt; nemo tamen abſurdius,& ineptius,& magis contra Galeni dogmata,quàm tu,eam diſſoluere aggreſſus eſt,cum appareuerit tuam illam vnitatis diuiſionem eſſe purum tuum figmentum. Sed ſi quæram, quid per hanc vnitatis ſolutionem intelligas, innuis manifeſtè,vnum in duo diuidi, cum ſcribas, partem nullam dolere „ poſſe,dum vna eſt, quare duo quædam facta eſt pars quælibet ex in- „ temperie dolens,non vnica,ſicut prius manſit. Cæterum quis vnquam tantam tam rerum,quàm verborum confuſionem,& perturbationem uidit? Niteris demonſtrare, alterationem non ſoluendo continuitatem partium,ſed temperamenti tantummodo unitatem,doloris eſſe effectricem: aſſeris tamen,partem ipſam dolentem duo fieri. At quomodo id euenire poteſt,ſalua eius continuitate? per te igitur alteratio partis alteratę continuitatem ſoluit. Quare & hic,dum negas,affirmas magis; ſed quæro,an ex his tuis uerbis, iure ſuſpicari debuerim,te fuiſſe opinatum ad ſolutionem continui temperamentum ſolui? Si enim partem dolentem diuidi aſſeris, & temperamentum, nonne ex diuiſione partis temperamentum diuidi fateris? niſi dicas, per partem dolentem te non muſculum,non neruum,nec aliam corporis partem, ſed eius temperamentum intelligere; nec mirum hoc eſſet, & tibi inſuetum figuras oratorias ſectanti,& poeticas, ſumere ſubſtantiam pro qualitate,& contentum pro continente. At quomodo temperamentum dolens erit,ſi corpus non ſit animatum,& ſenſile? Dices etiam ſi obſcurè mentem meam expreſſerim, ſic tamen ſenſi,partem dolentem ex alteratione duas fieri, non quia eius continuitas diſſoluatur,ſed quia temperamentum eius in duo diuidatur. Si hæc fuit ſententia tua,(nam quæ alia eſſe poſſit non uideo) nonne in crimen Alexandrini incidis, aſſerens, temperamentum ex vno

duo

duo fieri? Id tantum est discriminis, quòd ille id a pungentibus, & secantibus fieri diceret: tu verò ab alterantibus. At inquis, tunc soluta est temperies ęqualis, & inæqualis facta est, more tuo rem obscuram obscuriore declarans, nec quid dicas, sciens. Nam si post libros meos editos nondum scis, quid sit intemperies inæqualis, verisimile est, tibi tunc minus eam fuisse cognitam. Quare mirum non est, si nuda nomina æqualis, & inæqualis intemperiei profers. At cum omnino asseueres, temperamentum ab alterantibus in duo diuidi, explicādum erat, quomodo temperies æqualis in duo diuidatur, quando inæqualis fit. Mihi quidem vna videtur, quæ cum antea esset æqualis, & naturalis, postea facta sit inæqualis, & præter naturam; duę essent, si aut in duas æquales diuisa fuisset: aut in duas inæquales: aut in alteram æqualem, alteram inæqualem. At quo pacto hæc diuisio fiat, & a solutione continuitatis differat, & absque ea possit esse, exemplo declaras rami, cuius pars viua sit, & viridis: pars arida, & mortua. Sit itaque digitus, cuius pars quædam sit sana, atque integra: altera corrupta, & demortua, veluti in sphacelo; primum internodium sanum sit: duo reliqua vsque ad summum vnguem corrupta. Si exemplum rami quadrare ad vnguem debet, per te digitus laborare dicetur intemperie inæquali, quia sana eius pars erit calida, humidaque, altera frigida, & sicca; & temperamentum digiti hoc pacto erit diuisum in duo, cum tamen continuitas digiti sit integra. Hic longè contra euenit, quàm statueras; statueras alterationem temperamentum in duo diuidere, atque id nihil aliud esse, quàm, temperiem ęqualem fieri inæqualem: at per te temperamentum digiti in duo diuiditur: nulla tamen adest intemperies inæqualis, sed duæ æquales: nam partis sanæ temperies æqualis; partis etiam demortuæ æqualis. Anteaquam quidem ad corruptionem deueniret, laborabat intēperie inęquali, quæ nihil aliud erat, quàm intemperies pręter naturam inęqualiter partem illam alterans, donec ex æquo alterauit, & corrupit; unde ex inæquali reddita est æqualis. Dicemus igitur temperamentum digiti diuisum esse in duo temperamenta æqualia, inter se contraria; neq; hic vllus est dolor; pars enim sana non dolet, quia nec eius continuitas soluitur, nec temperamentum immutatur: pars demortua non dolet, quia iam sensu orbata est. Dices, non esse fingendum, partem digiti ęgram æqualiter iam alteratam esse, & corruptam, sed alterari adhuc; sic enim intemperie inæquali, & dolore afficietur; respondeo me nihil fingere, sed quæ tu fingis recitare. Quòd si id etiam condonemus; nec tunc digitus totus inęquali erit affectus intemperie; imò

duas

duas habebit: nam pars sana habebit intemperiem æqualem: ægra verò inæqualem, quia sola illa pars intemperie præter naturam inæqualiter afficitur. Quare restat adhuc quærendum, quomodo in illa parte ægra temperamenti vnitas diuisa sit, continuitas verò partium integra: & quomodo id cognosci possit, nam licet in cuti nulla diuisio appareat, quid prohibet in partibus subter cutim continuitatem esse diuisam? quis nescit, in rhegmate, & spasmate disrumpi fibras, & carnes etiam? at quis hoc oculis vsurpat? ista igitur tua temperamenti diuisio purum est figmentum, & simile Alexandrini figmento. Subodoratus es & tu, illam tuam vnitatis solutionem pro alteratione vsurpatam a consuetudine, & veritate alienam esse; vnde Spudastem in mei excusationem sic loquentem facis. Fortasse putauit, te 230 C
aliud velle, quia consuetis ipsis verbis non es vsus: aut putat, non es- »
se hanc duplicem vnitatem. Fateris hic, te a consuetudine loquendi »
recessisse: quod quantum medicum deceat, ipse videris; fateris me duplicem illam tuam vnitatem non admittere; cur igitur ab initio dixi 229.B
sti, me reprehendere, quæ nec scripsisti, nec dixisti, nec cogitasti vn- »
quam, cum ego hanc potissimum, & nominatim vnitatum distinctio »
nem reprehendam? Purgas primam obiectionem hunc in modum; De priore non laboro; sic enim locutus sum, vt ab omnibus in- »
telligi possim, qui intelligere volunt. At ego fateor, multa me non in »
tellexisse, licet multum laborauerim; & peream, si tu intellexisti. Quòd si authoris tui decreta memoria teneres, asserentis, falsi comprehensionem non esse, sponte fatereris, non melius comprehendi tua illa figmenta, quàm Chimeræ, & Hippocentauri comprehendantur. Alteram obiectionem summoues authoritate Hippocratis, & Aristotelis; mordicus defendes, tuam illam solutionem vnitatis pro alteratione, & diuisione temperamenti, sine solutione cōtinuitatis, a te vsurpatam; ac Hippocratis locis duobus inniteris: priorem ante citaueras hunc in modum. De prima vnitate loquitur Hippocr. in 1. 229 C
libro De Nat. Hom. cum sic ait. Si unum quid esset homo, non dole- D
ret: non enim esset a quo dolore afficeretur; quibus verbis apertè »
ostendit, dolorem non esse in vnitate, sed in huius distractione: non »
loquitur autem Hippocrates de vnitate, quæ in continuitate partiũ »
cernitur, sed de vnitate, qua multa, ex quibus constamus, inter se con »
spirant, vnumque fiunt. Res certè hęc admiratione digna esset, si ab ore hominis vulgaris prodiisset; sed in te mira non est, qui nihil nisi absurdum, & portentosum enuncias; locus enim ille ex diametro sententiæ tuæ repugnat; in eo namque ab Hippocrate redarguūtur,

qui

qui hominem vnum esse,quia ex vno constaret elemento,statuebāt; sumit autem argumentum a dolore, quod integrum a Galeno primo De Elementis cap.3. describitur hunc in modum. Si homo esset vnum non doleret;sed dolet, ergo unum non est; nullam itaque Hippocrates introducit, sed prorsus explodit, tanquam homini naturæ repugnantem; nec minus a Galeno, quàm Hippocrate vnitas illa respuitur;& nusquam Galenus asserit qualitates soluere unitatem,quin de vera solutione continuitatis corporeæ intelligat. Atque hoc mihi satis,ne cogar in unoquoque tuorum uerborum monstra notare.
230 C In altero loco ex libro De Loc.in Hom.citato a Galeno 1. De Symp. Cau.cap.6.in quo dolorem concitari ait Hippocr.quibus natura mutatur,& corrumpitur,nullum fieri uideo unitatis illius tuę commentitiæ mentionem.Nec quæ ex Aristotele affers,sunt ad rem,cum ubique σύμφυσις apud eum, coalitum partium corporearum,non qualitatum significet: & cum dissoluitur σύμφυσις, id est coalitus, hæc est continuitatis solutio,non temperamenti diuisio, quod patet ex definitione doloris ab eo tradita,& correcta ab Alexan.6.Top. ait enim
„ Dolor est pasſio animalis ob partium coalescentium distantiā cum uiolentia. Apud nullum igitur authorem inuenies figmentum illud tuum solutę unionis temperamenti,quæ alterationem significet. Vnde non est compositio repugnantiæ in Galeno, eiusue defensio, cum solam solutionem continui causam doloris esse pronunciat, eū sub hac complecti solutionem,& diuisionem temperamenti etiā, sed implicatio,& confusio.

DEFENSIONIS SEPTIMAE PARS SECVNDA, in qua confirmatur, in partibus similaribus esse morbum solutæ continuitatis.

VERVM ad ea,quorum te iudicē declaras, veniamus. Negabat Argenterius, solutionem continui esse morbum, uel potius causam morbi partium similarium, eo argumento, quòd nec constitutionem, nec actiones earum uitiet,ut ego demonstraui lib.5.cap.23. Id argumentum, quod nec ab Alexandrino, nec a
229 A Fuchsio dissolui potuit,a me cap.26.refutatum est. At tu pomum pu-
231.B tridum natare audens,bis,& ter pronuncias,nullam hic esse difficul-
D tatem: ac sanè cum in Argenterii sententiam abeas, quæ Galeni dogmata

gmata destruit, & hac in re nullam difficultatem esse statuas; declaras, vt sæpe ante fecisti, te in nullo precio Galenum habere. Affirmas igitur solutionem continui similarium non lædere earum actiones, quia continuitas non est qualitas similaris, sed instrumentalis: actiones igitur instrumentorum, non similarium lędit; continuitatem non esse qualitatem similarem, inde probas, quia temperamétum non est. Quòd diuisa continuitas sit morbus instrumentalis, patet, inquis, ex Galeno. Cum enim cap. 6. de morbis instrumentalib. agere cæpisset, & 7. de conformatione, 8. de numero, 9. de magnitudine, & 10. de situ disputasset. 11. de unionis solutione tractat. 232 A B.C.

Puderet Argenterium, si sophismata sua multum apparentia ab homine tam imperito, & inepto defendi cerneret, nullo nouo inuento argumento, aut probabili, aut apparente, declarantéque, nihil se minus intelligere, quàm quid verè sit solutio continuitatis. Cum itaque argumenta Argenterii confutauerim, nihilque noui afferas ad ea confirmanda, possem vnico uerbo negare quicquid blateras; sed tamen sigillatim nugas tuas percurram. & ideò cum asseris continuitatem partium similarium esse qualitatem instrumentalem, non similarem; dico, si de qualitate propria similari, uel instrumentali loquaris, continuitatem non esse qualitatem proprie similarem, nec proprie instrumentalem; nam propria qualitas similarium est temperamentũ: propria verò organorum sunt conformatio, & reliquæ tres a te connumeratæ. At continuitas nec propria similarium, nec propria instrumentalium est, sed utrarumque communis: & ideò morbus solutæ vnitatis morbus communis appellatur, quia utrique parti communis est. At vrges argumento insolubili; Galenus post morbos organicos agit de morbis solutæ unionis, ergo morbi solutæ unionis organici sunt. Nescio certè quid respondeam ad hoc argumentum, nisi & aduersus te simile argumentum producam; Galenus statim post morbos ex intemperie tractat de morbis conformationis, ergo morbi conformationis sunt morbi ex intemperie. Desideras frontem in aliis, quam tu nullam habes. Nonne aduertis, Galenum propositam a se disciplinam optima methodo explicare? Cum enim agendum illi esset de morbis partium similarium, & organicarum propriis: deinde de utrique generi communibus: prius de intemperie egit, deinde de morbis organicis; postremò de solutione continui; & tanta est in te stupiditas, ut cum in eo Galeni loco sub oculis subiectum haberes pro te argumentum probabilissimum, ac solutu difficillimum, id tamen non uideris; Scribit Galenus libro De Diff. Morb. cap. 11. Re-

„ liquum est quintum genus ęgritudinis, continuitatis solutio, siue hęc
„ alicui ex particulis simplicibus, quæ similares appellantur, siue compositæ adueniat. Hic scribendi modus indicat, solutionem continui reponendam omnino esse inter morbos instrumentales. Cum enim eo vsque descripsisset quinque genera morborum, unum similarium ex intemperie, quatuor instrumentalium, & tunc dicat, reliquum esse quintum genus morborum, necesse est reponere hunc cum præcedentibus organicis; nam si ab illis separari uoluisset, dixisset. Reliquum est sextum genus, &c. reponendum autem erit cum quinto genere, quod ad situm pertinet, cum quo etiam magnam habet similitudinem. At hoc repugnat ueritati, & Galeno ipsimet, qui eodem in libro cap. 4. censet, unitatem esse naturam quandam communem similaribus partibus, & organicis: qua uitiata, oritur morbus utrisq; com
„ munis; id quod & in cap. proposito confirmat, cum scribit. Quare in
„ ter communes vtrarumque partium morbos eam paulò ante cõmemorauimus. Deinde explicat, quando sit morbus similarium, quando instrumentalium: quod asserit etiam libro De Ar. Constit. cap. 6. Sed & ille loquẽdi modus. Reliquum est, &c. indicat, eum genus morborum ab enarratis distinctum uelle tradere. In hac difficultate dicere possemus, hũc locum esse corruptum, & ubi, Quintum, legitur, Sextum, legendum esse; nam cum Græci soleant numeros elementis describere, facilis est elementi in elementum commutatio; & ad unguem quadraret locus hic cum alio loco ex 2. Methodi cap. 6. vbi cũ
„ omnia morborum genera enumerasset, sic conclusit. Ergo sex in vni
„ uersum morborum sunt genera: unum ipsorum similarium propriũ,
„ nempe intemperies; quatuor (ut modo dictum est) instrumentorum
„ cuiusque: & cum his sextum, quod tum similaribus, tum instrumenta
„ libus est commune, ipsius unitatis solutio. Confirmari potest hęc lectio ex libro etiam De Const. Ar. loco ante citato, quo in loco post quatuor genera morborum instrumentalium, quintum constituit genus solutæ unitatis; unde omnia inter se consentiunt, si hic pro quinto, sextum reponas; sed cum hoc sit contra codicum omnium fidẽ, periculosa est mutatio. Quare dicerem, legendum esse, quintum, ut legitur, quia morbi a Galeno eo usque enarrati quatuor generibus tantum complecti possint. Cum enim in calce capitis octaui morbos magnitudinis, & numeri, sub uno genere tantum quantitatis complecti posse affirmet, si sic faciamus, hic numerus optime respondebit.

Cum hanc meam solutionem cum doctissimo quodam uiro cõmunicassem, ille, eam quidem respondit, dubitationem tollere, non ita

ta-

tamen, quin adhuc uestigium dubii relinquatur, cum presertim Galenus eo cap. 8. dicat, posse numerum, & magnitudinem quidē redigi ad vnum genus: sed placuisse sibi duo membra facere; quare ipse aliam solutionem excogitauit hūc in modū. Genus hoc morbi, quod commune est, tum similaribus, tum organicis partibus, vocari quintum, non ratione omnium morborum ante relatorum, tum similariū, tum instrumentalium partium simul: non ratione morborum instrumentalium tantum: sed ratione vtrorumque disiunctim; nam in similaribus relata sunt quatuor morborum genera, scilicet quatuor simplices intemperies; continui igitur solutio erit in similaribus quintū morbi genus; item relata sunt quatuor morborum genera in organicis. Itidem igitur solutio continui in iisdem partibus erit quintum morbi genus. Volui hanc solutionem addere, quia ingeniosa, & erudita est, ac vt ostendam, omnia esse tentanda, vt Galenus sibiipsi in omnibus consentiens reddatur: quanquam etiam solutio nostra recta sit: licet enim Galenus distinxerit genus morborum in quātitate in duo genera, id se fecisse ait, manifestioris doctrinæ gratia; at hoc non prohibet, quin reuera vnum genus esse possint, & sint; sed ad te redeo. Cum putasses, te omnem difficultatem sustulisse, quæris, cur solutionem continuitatis in similari factam, eius propriam esse dicat, cum actiones eius non lædat; & respondes. Solutionem instrumētalem dici, quia instrumento primò accidit, & actionem eius primò impedit; at similaris solutio dicitur, quia similari primò accidit tantum, quanuis propriam eius actionem non offendat. Quæ responsio nihil aliud continet, quàm id, de quo dubitatur. Quare dubium idem restat adhuc; imò verò per te redditur insolubile, cum partis nullius morbum esse posse sancias, qui actionem eius non lædat; vnde si solutio continui non lædit actiones similarium, nullo pacto earū est morbus; verum & tibiipsi repugnas; videris enim concedere, hanc solutionem esse qualitatem similarem, cum tamen ante instrumentalem esse statueris. Reddis deinde rationem diuersitatis inter solutionē continui similarium, & instrumentalium nunc a te expositæ, similem cæteris tuis chymeris, quas ex te fingis, dum somnia tua comprobare tibi proponis; sed percurramus errores, quos in his committis. 233 A ,, ,,

Cum ais itaque, solutionem organorum nomine caruisse apud veteres, falleris, cum Hippocrates morbos hosce vocauerit apospasmata; nec minus erras, cum reddens causam, cur nomine careret, ais eā uel fuisse ignotam, vel sub situ repositā. Prior causa vana est; patet enim Hippocrati apospasmata fuisse notissima; erras & in secunda, quòd 233.B

veteres morbum hunc sub prauo situ agnoscerent. Auer. quidem, qui longè post Galeni tempora floruit, fuit in hac hæresi: in veteribus verò Græcis, qui ante Galenum fuerunt, nequaquam: quæ demonstraui cap. 10. & 22. & nescio, cur nunc proponas nugas istas repugnãtes iis, quæ demonstraui, non confutatis demonstrationibus nostris; verum id comprobari asseris ex ultimis verbis cap. 10. libri de Cauſ.
» Morb. verba hæc sunt. Ad vicinas autem partes communicatio deprauatur, cum aliqua non opportune coaluerint, aut cum aliquod appẽdiculum, aut vinculum relaxatur, vel intenditur, vel abrumpitur. Sed falsum est primò, Galenum probare voluisse verbis illis, veteres ante ipsum solutionem continui instrumentorum sub prauo situ agnouisse, quia loquitur ibi de propria sententia, non veterum. Deinde nulla apparet ex eo loco, vel minima suspicio, quòd soluta vnio reposita ab aliquo fuerit inter morbos situs; nec agit eo in loco Galenus de morbis situs, sed de eorum causis. Quòd si inter huiusmodi causas recenset etiam solutiones continui, non ideò sequitur, solutionem continui esse morbum situs: quomodo enim morbus sit, si causa est? Morbos verò morborum causas esse, sæpe demonstratum est, & in his Defensionibus, & in lib. De Morbis. Verum inter tot nugas, & ineptias, profers tandem sententiam quandam veram, cum asseris, Galenum
233.C distinctionem solutionum continui sumpsisse a subiectis, nõ ab actionibus læsis; sed repugnant hæc omnibus positionibus tuis, qui morbos constituisti semper non a propria essentia, sed ab actionum læsione; vnde instrumentales esse decernis, qui actionem lædunt instrumentalem, & si eam non lędant, instrumentales esse negas. Similares itidem esse statuis, qui lædunt actionem similarem tantummodo. Verum cum hæc distinctio soluti continui a subiectis, sumpta a Galeno, vt tu etiam fateris, exploderet grillos, & locustas cerebri tui, eam sic
233 C corrigis. Potuisset elegantius fortasse ita distinguere; omnem vnita-
» tis solutionem, de qua loquimur, instrumentalem morbum esse: sed
» eò differre, quod aliqua primò accideret organo: alia primò parti si-
» milari, & secundariò ipsi organo. Ita si fuisset locutus, præcauisset hãc rixam. Si liceret Galeni sententias ita apertè inuertere, & deprauare, facilè dogmata eius omnia euerterentur. Hac itaque distinctione, vt eam ornasti, & finxisti, tollitur rixa illa præcipua: qua Argenterius contra Galenum statuit, solutionem continui non esse morbum partium similarium; nam si est morbus instrumentalis, ut nunc, & ante asseruisti, similaris esse non potest. Quare & Galenus errauit, & rectè Argenterius contra eum pronunciauit; unde tota etiam pulcherrima

illa

illa distinctio horum morborum a me ex Galeno tradita lib. 5. cap. 1. pessumdabitur. Describit Galenus tres modos solutæ unionis, primum in similaribus primò, & per se; secundum in organicis: tertium in utrisque simul; sed si statuatur morbus hic instrumentalis esse, primus, & tertius modus explodendi sunt. Cum ex figmentis tuis statuisses, solutionem continui similarium morbum esse instrumentalē, quia non lædit actiones similarium, sed instrumenti; quæris unde eue 233 C
niat, morbum organicarum partium non lædere actiones similariū; D
sicuti morbus similarium instrumentalem actionem potest offendere. Et antequam respondeas, supponis, partem organicam solā dispositionem organicam obtinere, similarem uerò, & similari, & organica præditam esse; deinde sic respondes; Cum pars similaris dispositione organica participet, hinc fit vt morbo organico laboret, & actiones lædat organicas: at instrumentum cum sola dispositione organica sit præditum, & solo morbo organico laborat, & solas actiones lędit organicas, similares nequaquam. His definitis ais, me in hoc 234 A
tecum conuenire, ac si ego a te acceperim, non tu a me, ut etiam in re leui præpostere agas. Verum multa sunt, in quibus tecum mihi non conuenit; primum in proposito dubio falsum est, morbum orgā nicum non lædere similarium actiones, cum ex 3. De Sympt. Caus. cap. 2. antea demonstratum sit, morbos organicos uentriculi impedire facultatem concoquendi; concoctio igitur a morbis organicis læditur. Asseris, partem organicam, quatenus organicam, habere dispositiones tantum organicas, similarem uerò organicas, & similares; at respondeo, similarem etiam, quatenus similarem, solas dispositiones similares obtinere, & organicas quatenus organicam; unde & organica, quatenus similarem naturam obtinet, similares etiam dispositiones obtinet. Quis enim neget hepar, uentriculum, & reliqua instrumenta in se naturam habere similarem, cum ex similaribus constent? quod & tu uideris necessariò confiteri, cum ais, instrumentum a simi 234 A
laribus accipere, & nihil eis reddere. Sed neque ille meus locus ex lib. 5. cap. 27. tecum conuenit. Non enim ibi assero, similares ex propria constitutione, & organica constare; sed ex propria, & communi, quæ continuitas est: quam cum Galeno statuo nec similarem, nec instrumentalem esse, sed utrique communem. Accommodatior fuisset locus ex 4 lib. cap. 31. ubi assero, similares interdum utraque natura participare, similari, & organica: qua in re tecum conuenio; sed cum addo, instrumentales etiam utraque participare, a te dissentio.

Verum non hæc solum inter te, & me dissensio est. Recenses & tu dissensiones,

ſenſiones,ſed eas tantum, quæ minus ad quæſitum tuum pertinent: omittens quæ directò, & quæſitum, & reſponſionem tuam euertunt. Quia cum tu pro conſtituto habeas,ſolutionem ſimilarium non eſſe morbum ſimilarium,quia non lædit conſtitutionem ſimilarium,quę temperies eſt,nec actiones temperiei,quę fuere Argenterii argumenta; ibi demonſtro, ſolutionem ſimilarium ipſarum verum eſſe morbum,licet enim temperiem non lædat,lædit tamen vnionem, quæ & ipſa eſt quędam ſimilarium conſtitutio, cum vnaquæq; ſuam habeat vnionem,cõtinuitatemque. Ac licet hæc ſolutio nullas læderet actiones ſimilarium,ſed organicarum tantum,hoc ſatis eſt, cum ſæpe demonſtratum ſit,morbos ſumere eſſentiam, & diſtinctionem a natura ſubiecti,non ab actionum læſione,quod & tu imprudens viſus es confiteri paulo ante; ſed licet ſatis id ſit,ad maiorem tamen confirmationem horum dogmatum, demonſtro ſolutionem illam non ſolum lædere communem conſtitutionem,quę continuitas eſt,ſed actiones etiam ab ea continuitate emanantes.Cum enim ſoluuntur fibræ muſculorum,earum motus intercipitur; quare ſicut apoſpaſmata ſunt veri morbi inſtrumentorum, ita ſectio fibrarum, & aliarum partium ſimilarium,eſt verus earum morbus. Hæc & Argenterii argumentum euertunt,& omnia ſomnia tua diſſipant;& præſertim nouum tuũ quæſitum, & reſponſionem ad quæſitum; neque tu contra hæc aliquid affers; illud tantum taxas,& laceras,quod addiderim,ſolutionẽ hanc continui actiones etiam naturales lædere. Qua in re etiam ſi er-
234 C rarem,nihil tamen inde conſequereris ad poſitiones tuas,& Argenterii iam confutatas,iterum in integrum reſtituendas; ſed neque in hoc erraui; neque argumentum illud tuum obſoletum iam, aliquid promouet, non poſſe actionem aliquam lædi, illæſa permanente di-
235 A ſpoſitione,a qua primò efficitur.Iam enim ſæpe confutatum eſt,& demonſtratum, multas actiones poſſe lædi,non lęſa diſpoſitione partis à qua prodeunt; ac licet argumentum vim aliquam haberet, facilè eius uim declinare poſſem.Dicerem enim naturales actiones prodire non ſolum a temperie partium, ſed etiam a continuitate. Quare cum læduntur a ſolutione continui,diſpoſitio,a qua emanant,illæſa non permanet; quanuis enim temperies integra ſeruetur, continuitas tamen vitiatur.Et propterea fruſtra, & temere laboras,cum probare niteris, actiones naturales a temperie prodire; neque enim id nego,ſed addo etiam a continuitate partium prodire; fibræ longæ vẽtriculi trahunt: tranſuerſæ expellunt; obliquę retinent; diſcindãtur hę fibrę, non uiolata temperie,trahent ne, expellent, & retinebunt,

vt antea?ne fatuus quidem id dixerit:nec tu,credo,id affirmabis,sed fateberis actiones illas esse lęsas. Alio etiam instas modo;agunt hæ fibrę, vel quatenus sunt similares: vel quatenus pertinent ad instrumentorum constructionem. Quid eueniat,si agant,quatenus ad 235 A
instrumenta pertinent, nihil scribis,oblitus fortasse ob nundinarum B
aduentum.At cur duo proponis,& vnum tantum discutis? sanè vitiū tibi familiare id esse sæpe apparuit; alterum membrum prosequeris, & sic contra me videris instare.Si actio fibrarum, vt similarium lædatur,non læsa temperatura,sequetur etiam eius oppositum, quòd læsa temperatura, actiones hæ rectè quandoque celebrabuntur. At hęc consecutio totam morborum disciplinam peruertit. Demonstratum enim & antea est in discussione consimilis argumenti,actiones integras celebrari,si omnia, quæ conspirant ad eam actionem rectè celebrandam,rectè se habeant: vitiari verò; licet vnum solum ex conspirantibus vitietur. Cum itaque actiones naturales temperamento,& vnitate similarium perficiantur, nunquàm rectè perficientur, nisi & vnitas,& temperies sanæ sint:sed vtrauis ex illis læd atur,lædentur & ipsæ. Verùm aliter etiam vrges,negans, actiones fibris celebrari, cum agant forma, & temperamenti proprietate,authore Galeno in calce libri primi De Loc.Aff. Respondeo cum Galenus ibi asserit naturalia instrumenta insitam,& innatam facultatem obtinere, vt magnes obtinet facultatem ferrum attrahendi, id asserere ad differentiam instrumentorum animalium, quorum facultas innata non est, sed aliunde emanans. Et propterea non sequitur. Instrumenta naturalia habent facultates innatas,igitur fibris eas non celebrant. Nam cum fibræ partes horum instrumentorum sint,habent & ipsæ hanc facultatem insitam; imò verò ea proprietas fibris potissimum insidet, vt passim declarat Galenus,& pręcipuè 4. De Vsu Partium, & 3. De Fac.Nat.cap.utrobique 8.Quare quocunque te vertis, te in laqueos induis.Licet verò fibræ agant proprietate temperamenti, si tamen discindantur,ineptæ ad agendum reddentur non minus, ac fibræ membrorum animalium dissectæ ad motum ineptę reddantur. Verum vrges iterum quærens. Dic mihi hoc etiam,quibus nam fibris conco 235 C
ctio peragatur,&c.vt sic videaris colligere,concoctio actionum naturalium nobilissima fibris non celebratur, ergo nec reliquæ ignobiliores. Si in Paracelso tantam rerum naturalium deprehendisses inscitiam,triumphasses. Nonne didicisti ab Aristotele in libris De Part. Anim. & a Galeno 1. De Vsu Partium, Deum,& Naturam ad vsum animalium partes eius construxisse? Cum itaque attractio, retentio, & ex-

& expulsio non possint nisi per fibras celebrari, fibras actionibus illis dedicarunt; cum verò concoctio in materiam inuectam ageret, fibris non indiguit: quare mala est consecutio; concoctio fibris non celebratur, ergo nec attractio, nec retentio, nec expulsio. Atque hæc de tribus illis actionibus. Cęterum quia hæc adiunxeram. Quòd si
235 D " & concoctricem lædi afferas, rationi non repugnabit: cum enim læ-
" duntur reliquæ, neque hæc integrè suo fungitur officio: huic senten-
" tiæ sic insultas; frustratio tunc est actionis, non læsio: talis enim est læ
" sio, qualis ea est, cum ventriculus cerasorum nucleos non vertit in
" chylum; & vt maxime lędi eam tunc daremus, non tamen a solutione
" primò proueniet. Cum a me hæc didiceris ex lib. 1. cap. 24. iure castigandus esses, cum tam malè didiceris. Quam enim similitudinem habet concoctio attractricis, & retentricis vitio læsa cum cerasorum nu cleis, aut aliis obiectis coctioni ineptis? cur non potius a cap. 25. desumpsisti, vbi doceo, læsas actiones aliarum actionum læsionibus succedere? Quod cum & ibi demonstrauerim, & in his Defensionibus confirmauerim, dubitandum non est, quin vitiatę attractrix, & retentrix lædant coctionem: & cum hic vnus solus sit morbus, solutio vi
236 A delicet continui, lęsas omnes actiones hasce ab illo morbo pronasci, licet hæ prius, illæ posterius. Deuolueris demum ad sacram tuam
" ancoram, quòd pugnantia scribam. Cum enim cap. 25. aduersus Fu-
" chsium affirmarim, partes vlcerum, & vulnerum diuisas attrahere ali
" mentum, nutriri, & spacia uacua carne replere, quo nec certius, nec
" verius aliquid dici posse ais: hic etsi intemperies omnis abesse statua
" tur, læsas tamen eas actiones propter dissectas fibras esse pronuncio. Ex duobus hisce pugnantibus locis priorem laudas, alterũ damnas, ostendens, & in hoc iudicii tui peruersitatem ad deterius semper pro pendentis; nam partis vulneratæ, & vlceratæ, licet nutriantur, & facultatibus omnibus naturalibus agant, non tamen id tam probè faciunt, quàm cum integræ sunt; quod apparet ex duobus generibus excrementorum, altero tenuiori, altero crassiori, de quibus Galenus 3. Meth. cap. 3. quæ licet naturæ opera sint, copiosiora tamen sunt, quàm in partibus integris, & non expelluntur sicut in sanis; imò in vl cere ipso colliguntur. Verior igitur est locus, qui pronunciat, actiones illas esse lęsas, quàm qui integras, & probas. Instabis, hæc non tollunt, quin pugnantia scripseris. Respondeo me cap. 25. aduersus Fuchsium sentire tantummodo, cum carnes a partibus diuisis gigni negat: at cum partes vulneratas, & diuisas actiones naturales illabefactatas seruare negat, cũ eo sentio, quod cap. 27. apertè indico, inde etiam

etiam soluens Argenterii argumentum, cap. 25. verò tacitè innuo, cum assero, Galenum iubere in replendo ulcere cauo, ut in carnis productione summoueantur impedimenta, non a carne sana, atq; integra, sed a dissecta. Impedimenta sunt potissimum excrementa tã crassa, quàm tenuia, quæ læsionem aliquam indicant partium illarum. Quare licet asseram, vulnera, & vlcera nutriri, & carnem producere, non assero tamen, actiones illas validas esse, sanas, atq; integras. Quare nulla est in locis illis repugnantia.

Ad Epilogum.

POST tot imposturas, tot mendacia, & deliramenta, sic victoriam canis. Habet Montanus defensionem meã, qua me ita de obiectis criminibus doctis omnibus purgaui, vt meritò sperare possim, & debeam, me omnium sententiis absolutum, Montanum verò talionis lege condemnatum iri. Ego contra statuo, me (quod ab initio sum professus) plenè demonstrasse, te perpetuis in erroribus fuisse versatum: nam obiecta crimina non solum non diluisti, sed turpiora multò reddidisti: tot verò noua, eaq; grauiora, atque absurdiora adiunxisti, vt vix numero comprehendi possint. Nonne tu primum (vno vt verbo multa complectar) disciplinas, & facultates omnes de medio tollis, dum passim negas, habitus, & dispositiones esse motus principia? Deinde nonne partes omnes artis nostrę destruis, & corrumpis, dum temperamenta a Galeno tradita, temperamenta; morbos, morbos esse negas? omnia genera symptomatũ dispositiones facis? Actiones lęsas in certam morborum cognitionẽ ducere, & curandi indicationes non a morbis desumi, velis, nolis, cõstituis? Eia age celebra præclaram uictoriam tuam, & solennes hymnos concine, quia, quantum in te est, artem hominum saluti prospicientem tam malè mulctaueris. Dices, tibi viro tantæ apud eruditos omnes existimationis, crimina ab homine nouo, & nullius nominis illata, fuisse omnino refellenda, eorumq; authorem modis omnibus lacerandum, & discerpendum, licet contra Galenum, & veritatẽ insisteres, vt magnam, qua polles, authoritatem inuiolatam conseruares, similis iis, qui prauis sectis innutriti, eandem pertinaciæ suæ causam afferebant, vt author est Galenus in lib. De Cib. bo. & ma. su. & 2. Meth. cap. 5. Id tibi fuisse consilii, videris ipsemet indicare, cum ra

Margin: 236 C » » » »

tionẽ reddens, cur cũ Viua Anatome Theses De Melancholia, & De
227 D Morbis totius substantię publicaueris, sic scribis. Ne Montanus quęra-
» tur, me non satis de omnibus criminibus, ab eo mihi obiectis, purga-
» uisse, faciam, vt priores ob hanc causam legat: posteriores ideò publi
» cabo, vt idem intelligat, etiam nobis displicere, quę contra Galenũ,
» & veritatem ipsam asseruntur: nec vires nobis ad ea refellenda dees-
se. Quibus verbis mihi videris sic inferre voluisse; inuulgaui theses De Melancholia, licet Galeno, & veritati aduersentur, vt earũ argumentis purgarem me a quibusdam erroribus mihi a Montano obiectis, quos, ob instãtes nundinas, in Viua Anatome prætermiseram. Quàm verò & ipse ægre feram, veritatem, & Galenum oppugnari, quamque paratus sim, & idoneus ad utrunq; defenden dum, declarãt Theses De Morbis totius substantiæ simul editæ, in quibus Galenũ, & veritatem protego. Hanc tibi fuisse mentem, facilè demõstratur; quia multa scribis in thesibus posterioribus, prioribus ex diametro repugnãtia. Quare cum fatearis, te in posterioribus veritatis propugnatorem esse, in prioribus eam te oppugnare fatearis necesse est. Hoc eodem argumento declaratur, Viuam etiam Anatomen a te sciente, & volente, contra veritatem, & Galenum fuisse conscriptam, cum in ea non desint, quæ thesibus posterioribus repugnent. In Anatome igitur, & Thesibus De Melãcholia nihil aliud tibi proposuisti, quàm, ut accusationes meas quomodocunq; propulsares, sperans fortasse, aut me fallaciis, & præstigiis tuis manus daturum esse: aut saltem te ingeniosi, & acuti nomen indepturum, cum tam acriter veritati reluctaris. Non inficior ego, in hac tua Anatome acuti, & alacris ingenii lumina elucescere, cum paucis mensibus tot contra verum argumenta collegeris, vt viris etiam eruditis imposueris: & faterer, eam te laudẽ esse consequutum, quam summi oratores cõsequi solent, cum bonas causas deteriores, & malas meliores faciunt, si in arte ludicra, aut in qua de solis pecuniis lites intententur, ingenium exercuisses. At cum in arte, perpetuò de hominis capite sollicita, id egeris, periculum est, ne dum ingenium ostentas, nefarii, atq; impii crimen incurras. Liceat quandoq; in scholis theses huiusmodi, exercitationis causa, disputare; at eas literis consignare, turpe, & iniquum est: his enim rudiores, & imperitiores facilè assensum præbebunt in ægrorum suorum perniciem. Quanquam nescio quàm rectè concesserim, Anatomen tuam ingenii acumen indicare: cum certum sit, eos, qui contra veritatem disputant, bardos potius, & stupidos esse, quàm ingeniosos: ideò nanq; a veritate deficiunt, quia difficultates in ea inuestigãda emergentes

gentes explicare nesciunt. Testis est Argenterius, qui cum in quæstionibus Latinorum multa contra Galeni dogmata inuenisset, multaq; & ipse obseruasset,& quomodo diluẽda essent,ignoraret,in omnibus Galenum errasse pronunciauit. Testis est Fernelius, qui morbos formæ,& morbos materiæ inuexit:quia non animaduertit,eos esse,vel morbos a Galeno receptos,vel morborum causas,vel symptomata;quod non difficulter inuestigare potuisset,si non lento, sed acuto fuisset ingenio. Nec commentaria Paradoxorum Galeno aduersantium aliud indicãt,quàm tarditatem,& infelicitatem ingenii: cum enim eorum authores se ineptos sentiant ad docendum,quæ vtilia sunt,& salutaria,ad malas istas artes sese conuertunt. De te autem quid dicam?cum in his meis Defensionibus sole clarius demonstrauerim,nihil obtusius,nihil ineptius,nihil putidius excogitari posse argumentis, quę contra Galenum,& veritatem intentasti. Subdis deinde,te multa præteriisse, quæ in libris meis reprehendi poterant,quoniam ad defensionem tuam parum,aut nihil pertinebant:& constitutum tibi erat,non accusare,sed tantum defendere, quæ rectè dixeras.Qua in re quantum tibi cõsentias,ipse videris;sanè alibi scribis, te hunc meum fœtum membratim dissecuisse; id libri inscriptio confirmat,& tractatus ipse,in quo non rarò minimas quasque fibras quæris,quas dilanies. Paracelsi monstris monstra tua perniciosiora esse,iterum statuò:quia cum rationibus innitantur,ab imperitioribus admittentur. In ratione etiam curandi, cum eã per indicationes instituas: & vnde eliciendæ sint indicationes,ignores, facilius est,te a scopo aberrare,quàm Paracelsicos,qui ducem sequuntur experientiam. Librum De Opt.Sec.Galeni non esse,tam euidenter demonstraui,vt ne te quidem amplius reluctaturum esse putem. Demonstraui etiam ex multis eius locis,te nihil minus, quàm librũ illum intelligere: & eius vitia tantum, ex ueris autem præceptionibus nullã imitari. De Galeno assero, nullum te eius locum, de quo sit inter nos contentio,percipere. Assero, nullam ob iustam causam te ab eo dissentire.Assero demum,te nullam aliam vnquam pro eo excusationem afferre,quàm præclaram illam,& egregiam; quod aliter loquatur, aliter sentiat.

236 C
D
102.B
237 A
237 C
237 D
238 A

Credo,me omnia iam,quæ contra me protulisti in Titulo, in Epistola, in Præfatione,in Anatome tota, in Epilogo,& in Thesibus De Melancholia ualidissimè repulisse,siue leuia, & inania, siue alicuius momenti fuerint.Sola scommata,& conuitia, quibus me passim derides,uellicas,& laceras,intacta prętermisi; qua de re fortasse admira-

beris, cum in me maledicentiam potissimum taxes. Abstinui ego ab hoc certamine: quia cum semper a moribus meis fuerit alienum, hoc tempore prorsus etiam superuacaneum esse iudicaui. Obiecta enim mihi uastissima errorum tuorum sylua detruncanda, non fuit in querelis, & contentionibus meretriciis frustra tempus conterendum. Quòd si in erroribus tuis corrigendis, & castigandis, durior quandoque, & asperior uisus fuero, scias me eorũ copia, magnitudine, & turpitudine fuisse concitatum. Quis enim adeo pacato, & quieto ingenio sit, qui non aliquantulum commoueatur contra hominem tã excelsa de seipso pollicentem, & pollicitationibus nulla ex parte respõdentem? toties, ac toties sensibus, rationi, Aristoteli, Galeno, & sibi ipsi repugnantem? verba, & sententias authorum inuertentem, & deprauantem? quæ reprehendenda sunt, laudantem, & quæ laudanda sunt, reprehendentem? His de causis uirum nullum eruditum futurũ puto, qui non iudicet me leniorem, & mitiorem in te reprehendendo fuisse, quàm criminum frequentia, & grauitas postulabant.

FINIS.

Errata sic corrige.

Fol. 2.lin. 37.refellendas. lin.41.infesti?73.excipit fol.5. 10. extorsit. 19. collocarit,f.6.7.An 18.transiliuisse.f.7.40.prioris,42.sequuntur.f.9.36.albedini 61. At hoc f.11.19.premam,31.sint hi?f.14.53.potius 54. rerum ueritatem,& dignitatem:f.15.6.Proteo,f.16.69.repugnans f.17.1.qualitas: f.18.62.permistæ 78.in temperie f.20.75.ametriæ f.21.42.post longam f.23.8. morbo, & f.24. 55. dicis f.26.27.consistit uirtus,f.28.43.produxi,77.in margine.53. C.f. 29.9. fatereris, 10.in margine.37.A.51.scribendã, f.31.66.diuersæ sint, 72.unaquęque f.32.40. prouenientem f. 33.38.crystalloides 69.proprio ne affectu f. 34.70. Galenus f. 37.47.meatus 52.referri: unde licet sit affectus,morbus tamen non est, quia non est affectus factus,& permanens,sed fiens: & ideo,&c.78.hic flaua f.38.42.epicri sim f.39.21.attaleum 34.pretio,38.auditor,42.quod 43.eodem f.41.35. principiis f.42.5.periti: 7.illi 25.De Sec.66.æger f.43.42.indicationes 45.constituat: f.46.66.siue f.47.6.Galenus 55.Empirici 68.duabus de causis f. 50.47. dissertationem 55.iudicium 66.indicent: f. 51. 50.3. f. 54.44. sua, & f. 61.22. munia sua f. 54.12.traditis, 56.contenta f.65.38.Dicet f. 66. 1. hydropis 61. deleantur. Perstat solum,&c.& octo sequentes lineæ.f.74.71.argutiolis f.83.14.relinquitur, f. 84. 37. conficta f. 98. 12. asserere, 49. dele quinti, f. 100. 27. lege instrumenti operationem. f. 103.46. premis f. 107. 1.possint, f. 110.8.in margine 166. A. f. 112.42.effectus f.116.38.dissensionem: f.118.1.premere, 60. diceremus f. 119.46.qualitates f. 125.15. destillatione, f.130.18.assignet.65.quare delendum est, f.131.35.corruunt f.132.59.potitus.68.alter f.136.67.epilepsia f.138.21.uenenata f.139.39.sinuum 44.& crassos,f.146.66.altercationem: f. 147.51. motuũ f.150.70.inseparabilis.